y padre le de de m

y subir,

PRIVILEGIA
PER COMPLVRES SVMMOS PONTIFICES

Ordini Fratrum Minimorum concessa, & communicata.

Cum aliis, quæ uersa pagella indicabit, uniuersos ordines tangentibus.

Studio, & opera Reuerendiss. P. F. Gasparis Passarelli à Monopoli eiusdem ordinis Correctoris Generalis transumpta, & impressa.



IN HOC VOLVMINE CONTINENTUR infrascripta per ordinem.

Cum licentia Superiorum.

Imprimatur. Petr. Ant. Vicedom. Vic. Gen.

Io. Franciscus Lombardus.

ILLVSTRISSIMO ET REVERENDISSIMO S. R. E. CARDINALI AMPLISS.

Magistro Vincentio Iustiniano ordinis Prædicatorum.

PRiuilegia, indulta, dona quoq; à sācta Sede Apostolica, & per varios Romanos Pontifices ordinibus mendicātiū prouidè concessa, & communicata consueuere ijdē ordines (illustriss. Cardinalis, ut rectè nosti) pro ipsorum commodo in unū collecta, impressa retinere. Quamobrē ne & is ordo noster tali cōmodo priuaretur, inter cætera, quæ in nouissimo capitulo generali Valentiæ habito decreta fuere, demādata mihi fuit prouincia ea, quibus ordo noster ab Apostolica sede dotatus, & ditatus est, priuilegia & colligendi:

gendi,& imprimendi. ecce iam (Deo fauēte) opus, quod imposuerunt mihi patres, consumaui, quod gratum omnib. fore non ambigo. In eo enim primùm illis videre licebit, quanti nostrum ordinem, nostrosq; patres, & eorū operam & studiū fecerit apostolica sedes, quiq; illam pro tēpore tenuit Summus Pontifex, atque uel sic torpentes, & desides animos nostros ad eorum imitatiōnē, & eiusdem sanctæ sedis deuotionē excitabimus, ne nostra ingratitudine, uel socordia, tāquā degeneres filii priuemur, aut indigni reddamur donis, quę patres nostri sibi, ac nobis uirtutib. & religione conquisiuere. adnotatis in eis pro ipsorum intellectu multis notabilibus ad rem apprimè facientibus utroque iure fundatis, citatisque in eorū marginibus his, quę per Concilium Tridentinū hodie immutata noscuntur. Deinde, ut

canones

canones Conc. Trid. qui de regularibus præſcribũtur, quiſq; attentè legat, & diligenter obſeruet, & nemo ſit ex fratribus noſtris, qui neſciat, quid obſeruandum, à quibuſue abſtinendum ſit, non obſtantibus priuilegiis, ſummarium eorum in vnum congerere operęprecium duxi, ne ignorationis cauſam quis prætendere queat. Quare hunc tàm utilem, ac potius neceſſarium laborem ſuſcepi, atq; peregi. Non diu autem quærẽdum fuit, ſub cuius nomine exiret huiuſmodi liber, ſtatim enim occurriſti tu, quem in maximis ſemper habui (ampliſsimè Iuſtiniane) qui regularem diſciplinam ita ſemper coluiſti, ut in ſummo etiam Cardinalatu, ad quem te mirabiliter extulit Deus, priſtinam humilitatem, charitatem, & orandi conſtantiam, temperantiam, cæteroſq; religioſos mores retines. Accipe igitur hilari fronte hunc

noſtrum

nostrum laborem, quẽ in tuo apparere nomine uolui, ut sit perpetuum meæ in te singularis obseruantię monumentũ. Vale, & me, qui à te pẽdeo, deinceps tua maxima, (ut cœpisti) humanitate, & mãsuetudine complectere. Neapoli, Idus Nouemb. 1573.

Illustriss. ac Reuerendiss. D. tuæ
addictissimus seruus frater Gaspar Passarellus Minimus Generalis.

IO. FRANCISCI LOMBARDI

Neap. de Reuerendiſs. F. Gaſpare Minim. Gener.

Ad Lectorem Hendecasyllabon Hendecastichon græcanicum.

Σμύρναν, Κάσπαρ ἄναξ
πάρος τῶν ἡμῶν
ἣν σωτῆρι ἐνήνοχ᾽ ὥς
τύπον πρ
φυλάττειν γε φθορᾶς τα
φῆ δέμας τῷ
οὕτω Κάσπαρ ὁ πατερ
ῥελλος αὐτος.
(παιδευτὴς σοφίης μεγας ὁ θεῖος)
Ιρᾶς διαδόχων Πέτρου καθέδρας
σὺρ ῥάπτει προτερήματ᾽ ἀπέραντ᾽ ὡς
Εκπαλαι βιοτεύμεν Χρόνω ρᾶ θυρω.
Cῦν ἐὺ ὁ θεῷ αναγνωσά ζωῆς
Αντι Κάσπαρος αὐτὸς ἱε ... ζῆν
αἰῶνας μυρί᾽ ὡς μακρὸς ἐτ᾽ ἐννῆι.

Ad lectorem Author.

HEsperia cœtus nostræ iam lectus in ora
Relligionis: onus nobis commisit, ut omni
Colligerem cura, quæ sunt concessa priorum
Pontificum nutu Minimis, qui cogimur unà
Aßensu simili, uarijs sed degimus orbis
Collecti urbibus: atque eadem nos regula nectit.
Quò potui melius patrum mandata peregi,
Atque etiam citius, quantùm mea cura sinebat.
Nam fermè è mensi hoc spatio percurrimus orbem,
Iam uisendo sacra gregis penetralia nostri.
Insuper addidimus communia, præstita nobis,
Et permissa diu, uaria, sed ea optima cultu,
Relligione uirùm, diuinaque iura sequentum.
Margine preterea scholijs decorauimus illa,
Quæ memoranda forent, & quæ dignissima lectu,
Et quæ sunt uersa in melius, moderataque tandem
Concilio in sacro nuper celebrata Tridenti
Abdita postremò ut soluantuur, & aspera passim,
Quo leuius deinceps caperentur cuncta legenti,
Multa notanda quidem facili sermone reclusi.

¶ In hoc libro nec meum ipse nomen expreßissem, nisi sacrorum Conciliorum sanctio cōpulißet, quæ scripta quæcunque in publicum prodire vetat absque nomine Authoris.

Cōc. Tri. sess. i. dec. de edit. & usu sac. lib.

PYRRHVS ARCHIEPISCOPVS CONSENTINVS

MVLTIS PRIVILEGIIS Decorauit ordinem in exordio naſcẽtis re religionis, à compluribus Summis Pontificibus ſucceſsiuè approbatis.

PYRRHVS *Miſerat.* Diuina Archieps Conſentinus dilecto nobis in chriſto filio Fratri Franciſco de Paula eremitæ noſtræ Conſentinæ diœceſis, tuæq. congregationis fratribus eremitis, p̃ſentibus & futuris, ac uniuerſis, & ſingulis ſalutem in Domino ſempiternam. ¶ Decet nos ex officio, quo Ar

chiepiscopali Ecclesiæ Consentinæ præsidemus, vigilanti cura, singularique solicitudine circa ea, quæ in laudem & gloriam omnipotentis Dei, cui soli cura est de nobis, & a quo bona cuncta procedunt, ac in augmentũ sanctæ fidei catholicę, nostræq. Christianę religionis, ac plurimorum animarum salutem cedunt, ac in multorum bonum exemplum insudare, ac, quantum cũ Deo possumus, ea, quę iusta, rationabilia, salutifera, & de iure Diuino, ac sanctorum patrum institutionibus pœnitus & omnino non discrepantia gratiose concedere, & ijs fauorabiliter annuere. ¶ Dudum siquidem ad tuæ supplicationis instantiam super finibus, & posse dictæ terræ Paulæ quoddam oratorium, seu ecclesiam, sub uocabulo Sancti Francisci per te erigi fecimus, in quo diuina officia audire, seu ecclesiastica sacramenta recipere, & orare posses. Tu, qui dictum oratorium, seu ecclesiam cum singulari diligentia vnà cum quodam paruo dormitorio fabricasti, ac fabricari fecisti, ac in dies fabricas, & amplias, vitamque austeram eremiticam per viginti annos, vel circa & sanctè, & iustè, & religiose vixisti, ac de bono in melius semper perseuerasti, pro vt ducis, viuis, & perseueras de præsenti. Ibidemque Deus, solita clementia, diuersa, & crebra miracula per te operatus est, & operatur in dies: propter quæ multorum creuit deuotiò populorum, & ad te confluit populi multitudo, multique sub habitu eremitico, & tecum viuere decreuerunt, & Deo continuò præstare famulatum: & ut tu, ipsiq; quietius, sanctius, & deuotius viuere, & Deo feruentius famulari valeatis, Tu, & Frater Baltasar sacerdos, ceterique clerici, & laici, sub habitu eremitico ibidem vitam ducentes nobis humiliter supplicastis, vt dictum oratorium, seu ecclesiam Sancti Francisci de Paula ab omni iurisdictione, & superioritate matris ecclesię terrę Paulæ, & ab omni alia iurisdictione, & superioritate, etiam nostra eximere, & liberare, & sub protectione Sedis Apostolicæ totaliter relaxare, dictumque oratorium, seu ecclesiam vnà cum omnibus

Marginal note: Supplicatio.

nibus iuribus,& pertinentijs ſuis tibi, tuęque congregationis eremiticis fratribus pręſentibus, & futuris conferre, & in perpetuum concedere,& prouidere de eodem:teque, prout ipſi ſupplicarũt, in eorum patrem, ſuperiorem,& priorem deputare: huiuſmodique fratribus eremitis poteſtatem,bailiam, auctoritatem, & Fratrem Franciſcum,& alios quoſcunque in eorum ſuperiores, & officiales canonice eligendi dare, & concedere; tibique,& alijs per vos eligendis omnem iuriſdictioné & poteſtatem in ſpiritualibus, & temporalibus inde, & ſuper omnibus locis, perſonis, & rebus huiuſmodi, cum poteſtate miſſas, & alia diuina officia celebrandi, cófeſſiones audiédi,Euchariſtię, & alia eccleſiaſtica ſacramenta miniſtrandi, & recipiendi: malefactores, rebelles, & inobedientes puniendi, incarcerandi, condemnandi, & abſoluendi: & pro huiuſmodi vitæ obſeruantia,ſtatuta, & ordinationes iuri diuino, & ſanctorum patrum inſtitutionibus conſona faciendi, & de bono in melius reformandi, ac alias opportune in omnibus concedere,dare, & prouidere dignaremur. ¶ Nos vero,qui ex vera ſcientia,& experientia iam longo, & continuo tempore te cognoſcimus: operaque tua & nobis manifeſta ſunt, & te religioſum, & ſanctum hominem, ac Deo gratum, & acceptum fore, & eſſe demonſtrant; Conſiderantes, quòd bona opera, pia, caritatiua, ac Deo grata, & multis ſalutifera inibi, & vbique per te,tuamque congregationem feruentius, ac quietius, & deuotius operari poterunt, ſi priuilegijs muniamini, ac fauoribus, & gratijs proſequamini opportunis, veſtris iuſtis, & ſanctis deſiderijs, & ſupplicationibus annuentes, & inclinati, huiuſmodi oratorium,ſiue eccleſiam vna cum omnibus iuribus, & pertinentijs ſuis tibi, tuæque congregationi in perpetuum damus, tradimus, aſsignamus, cedimus,& cóferimus; ac tenore præſentium prouidemus de eadem: teque in ſuperiorem huiuſmodi tuæ congregationis patrem,rectorem,& priorem, ſeu quouis alio nomine nuncupan-

Conceſsio gratiæ.

cupandum damus, & deputamus; cui præsis, ac vita & exemplis prosis: tuisq; monitis, mandatis, & pręceptis salubribus oés huiusmodi congregationis personæ obedire, & parere debeant; ipsisq; tuis eremitis fratribus te in suum superiorem, & priorem, ac vna tecum alios quoscunque superiores, & officiales canonice eligendi potestaté, & auctoritaté. ¶ Nec non statuta, & ordinationes pro huiusmodi uitæ obseruantia, a iure tamen diuino, & sanctorum patrũ institutionibus non deuiantia faciendi: tibiq; & hmôi officialibus, & supioribus sic eligendis omnimodam iurisdictioné ordinariam in spiritualibus, & temporalibus congregationis huiusmodi personarum, etiam si sacerdotali, seu quauis alia præfulgeant dignitate, & locorum iurisdictionum animalium & rerum omnium ad te, tuamque congregationem quomodolibet spectantium, & pertinentium; cum potestate quoscunque rebelles, & inobedientes, omniumque huiusmodi congregationis personarum delinquentium peccata, delicta, & cuiuscunq. generis maleficia, & crimina (prout iuris fuerit) puniendi: huiusmodiq. delinquétes incarcerandi, condemnandi, disciplinandi, liberandi, absoluendi, ceteraque faciendi, quę in pręmissis, & circa præmissa vobis videbũtur fore necessaria, & opportuna, & q́ nosmet facere possemus. ¶ Sacerdotibus vero huiusmodi congregationis, seu secularibus, vel regularibus per vos eligendis, vt missas etiam ante diem & in quocunq; loco ad hoc congruo, & honestó cum altari portatili celebrandi: Euchar[illegible] & alia quæcunque sacramenta ecclesiastica libere [illegible] tibi, huiusmodique tuæ congregationis pers[illegible] d[illegible]uotio ingruerit, & necessitas postulauerit, absq. quacunq; superioris licentia ministrare, ad quæ [illegible] extra loca hmôi compelli non possitis. ¶ Con[illegible], & ab omnibus casibus, excommunica[illegible]tioni bus, & interdictis, ac super quac[illegible] no bis tam a iure, quam a nobis refert[illegible]sis, toties, quoties absoluendi, & dispen[illegible], votaque quæcun-

Marginal notes:

potestatem dedit eligédi superiores, & statuta faciendi.

Superiores quam iurisdictionem habent puniendi fratres.

Altare portatile & sacramenta ministrare.

Absoluere possunt fratres ab excommuni-

cunq; permutandi, & relaxandi, ac pœnitentiam saluta rem iniungendi, loca, oratoria quæcunque, & ecclesias licite accipiendi, & retinendij: quascunq; etiam personas ecclesiasticas, & seculares ad vos venientes, & vobiscum moram trahere, & habitum, quem geritis, profiteri & recipere volentes, acceptandi, & recipiendi ad habitum, & promissionem obseruantiæ castitatis, paupertatis, & obedientiæ: vestraque hmōi statuta, & ordinationes facere possint, & valeāt, ac possitis, & valeatis, potestatem bailiam, & auctoritatem tenore præsentium damus, concedimus, & indulgemus, ac vobiscum super his opportune dispensamus. ¶ Omnibusq; priuilegijs, gratijs, immunitatibus, libertatibus, & exemptionibus, quibus fratres Sancti Francisci, ceteriq; mēdicantes fruūtur, & vtuntur, frui, & vti auctoritate nostra iu ciuitate, & diœcesi Consentinensi possitis, & valeatis. ¶ Huiusmodi oratorium, siue ecclesiam, ac alia quæcunque loca, oratoria, & ecclesias per vos in posterum acquirenda cum omnibus iuribus, & pertinentijs suis, eremitisq; & personis, rebusq; omnibus ad vos, vestraq; loca quomodolibet spectantibus, & pertinentibus, personisque huiusmodi inibi degentibus ab omni iurisdictione, subiectione, & superioritate matrum ecclesiarum, ac nostra, nostreque Consentinæ ecclesiæ, ceterarumq; personarum (salua tamen semper quarta omnium legatorum quam omnino nobis, & successoribus nostris, pro vt iuris est, soluere teneamini) ex certa nostra scientia, motu proprio, & plenitudine nostræ dignitatis, quantū cum Deo possumus, in perpetuum eximimus, & totaliter liberamus: Ac sub protectione, submissione, iurisdictione, & superioritate Sedis Apostolicæ totaliter, specialiter, & singulariter, & expresse remittimus, & relaxamus, præsentibus perpetuis, futurisq; temporibus valituris. ¶ In quorum omnium, & singulorum roboris firmitatem, & testimonium præmissorum, per manus Philippi Figadij de Buxē. Cancellarij nostri p̄sentes fieri fecimus, nostriq; maioris sigilli appēsione munitas, & nr̄æ

cationibus, & uota cō mutare & loca recipere.

Priuilegijs mendicantiū fruuntur.

Subiecti non sunt fratres ecclesijs cathedralibus.

Soli sedi Apostolicę subduntur.

ꝓprię manꝰ ſubſcriptione roboratas. Datũ ĩ nr̃o Archiepiſcopali caſtro S. Lucidi. Anno milleſimo, quadrigenteſimo, ſeptuageſimo primo. Die vltimo Nouẽb. quartæ ĩdictionis. Sub pontificatu Sanctiſsimi ĩ Xp̃o Patris, & dñi noſtri. Dñ. Pauli. Papę ſecundi, anno ſeptimo. Amen.

SIXTVS QVARTVS *Pontifex 220, olim ordinis minorum, anno 1471 ad Papatum aſſumptus vixit in eo annis tredecim, et dedit ordini infraſcripta priuilegia.*

Sixtus Papa 4. mandat in mandatis Epiſcopo sãcti Marci, ut ſuper priuilegijs concelsis a Pyrrho Archiepiſcopo Conſentino ſe informet cũ poteſtate ea approbandi.

SIXTVS *Epiſcopus ſeruus ſeruorum* Dei Venerabili fratri, Epiſcopo Sancti Marci ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Iis, quæ pro piorum locorum, perſonarumq; quarũlibet, pręſertim ſub humilitatis ſpiritu altiſsimo ſua uota exhibentium cõmodo, & vtilitate piè proceſsiſſe comperimus, vt illibata perſiſtant, libenter, cum a nobis petitur, mandamus Apoſtolici muniminis adijci firmitatem. ¶Exhibita ſi quidem nobis nuper pro parte dilecti filij Franciſci de Paula, eremitę Conſentinenſis diœceſis petitio continebat, quòd dudum poſtquã venerabilis frater noſter Pyrrhus Archiepiſcopus Conſentinus ſibi quoddam oratorium, ſiue eccleſiam, ſub vocabulo Sancti Franciſci, in tenimento de Paula p̃dictæ diœceſis ut ædificare poſſet, licentiam conceſſerat; præfatus Franciſcus oratorium huiuſmodi proprijs manibus, & expenſis cum dormitorio pro uſu, & habitatione ſua, & ſuorum pro magna parte ædificauit, & non nullos ſocios vitam eremiticam ducen-

ducentes recepit: ipseque Archiepiscopus prædictum oratorium, siue ecclesiam vna cum omnibus iuribus,& pertinentijs suis prædicto Francisco, eiusque congregationi in perpetuum donauit, & non nulla alia eorum deuotioni, & saluti conuenientia, salutifera,& opportuna concessit, fecit, & ordinauit, pro vt in litteris dicti Archiepiscopi desuper confectis dicitur plenius contineri.

¶ Quare pro parte Francisci, & eremitarum prædictorum asserentium, quòd oratorium, seu eremitorium prędictum adhuc pro sufficienti habitatione ipsorum perfectum omnino non est, illudque ex pijs Christi fideliũ eleemosynis cũ dormitorio, & alijs necessarijs officinis continue ædificant,ampliant,& exornant, nobis fuit humiliter supplicatum, vt concessioni prædictæ,ac omnibus, & singulis in dictis litteris contentis, pro illorum subsistentia firmiori, robur Apostolicæ confirmationis adijcere de benignitate Apostolica dignaremur. Supplicatio.

¶ Nos igitur, qui de præmissis certam notitiam non habemus, huiusmodi supplicationibus inclinati, fraternitati tuæ per Apostolica scripta mandamus,quatenus si, & postquam vocatis qui fuerint euocandi, tibi de præmissis legitime constiterit, concessionem, & litteras prædictas, ac omnia, & singula in dictis litteris contenta, pro vt ea concernunt, auctoritate Apostolica approbes, & confirmes, suppleasque omnes, & singulos defectus, si qui forsan interuenerint in eisdem. ¶ Nos enim si approbationem, & confirmationem huiusmodi per te vigore præsentium fieri contigerit, vt præfertur, eisdem Francisco, & eremitis, vt omnibus, & singulis priuilegijs, indulgentijs,& gratijs,quibus Fratris Petri de Pisis nuncupati, ceterique eremitæ potiunt, & gaudent,vti, & gaudere pariformiter,& absque vlla differentia libere & licite posśint, & valeant, concedimus per præsentes. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrarijs quibuscunque. Datũ Romæ, apud Sanctum Petrum.Anno incarn. Dominicę 1473. tertiodecimo Cal.Iulij. Pontificatus nri anno 2. Concessio gratiarum. Priuilegia fratris Petri de Pisis conceduntur.

Sixtus iiij confirmat priuilegia concessa ordini minim. a Pyrrho Archiepiscopo Cõsétino.

SIXTVS Episcopus, seruus seruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Dilectis filijs fratri Francisco de Paula, ceterisque fratribus eremitis eremitorij, seu oratorij Sancti Francisci de Paula Consentinensis diœcesis præsentibus, & futuris salutem, & Apostolicam benedictionem. ¶ Sedes Apostolica æqua in omnibus semper distributrix, ea, q̃ pro Diuini cultus augmento, ac piorum locorum, & personarum, præsertim sub humili, & religioso habitu in eis degentium commodo & vtilitate pie facta sunt, vt illibata persistant, libenter, cum ab ea petitur, Apostolici muniminis consueuit adijcere firmitatem, ac benigno fauore ea, quę sunt pro aĩarũ salute concedere; illisque vt eo deuotius, quo quietius altissimo famulari possint, suæ protectionis munimen impartiri. ¶ Dudum siquidem pro parte Francisci nobis exposito, ꝙ olim postq̃ venerabilis frater nr̃ Pyrrhus Archieps̃ Consentin⁹ tibi, vt quoddã oratoriũ, siue ecclesiã, sub vocabulo Sancti Francisci, in tenimento de Paula Consentinæ diœcesis ædificare posses, licentiam concesserat: tuque oratorium huiusmodi proprijs manibus & expensis cũ dormitorio, pro tuis, & sociorum tuorum vsu, & habitatione, pro magna parte ędificaueras, & non nullos socios vitam eremiticam ducentes receperas: ipseque Archieps̃ p̃dictũ oratorium, siue ecclesiam vna cum omnibus iuribus, & pertinentijs suis tibi, tuęque congregationi in perpetuum donauerat; & nonnulla alia tuę, & sociorum tuorum deuotioni, & saluti conuenientia, salutifera, & opportuna concesserat, fecerat, & ordinauerat: quòdque oratorium, siue eremitorium prędictum adhuc pro sufficienti habitatione tui, & eremitarum prędictorum perfectum omnino non erat, illudque pijs Christi fidelium eleemosynis cum dormitorio, & alijs necessarijs officinis, tu, ac eremitę tui socij huiusmodi continue ædificabatis, ampliabatis, & exornabatis.

Exponitur concessio Pyrrhi.

Concessio gratiarum.

¶ Nos tunc tuis, & eremitarum prędictorum in ea parte supplicationibus inclinati, venerabili Fratri nostro

Episcopo

Episcopo Sancti Marci, eius proprio nomine non expresso, per alias nostras litteras dedimus in mandatis, vt si,& postquam vocatis,qui forent euocandi, de pręmissis sibi legitime constaret,concessionem,& litteras dicti Archiepiscopi, ac omnia, & singula in ipsis litteris contenta, pro ut ea concernebant, auctoritate Apostolica approbaret, & confirmaret, suppleretque omnes, & singulos defectus, si qui forsan interuenissent in eisdem: & in euentum approbationis, confirmationis, & suppletionis huiusmodi, vobis p̄dictis eremitis,vt omnibus, & singulis priuilegijs, indulgentijs, & gratijs, quibus Frater Petrus de Pisis nuncupatus,ceteriq. eremitæ, potiebantur, & gaudebeant, vti & gaudere pariformiter,& absque vlla differentia libere, & licite possetis,& valeretis,concessimus;prout in eisdem nostris litteris desuper confectis plenius continetur. ¶ Cum autem sicut exhibita nobis nup̄ pro parte vestra petitio continebat, Venerabilis Frater noster Goffredus Episcopus S. Marci prædictus, ad exsecutionem prędictarum nostrarum litterarũ,illarũ forma seruata, ꝓcedens(quia sibi uocatis vocandis,de a nobis expositis legitime constiterat) licentiam,donationem,concessionem,ordinationem, & litteras Archiepiscopi prædicti, omniaque & singula in eis contenta,pro vt ea concernunt, auctor. Apostolica approbauerit,& confirmauerit,supplleueritque omnes,& singulos defectus, qui interuenerunt in eisdem, prò vt in quodam publico instrumento desuper confecto dicit plenius contineri. ¶ Quòdque Pyrrhus Archiepiscopus prædictus, inter alia per eum vobis tunc concessa, prędictum eremitorium,siue ecclesiam Sancti Francisci, & alia quęcunque loca, ecclesias & oratoria,per uos in posterum recipienda cum omnibus iuribus,& pertinentijs, eremitisque, & personis inibi pro tempore degentibus, ac rebus omnibus ad uos, locaq; vestra quomodolibet pertinentibus, & spectantibus,ab omni iurisdictione,subiectione, & superioritate matrum ecclesiarum,ac sua,suęque ecclesię Consentiñ. ceterarumque persona-

rum

rum in perpetuum exemit, & liberauit; ac sub protectione, submissione, & iurisdictione Sedis Apostolicę specialiter, & expresse remiserit, & relaxauerit: Et sicut eadem petitio subiungebat, a non nullis asseritur, nostras pręlibatas litteras, ac confirmationem, approbationem, & defectuum suppletionem, ceteraque omnia alia, & singula per predictum Goffredum Episcopum Sancti Marci illarum vigore facta, & inde sequuta quęcunque iuribus non subsistere, pro eo q' Archiepiscopus prędictus per suas prædictas litteras te Fratrem Franciscum in superiorem huiusmodi tuę congregationis patrem, rectorem, & priorem, seu quouis alio nomine nuncupandum dederit, & deputauerit, cui congregationi prę esses, ac vita, & exemplis profuisses, tuisque monitis, mādatis, & præceptis salubribus omnes congregationis huiusmodi personæ obedire, & parere deberent; ipsisque tuis eremitis Fratribus facultatem concesßit te in suum superioré, & priorem, ac vna tecum alios quoscunque superiores, & priores, & officiales canonice eligendi, nec non statuta, & ordinationes pro huiusmodi vitæ obseruantia, a iure tamen diuino, & Sanctorum patrum institutionibus nō deuiātia faciendi: tibiq; & huiusmodi officialibs omnimodam iurisdictionem ordinariam in spiritualibus, & temporalibus congregationis huiusmodi personarum, etiam si sacerdotali, seu quauis alia præfulgerent dignitate, ac locorum iurisdictiones animaliū & rerum omnium ad te, tuamque cōgregationem quomodolibet spectantium, & pertinentium; quoscunque quoque rebelles, & inobedientes, omniumque huiusmodi congregationis personarum delinquentium peccata, & delicta, & cuiuscunque generis maleficia, & crimina, prout iuris foret, puniendi, huiusmodique delinquentes incarcerandi, disciplinandi, condemnandi, liberandi, absoluendi, ceteraque faciendi, quæ in prę missis, & circa præmissa vobis viderentur fore necessaria, & opportuna, & quę ipsemet Archiepiscopus facere possit. ¶ Sacerdotibus vero huiusmodi congregationis,

nis, seu secularibus, vel regularibus per uos eligendis, missas etiam ante diem, & in quocunque loco ad hoc congruo, & honesto cum altari portatili celebrandi: Eucharistię, & alia quæcunque ecclesiastica sacramenta libere, & licite tibi huiusmodique tuæ congregationis personis, quoties deuotio ingrueret, & necessitas postularet, absque quacunque superioris licentia ministrandi, ad quæ suscipienda extra loca huiusmodi compelli non possetis. ¶ Confessiones audiendi, & ab omnibus casibus, excommunicationibus, suspensionibus, & interdictis, ac super quacunque irregularitate, eidem Archiepiscopo tam a iure, quam ab eo reseruatis, & præmissis, toties, quoties opus foret, & esset, absoluendi, & dispensandi, votaque quæcunque permutandi, & relaxandi, ac pœnitentiam salutarem iniungendi. ¶ Loca, oratoria quęcunque, & ecclesias licite accipiendi, & retinendi; quascunque etiam personas ecclesiasticas, & seculares ad vos venientes, & vobiscum moram trahere, & habitum, quem geritis, profiteri, & recipere volentes ad habitum, & professionem obseruantię castitatis, paupertatis, & obedientiæ acceptandi, & recipiendi. ¶ Nec non vt omnibus, & singulis priuilegijs, gratijs, immunitatibus, libertatibus, exemptionibus, quibus Fratres Sancti Francisci, ceterique mendicantes fruuntur, & vtuntur, frui, & vti possetis, & valeretis, ac possent, & valerent, indulsit, ac uobiscum super his opportune dispensauit, huiusmodique oratorium, siue ecclesiam Sancti Francisci de Paula, ac alia quęcunque loca, oratoria, & ecclesias per uos in posterum acquirenda, & acceptanda, cum omnibus iuribus, & pertinentijs suis, eremitisque, & personis, ac rebus omnibus, & singulis ad uos, vestraque loca quomodolibet spectantibus, & pertinentibus, personisque huiusmodi inibi pro tempore degentibus ab omni iurisdictione, subiectione, superioritate matrum ecclesiarum, ac sua, suæque ecclesię Consentiñ. ceterarumque personarum ex certa sua scientia, & motu proprio in perpetuum exemit, & totaliter liberauit, ac

Missas celebrandi.

Confessiones.

Loca accipere.

Solum coram ſede Apoſtolica tenétur de iuſtitia reſpondere.

ſoribus noſtris Romanis Pontificibus canonice intrantibus, ac dictę ſedi immediate ſubiacere. ¶ Itaque Archiepiſcopi, Epiſcopi, ordinarij, Iudices ſupradicti, ratione delicti, ſeu contractus, aut rei, de qua agetetur, vbicunque committatur delictum, vel ineatur contractus, aut res ipſa conſiſtit, nullam in vobis, ac eremitorijs, locis, & eccleſijs, eremitis, & perſonis huiuſmodi, ac rebus, & bonis prædictis iuriſdictionem, poteſtaté, & dominiū poſsint quomodolibet exercere, ſed dūtaxat corā dicta ſede, vel eius legatis vos, & eremitæ, ac aliæ perſonę in locis, eccleſijs, & eremitorijs huiuſmodi pro tēpore degétes teneamini de iuſtitia reſpódere.

Priuilegia Pyrrhi extenduntur, ad omnes diœceſes.

¶ Et inſuper vobis omnibus, & eremitis, ac pſonis, locis, eccleſijs, ac eremitorijs huiuſmodi, vt omnibus, & ſingulis priuilegijs, indulgentijs, conceſsionibus, gratijs indultis, ceteriſque omnibus, & ſingulis in præſentibus & alijs noſtris, ac ipſius Conſentinéſis Archiepiſcopi litteris ſępe dictis, ac per eas habitis proceſsibus prędictis contentis, vobis, ac eremitorijs, eccl'is & locis hmōi conceſsis, & cócedendis in quacūque ciuitate, & diœceſi, ac vbique, & in quocunque loco, auctor. Apoſtolica prædicta vti, & gaudere, eaque omnia, & ſingula in hmōi noſtris, ac alijs, & prædicti Archiepiſcopi pnominati litteris, & proceſsibus deſuper habitis cótéta, cuiuſuis ſuperioris ſuper his, aut aliqu o pmiſſorū licentia minime requiſita, ac quibuſcūq; etiā cōtradictionibus, exceptionibus, & impedimentis remotis, prędicta auctor. Apoſtolica libere, & licite exercere poſsitis & valeatis. ¶ Quę etiam omnia, & ſingula in præſentibus, & alijs noſtris, ac dicti Archiepiſcopi litteris ſæpe dictis, ac proceſsibus deſuper habitis contenta, auctoritate, & ſcientia prędicta de ſpecialis dono gratię concedimus, & indulgemus p pſentes, fe. re. Innocentij Papę IIII. pdeceſſoris noſtri cótra exemptos, quę incipit, Volentes, & qualibet alia conſtitutione Apoſtolica contraria non obſtante.

Non poſſunt excó-

¶ Decernimus quoque ex nunc omnes, & ſingulas excommunicationum, ſuſpenſionum, & interdicti, aliaſq; eccle-

ecclesiasticas sententias, censuras & pœnas, ac processus, quos, & quas contra vos, & eremitas, ac personas, ecclesias, eremitoria, & loca huiusmodi, & vestrum quemlibet promulgari contigerit, vel haberi, irritas, & irritos, & inanes, ac nullius existere firmitatis, vel momenti. ¶ Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ laudis, approbationis, confirmationis, cõmunitionis, suppletionis, decreti. exemptionis, liberationis, susceptionis, voluntatis, concessionis, & indulti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli, Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ, apud Sanctum Petrum. anno Incarnat, Dominicæ. 1474. Sexto Calendas Iunij. Pontificatus nostri anno tertio.

municare fratres.

Contradictores excõmunicantur

Sequentia Priuilegia SIXTI intelliguntur communicata.

SIXTVS *Episcopus, seruus seruorum Dei:* Ad perpetuã rei memoriã. Apostolicæ mansuetudinis exẽpla nos admonẽt, vt fideliũ personarũ deuotionẽ, animarũq; salutẽ procurẽmus. Et quę pro sacræ religionis B. Francisci honori processisse concernimus, vt illibata persistant, roburque Apostolicę confirmationis à nobis petitum fauorabiliter impendamus. Sanè pro parte dilectorum filiorum Zaneti de Vtino generalis ministri, & capituli ordinis fratrum Minorum in ciuitate nostra Ferrariensi præterito festo Pentecostes celebrati nobis exhibita petitio continebat, quòd licèt ab exordio dictę religionis deuota innotuerit consuetudo. videlicet, ꝙ multi Reges, & Principes, nobiles, & populares in mortis articulo requisierint, & sępe requirant in habitu dictæ religionis mori, & sepeliri, & veluti fratres patenter vsque ad locum sepulturę deferri, in cuius deuotionis fauorem multi Romani Pontifices eandem deuotionem approbantes quasdam sic sepeliri eligentibus indulgentias concesserunt. ¶ Nihilominus nonnulli curati, & ecclesiarum rectores in vltramontanis, & alijs re-

Sixtus 4 concedit quod sepulti in habitu patẽter deferãtur sine pallio, & impedientes excõmunicat

gionibus ipsam deuotionem arridētes, & penitus extinguere cupientes suos parochianos contumeliosè impediunt: ne sic in extremis voluntatibus sepeliri eligant nolentes corpora de domibus defunctorum leuare, nec ad eorum ecclesias funera sic composita cum habitu, nisi linteo, vel pallio cooperta deferri permittunt, nec etiā per vicos ad locum sepulturæ deportari in scandalum plurimorum, & præiudicium religionis, & pręfatę deuotionis. ¶ Quare pro parte Generalis, & Capituli prędictorum nobis fuit humiliter supplicatum, vt super hoc opportune prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. ¶ Nos igitur eorundem prędecessorum vestigiis inhærentes, omnibus, & singulis vtriusq; sexus personis in habitu prædicto sepeliri volentibus, quòd id eis liceat. sine tamen alicuius præiudicio, Apostolica authoritate perpetuò indulgemus: districtius inhibentes Prælatis, & Rectoribus ecclesiarum, sub excommunicationis pœna, quam Canonica monitione pręmissa contrafacientes incurrant, & à qua per alium, quàm per Romanum Pontificē, & in mortis articulo duntaxat absolui non possint, ne taliter sepeliri volentibus, quouis modo impedimentum afferant, sed permittant illos patentèr ad ecclesias, & locum sepulturę in habitu huiusmodi deferri iure rectorum parochialium ecclesiarum, & cuiuslibet alterius in omnibus semper saluo. ¶ Non obstātibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisq; contrarijs quibuscunq;: ¶ Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis, & inhibitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ 1472. octauo Idus Septembris. Pontificatus nostri anno secundo, Sic subscriptum. L. Griphus. & in plica S. Molfus.

SIXTVS Episcopus, seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. Sacri prædicatorum

& minorum fratrum ordines, instar duorum primorum fluminum a cælestium voluptatum, & amenitatum paradiso egredientium sacrosanctæ vniuersalis ecclesiæ terram ne mundanarum cupiditatum, & vitiorum calore arescat, pręclarę doctrinę, virtuosorum operum, ac multiplicium meritorum imbribus irrigantes, magis ac magis illam in dies fructuosam efficiunt. Hi sunt duo seraphin, qui in sublime contemplationis, & seraphici amoris alis eleuati, a terrenisque rebus abstracti, assiduo diuinarum laudum clamore, & immensorum beneficiorum humano generi a summo opifice Deo exhibitorum declaratione, feruentissimis prædicationibus populos instruendo, & ad cęleste iter dirigendo insistentes, multiplicata talenta eis credita, domino Deo mundæ segetis (animarum scilicet redemptoris nostri Iesu Christi pretiosi sanguinis effusione redéptarum, copiosos in horrea sanctæ ecclesię manipulos referunt. Hi sunt duę tubę, per quas Dńs præcipit ad pabulum sacri Euangelij vniuersum populum assiduis pręedicationibus aduocari, vt in omnem terram exiret sonus eorum, & redderent sibi populum acceptabilem, & bonorum operum sectatorem. Ad prædictorum igitur prædicatorum, & minorum fratrum ordines, quos pro eorum amplissimis meritis, & vberrimis fructibus, quos in Dei ecclesia continue afferuntur prę ceteris, paterna charitate diligimus, nostrę considerationis intuitum dirigentes, illa eis libenter concedimus, quæ in eis optatæ quietis fructum inducant, & statum eorum faciant pacificum & tranquillum. Dudum siquidem, vt ordinum eorundem professorum statui, & quieti consuleremus, motu proprio nonnullas litteras diuersorum Romanorum pótificum prædecessorum nostrorum dictis ordinibus concessas, & in illis contenta approbauimus, & quoad aliqua declarauimus, ampliauimus, & extendimus, ac nonnulla de nouo eis concessimus, prout in diuersis nostris litteris desuper confectis plenius continetur. ¶ Cum autem, sicut postmodum accepimus, per huiusmodi ampliationes, declara-

vocata cō cessa fratribus prædicatoribus, & minoribus intellit etiam concessa minimi.

tiones, extensiones, & concessiones, adhuc totali eorundem ordinum, & illorum professorum quieti plene, vt expedit, non consulatur, asseraturque a nonnullis per easdem literas, omnes gratias spirituales, & temporales dictis ordinibus, & eorum domibus, & fratribus a prędecessoribus nostris concessas, approbatas non fore. ¶ Nos attenta meditatione pensantes, quantum vtilitatis ad exaltationem Christianę fidei, & euangelicæ veritatis ordinum prędictorum professores hactenus attulerunt, & afferre valeant, adiuuante domino in futurum, ac propterea volentes (vt tenemur) eorum tranquillitati vberius prouidere, Motu simili, non ad ipsorum fratrum, & sororum, aut alterius pro eis nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate, & ex certa nostra scientia, quascunque litteras, & gratias spirituales, & temporales, concesiones & indulgentias, ac peccatorum remissiones in genere, vel in specie fratribus, & sororibus prędicatorum, & minorum ordinũ, ac domorum eorundem, nec non visitãtibus illorum ecclesias, capellas, & oratoria concessas, quarum tenorem, ac si de verbo ad verbum præsentib. insererentur, haberi volumus pro expresso, præsentium tenore approbamus, & robur firmitatis perpetuæ obtinere decreuimus, proque potiori cautela Apostolica auctoritate de nouo iuxta litterarum desuper concessarum continentiam, & tenorem concedimus, & largimur. Et vt ecclesię, domus, & oratoria prędicatorum, & minorum ordinum prędictorum per vniuersum orbem constructæ, & ædificatæ, & quæ construi, & ædificari contigerit in futurum, congrua deuotione & veneratione a Christi fidelibus visitentur, ac quæ imperfectæ sunt, perficiantur, & ad complementum deducantur, & completę conseruentur, & manuteneantur, necnon paramentis, & alijs ad diuinum cultum inibi necessarijs debite ornentur, ipsique Christi fideles ad dictas ecclesias eo libentius confluant, & ad præmissa manus promptius porrigant adiu-

Confirmantur omnes gratię indulgentię istorum ordinum.

adiutrices, quo ex hoc ibidē dono cœlestis grãæcōspexerint se refectos, De oīpotētis Dei misericordia, ac beatorū Petri, & Pauli Apostolorū eius auctoritatē cōfisi, Vniuersis & singulis Christi fidelibus vtriusq; sexus, vere pœnitētibus & cōfessis, q ecclesias, & oratoria domorū fratrū pdictorū ī singulis sancti Dominici, & sancti Frācisci, centū annos, & totidē quadragenas, & in sanctorum Petri martyris, Thomæ de Aquino, Vincentij, & sanctæ Catherinæ de Senis, ac sanctorum Antonij de Padua, & Ludouici episcopi, Bernardini, & sanctę Claræ, & beatæ Elisabeth festiuitatum diebus a primis vesperis, & p totā diē ipsarū festiuitatū quinquaginta annos, & totidem quadragenas deuote visitauerint annuatim, & manus ad pręmissa, aut eorum aliqua porrexerint adiutrices, de iniunctis eis pœnitentijs, misericorditer in domino relaxamus, præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris. ¶ Et vt prędictorum prędicatorum, & minorum ordinum fratres tanto feruentius diuinis beneplacitis insistant, quanto maiorib. se viderint spiritualibus gratijs fore munitos, omnibus & singulis prædicatorum, & minorum ordinum professoribus, qui nunc sunt, & pro tempore perpetuo erunt, vt confessor idoneus eorundem ordinum, quem quilibet pro se de sui superioris licentia duxeit eligendum, eorundem confessione diligenter audita, pro commissis per eos excessibus, & peccatis, semel in vita, in forma confessionalis per nos edita, in mortis vero articulo plenariam absolutionem, & peccatorum huiusmodi remissionem impendere valeant, etiam si ante factam eorundem ordinum professionem eos decedere contingeret, similibus motu, scientia, & auctoritate indulgemus. ¶ Facultatem vero a prædecessoribus nostris concessam magistro generali, & prioribus prouincialibus, & conuentualibus, ac eorum vicarijs prædicatorum, ac generali, & prouincialibus ministris, & eorum vicarijs, necnon custodibus minorum ordinum prædictorum, super absolutione fratrum eorundem ordinum suo-

Indulgentię ī festis sanctorum nostrorū.

Conceditur fratrib. vt posśint eligere cōfessoré semel ī vita: & in mortis articulo plenaria indulgentia cōceditur.

Restringitur facultas absoluendi fratres penes generales, & eorum vicarios.

rum, & dispensatione cum eisdem, in quibuscunque casibus (preterquam illis, pro quibus essent ad sedem Apostolicam mittendi) & per nos approbatam, cum declaratione casuum pro quibus mittendi sunt: perstringentes volumus q magr & minister generales pfati, & eorũ vicarii, & illi, quib. ipsi mag ster & minister gñales pro tpe id duxerint committendum dumtaxat, & non alij facultate prædicta de cetero vti possint, illam omnibus alijs pœnitus adimentes. ¶ Et ne propter monasteria monialium seu sororum sub cura, & institutis ordinis prædicti fratrum prædicatorum, & Sanctę Clarę, seu Sancti Damiani ordinum sub eiusdem fratrum minorum ordinis cura degentia, Sancti Dominici, & Sancti Francisci de pœnitentia nuncupatorum ordinum vtriusq; sexus personas, contingat eorundem fratrum quietem turbari, motu, scientia, & auctoritate prædictis statuimus, q huiusmodi monasteria, & loca, eorumq; abbatissæ, & priorissæ, procuratores, syndici, oblati, & vtriusque tertij ordinis prędicti de pœnitentia nuncupatę personæ pdictę, eisdẽ priuilegijs, imunitatib⁹, gratijs, fauorib⁹ cõcessionibus, facultatibus, & indultis spiritualibus, & temporalibus prædictis fratrum prędicatorum, & minorũ ordinibus, ac illorum professoribus, domibus, & locis ac procuratoribus, syndicis, oblatis, & commissis, seu alias quomodolibet per prędecessores nostros, aut nos hactenus concessis, & in posterum concedendis, quauis auctoritate, quatenus earum sexui, & statui non contradicant, libere, & licite vti possint, & debeãt, in omnibus, & per omnia, prorsus & sine vlla differentia, ac si eisdẽ monasterijs, locis, & personis, abbatissis, syndicis, procuratoribus, oblatis, & commissis, sororum, & monialium earundem, ac personis vtriusque sexus de pœnitentia huiusmodi, nominatim concessæ forent, & concederentur expresse. ¶ Pręterea, quia vt intelleximus exortis nonnunquam cõtrouersijs inter locorum ordinarios eorumq; vicarios seu officiales curatos, & fratres prædictorum ordinum, varijs occasionibus, locorum ordinarij,

Moniales, & personę tertij habitus gaudent eisdẽ priuilegijs, quib. fratres.

Sententiæ ordinariorum contra subditos fa

rij,

rij, eorumq; vicarij, seu officiales, & curati prædicti, ne Christi fideles fratribus ipsis pias eleemosynas erogare præsumant, suadere, & etiam sub censuris inhibere, ac erogantes excommunicatos fore prædicare, seu prædicari facere, seu pronunciare præsumunt. Locorum ordinarijs, eorumq; vicarijs, seu officialibus, & curatis prædictis ac etiam alijs quibuscunque dicta auctoritate mandamus, vt ab huiusmodi persuasionibus, inhibitionibus, & mandatis de cetero prorsus omnino abstineant, decernentes inhibitiones ipsas, & mandata nullius existere firmitatis, & illis contrauenientes censuris huiusmodi minime ligari, ac eosdem persuadentes, & inhibentes, mandatoq; nostro huiusmodi obtemperare non curantes (nisi pœnituerint, & persuasiones, ac inhibitiones, & prædicta reuocauerint infra triduum, postquam desuper requisiti fuerint) eo ipso ordinarios interdicti ingressus ecclesię & suspensionis a regimine, & administratione suarum ecclesiarum, alios vero inferiores ab eis excommunicationis sententiam incurrere.

ctæ in ordinum dispédium, non tenent, & ipsi grauib. pęnis subijciuntur.

¶ Cum autem nonnulli ad ordines prædictos prędicatorum, & minorum specialiter gerentes deuotionis affectum, eorum cadauera cum habitu fratrum prędicatorum, vel minorum, seu fratrum, vel sororum de pœnitentia vtriusque ordinis prędictorum, sepeliri mandent, & persæpe, antequam moriantur, habitum huiusmodi eis postulant exhiberi, decernimus, habitum huiusmodi per priorem domus ordinis Prædicatorum, aut Guardianum domus ordinis minorum loci, in quo tales decedere continget, vel per superiorem Prælatum ipsorum ordinum, domorum, seu prioratus, & guardianię, vel cui illi duxerint committendum dumtaxat, & non per alium quauis auctoritate, vel prelatione fungentem exhiberi debere, qui prædictum habitum recipientibus declarare teneantur, apud eorum ordinum ecclesias debere sepeliri in eorum habitu, quorum habitum suscipiant, & illorum sic indutorum cadauera discooperta, nullo pallio vel tegumento superimposito, cum habitu huiusmodi ad sepulturā

Illis, quis in morte mandant sua cadauera cū habitu dictorum ordinum sepeliri, habitus ipse dari non pōt nisi p priorē, vel guardianum.

 deferri

Fratres habilitati beneficijs nõ gaudét priuilegijs ordinis nisi de prelatorum illius ordinis assensu.

deferri posse, ordinariorum etiam sub censuris prohibitione locorum qualibet in contrarium edita non obstãte, quas quoad hoc modificamus. ¶ Et ne ex habilitatibus ad vnum vel plura beneficia ecclesiastica in titulũ, vel commendam obtinenda, cum facultate interim donec illa assequantur pro capellanis aliorum in beneficijs ecclesiasticis deseruire, & ꝙ etiam postquam beneficia huiusmodi assecuti fuerint in domibus dicti ordinis residere, cameras habere, in illis, ac in generalibus, atque prouincialibus capitulis fratrum eorundem prædicatorum, & minorum ordinum vocem actiuam, & passiuam habere, ac priuilegijs, fauoribus, & gratijs, & indultis concessis ipsorum ordinum professoribus, gaudere possint, præfatis ordinibus, & illorum professoribus grauamen inferatur, eisdem motu, & auctoritate decernimus, huiusmodi concessias, & quas concedi contigerit habilitationis litteras, intelligi, & interpretari debere, vt fratres ipsi, quibus litteræ huiusmodi concessę sunt, & concedentur in posterum, quandocunq; per sedem prædictam, postquam aliquod beneficium adepti fuerint pacifice, aut pro capellanis in aliquibus ecclesijs cæperint deseruire, concessionib. prædictis (prout vocem actiuam, & passiuam, residentiam in domibus dictorum ordinum, ac retentionem dictarum domorum, camerarum, & alia, quæ ordinum præfatorum sunt, concernũt) de dictorũ prælatorum consensu dumtaxat gaudere possint, & nõ alias, nec alio modo. ¶ Idẽ statuentes de promotis ad cathedrales etiam titulares appellatas ecclesias, & alias ecclesiasticas dignitates. ¶ Ceterum vt dictorũ ordinum professores, qui inquisitores hæreticæ prauitatis pro tempore in diuersis mundi partibus deputantur, tanto diligentius eorum officia studeant exercere, ac ab illicitis, & eis prohibitis abstinere, quanto cognouerint posse eorum errores facilius corrigi, & puniri, ꝙ magister prędicatorum, & minister minorum ordinum prædictorum generales præfati, nunc & pro tempore existentes, gesta pro tẽpore per ipsos inquisitores suorũ

Idem statuitur de Episcopis, & alijs beneficiatis.

Generales possunt inquisitores punire, absoluere, & alios confirmare.

ordinum respectiue examinare, & querelas contra illos propositas audire, ac super illis (quantum eis iustum & æquum videbitur) statuere & ordinare. Et si in aliquo eos deliquisse inuenerint, illos iuxta excessuum exigentiam, etiam per eorum ab officio amotionem, ac alias corrigere, & punire, dictosque inquisitores, secundum ꝙ æquum & iustum, aut necessarium videbitur, (non tamen in vna eademque diœcesi multiplicare) libere & licite valeant. Et prædicatorum in minorum, & econtra minorum ordinum prædictorũ inquisitores in prædicatorum ordinum huiusmodi professores quoscunque, Officio inquisitionis huiusmodi fungi, illudque exercere nullatenus possint, absque sedis Apostolicæ licentia speciali, de præsentibus litteris specificam & expressam faciente mentionem. ¶ Postremo quia prædicatorum & minorũ fratrũ prędictorum ordinum professores pro fidei catholicæ dilatatione, incremento, & defensione, continue indefesse laborant, & eorum exemplari vita, prædicationibus uerbi Dei, audientia confessionum, sana doctrina, assidua sacrarũ litterarũ instructione, & deuota diuinorum officiorum celebratione, hereticorum extirpatione, alijsque innumeris pijs operationibus prę ceteris ordinum mendicantium professoribus fructus in ecclesia Dei salutares copiosius attulerunt hactenus, & continue afferre non cessant, atque allaturos in futurum Deo propritio spe firma tenemus, & ꝓpterea cõuenit, vt ipsi prę ceteris ampliores fauores, & gratiarum prærogatiuas a præfata sede recipiant & reportent, aliorumq; ordinum mẽdicantium indultis & priuilegijs apud sedẽ præfatã gaudeant, ne illis inferiores esse videantur. Omnes & singulas gratias, cõcessiones, indulgentias, & peccatorũ remissiones, immunitates, exẽptiones, facultates, priuilegia, & indulta spiritualia & temporalia, qualiacũque sint eremitarũ sancti Augustini, & Carmelitarũ, ac Seruorum beatæ Marię fratrum ordinibus, & illorum ecclesijs, oratorijs, & domibus, prioribus, fratribus, & sororibus, cõuersis, & oblatis, ac vtriusq; sexus personis de

Prædicatores non possunt inquirere contra minores, & econtra.

Conceduntur omnes gratię, quas habent omnes religiosi mendicãtes, fratrib. prædicatoribus, & minoribus.

pœnitētia nuncupatis, a pdecessoribus nr̄is Rom. Pont. pdictis & a nobis, aut alijs auctoritatē habētibus, quę oīa ac si nominatim exprimerētur haberi hic volumus pro sufficienter expressis, coniunctim vel diuisim, in genere vel in communi concessa, eisdem & eorum cuilibet prędicatorum & minorum fratrum ordinibus, domib. ecclesijs, oratorijs, generali magistro, ministro, prioribus, & ministris prouincialibus, conuentualibus prioribus, guardianis, sororibus, oblatis, conuersis, & vtriusq; sexus tertij ordinis, seu de pœnitentia nuncupatis, & alijs eorundem ordinum personis, de nouo concedimus & in eis locum habere volumus, ac si eisdem nominatim directe & expresse concessa fuissent. ¶ Mandātes etiam motu, & scientia, & auctoritate prędictis, vt dum priuilegiorum, indulgentiarum, prerogatiuarum, concessionum, exemptionum, immunitatum, facultatum, & indultorum dictorum fratrum eremitarum Sancti Augustini, Carmelitarum, & Seruorum Sanctæ Mariæ originales litteræ seu transumpta auctentica, ex illis, pro & in fauorem ecclesiarum, domorum, & fratrum prædictorum prædicatorum, & minorum ordinum, adducerentur, vel exhiberentur, eadem fides indubia adhibeatur tam in iudicio quam extra iudicium, & alijs locis, quibus opus fuerit, ac si pro & in fauorem dictorum ordinum, ecclesiarum, domorum, & fratrum prædicatorum, & minorum a sede Apostolica emanassent, ac eis & cuilibet ipsorum fuissent immediate concessæ. ¶ Inhibentes districtius ipsis locorū ordinarijs sub interdicti ingressus ecclesiæ, & suspensionis a regimine & administratione suarum ecclesiarum, ac parochialium ecclesiarum rectoribus, & alijs quibuscunque, sub excommunicationis latæ sententiæ, & priuationis earundem ecclesiarum parochialium, & omnium aliorum beneficiorum ecclesiasticorum, quæ obtinent, necnon inhabilitationis ad illa, & alia in posterum obtinenda pœnis, eo ipso qui contrafecerint incurrendis ne personis quibuslibet ecclesiasticis vel sęcularibus in genere vel in specie dire-

Priuilegia aliorum ordinum mēdicantium exhibenda sunt in fauorem fratrum prædicatorū, & minorum.

Inhibetur prælatis ecclesiarum, & parochialibus sacerdotibus ne fratres ī aliquo molestent sub pœnis.

cte vel indirecte aliquid inhibeant, præcipiant, ordinent vel statuant, quo minus ordines prædicti, illorum domus & professores, prędictis gratijs eis concessis libere vti posint. ¶ Non obstantibus quibuscunque apostolicis suspensionibus, reuocationibus, & restrictionibus, ac prouincialibus & synodalibus concilijs editis, generalibus vel specialibus constitutionibus, necnõ Parisiensis & aliorum locorum generalium studiorum vniuersitatibus, & curiæ vicegerentiæ Auinionensis, & quibuscuis ordinarijs prelatis ac personę concessis & concedendis litteris priuilegijs, ac per illos deputatis in eis conseruatoribus priuilegiorũ huiusmodi facultatibus & iurisdictione, cum quibusuis clausulis etiam derogatoriarum derogatorijs, ac fortioribus, & insolitis, quibus omnibus illa etiam si de eis eorumque totis tenoribus & datis, non per huiusmodi generales clausulas etiam specialem mentionem importantes, sed specifica & indiuidua ac de verbo ad verbum, seu quæuis alia mentio habenda esset, præsentibus pro expresis habentes, illis alias in suo robore permansuris, quoad premissa specifice, & nominatim derogamus, & ea nemini in pręiudicium p̄missorum suffragari posse, aut debere, ac irritum & inane quicquid secus contigerit attentari decernimus, necnon omnibus illis, quæ in dictis litteris nostris præfatis ordinibus concesis volumus non obstare, ceterisq; contrarijs quibuscunque. Verum quia difficile foret præsentes litteras ad singulas prouincias originaliter destinare, volumus & dicta auctoritate decernimus, quòd transumptis earum manu notarij publici & curiæ causarum Camerę Apostolicę auditoris, vel protectoris, qui est & qui pro tempore erit, aut alicuius Archiepiscopalis, vel Episcopalis seu cuiuscunque in dignitate constituti sigillo munitis, ea prorsus in iudicio, & extra, vbicunque exhibita, vel ostensa fuerint, fides adhibeatur indubia; ac si ipsę originales litterę forent exhibitę, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrę approbationis, constitutionis, concesionis, largitionis, indult,

dulti, perstrictionis, voluntatis, ademptionis, statuti, mandati, decreti, inhibitionis, & derogationis infringere &c. Datum Romæ apud sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ 1479. 7. Cal. Augusti. Pont. nostri Anno octauo.

SIXTVS EPISCOPVS seruus seruorum Dei.

Reuocat restrictionem circa absolutioné, in Bulla Aurea positam.

DILECTIS filijs Vicarijs fratrum obseruantiæ Hispaniæ, & Lombardiæ ordinis prædicatorum, ac omnibus Prioribus & vice gerentibus eorundem fratrum ipsis vicarijs subiectis, Salutem & Apostolicam benedictionem. Quoniam omnes ordinis vestri de obseruantia fratres pro eorum absolutionibus & dispensationibus obtinendis, ad magistrum generalem præfati vestri ordinis ire tenentur, & obligantur, iuxta tenorem bullæ aureæ nuncupatæ in qua talis restrictio, apponitur, idque fratribus ipsis magno sit incommodo propter varios discursus pro quaque re faciendos. Volentes eorum commoditati, & quieti in hoc consulere, supplicationibusque in hac parte nobis porrectis inclinati, vobis & cuilibet vestrum facultatem, & potestatem concedimus, absoluendi & dispensandi cum fratribus ipsis, sicuti alias ex priuilegio, quod dicitur Mare magnum, facere poteratis, antequam talis Bulla aurea nuncupata emanasset. Illa ceterisque contrarijs non obstantibus quibuscunque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris. Die XXVIII. Maij. 1481. Pont. nostri Anno decimo.

DILECTIS FILIIS, VICARIO, ac prælatis conuentuum, ac monasteriorum reformatorum, & reformandorum congregationis prouinciæ Castellæ, & Legionis, Sixtus Papa IIII. ordinis minorum.

DILECTI *filij salutem, & Apostolicam* benedictionem. Supplicari nobis humiliter fecistis, vt cum in constitutionibus, & priuilegijs vestri ordinis, expresse caueatur, ne fratres ordinis eiusdem, præterquam suis prælatis, & de eorum licentia, fratribus dicti ordinis confiteantur, dignaremur concedere, vt aliquando alterius ordinis sacerdotibus, maxime necessitate exigente, possint confiteri. Nos, vt cum maiori animi quiete, & conscientię pace, fratres vobis subditi Altissimo famulari possint, huiusmodi supplicationibus inclinati; vt fratres vestra, vel aliorum prelatorum, & suorum, qui pro tempore erunt, licentia, solummodo tamen cum itinerauerint, vel fuerint extra conuentus eorum, prout eis concedetis, confiteri possint; et vos quomodocunque sacerdotibus cuiuscunque secularis, seu regularis ordinis confiteri valeatis tenore præsentium auctoritate Apostolica cocedimus, & indulgemus. Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, sub annulo piscatoris. die ij. Augusti. Anno. 1479. Pontificatus nostri anno nono.

Sixtus iiij. cócedit fratribus ordinis prædicti confiteri posse et secularibus in casu.

PRAESENS PRIVILEGIUM Sixti specialiter extendit Papa Leo X ad fratres, & sorores 3, ordinis minimor. vt infra in bullis Leonis est videre.

Sixtus. 4. determinat quòd fratres, & sorores tertij ordinis gaudent priuilegijs, & immunitatibus ecclesiasticis tam fori, quàm personæ & rerũ, sicut aliæ personæ ecclesiasticæ dans eis conseruatores, & defensores cõtra quosdam eorũ persecutores, & molestatores in Italia.

SIXTVS Episcopus, seruus seruorum Dei: Ad futurã rei memoriam. Sacrosancta Romana Ecclesia sub religionis habitu Domino famulantes ex assuetę pietatis officio propensius diligere consueuit; & ne indebitis agitentur molestijs, tamquam pia mater, opportunis fauoribus confouere. Sane pro parte dilectorum filiorum vniuersorum fratrum, & dilectarum in Christo filiarum vniuersarum sororum tertijs ordinis beati Francisci de pœnitẽtia nuncupati, per Italiam consistentium, nobis nuper exhibita petitio continebat quòd licet plures summi Pontifices prædecessores nostri, diuersa, & plura pro immunitatibus eorum concesserint priuilegia, & plures sollennissimi vtriusque iuris doctores teneant quòd ipsi fratres, & sorores debeant gaudere libertate, & immunitate ecclesiastica, vt personę religiosę: nihilominus communitates ciuitatum, potestates, alijque officiales seculares locorum Italię non cessant in dies noua eis tam in rebus, quam in personis inducere grauamina, libertati Ecclesiasticę contraria. ¶ Quare pro parte eorundem fratrum, & sororum nobis fuit supplicatum humiliter, vt eisdem communitatibus potestatibus, & officialibus, ne huiusmodi grauamina inferant, inhibere, aliasque eis super hoc opportune prouidere, de benignitate Apostolica dignaremur. ¶ Nos igitur huiusmodi supplicationibus

nibus inclinati communitatibus, poteſtatibus, & officialibus præfatis, ſub excommunicationibus latę ſententiæ pœna, eo ipſo per poteſtates, & officiales ipſos, ac ſingulares perſonas earundem communitatum, ſi contrafecerint, incurrenda, ne eiſdem fratribus, & ſororibus grauamina aliqua, libertati Eccleſiæ contraria inducere, aut ipſos fratres, & ſorores, quo minus gaudeant priuilegijs, & immunitatibus tam fori, quam perſonæ, & rerum, ſicut alię perſonæ Eccleſiaſticę, quomodolibet impedire præſumant, apoſtolica auctoritate, tenore pręſentium inhibemus. ¶ Et nihilominus vniuerſis & ſingulis Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & alijs locorum Ordinarijs, ac quibuſcunque perſonis in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutis: necnon Patriarchalium Metropolitanarum, & aliarum cathedralium Eccleſiarum canonicis pro tempore exiſtentibus in ciuitatibus, & locis prędictis, & cuilibet eorum, qui deſuper fuerint requiſiti ab aliquo fratrum ſeu ſororum prędictorum per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus præmiſſa, vbi, & quando eis expedire videbitur, ſolenniter publicantes, non permittant, eoſdem fratres, & ſorores, contra inhibitionis noſtre huiuſmodi tenorem, per quoſcunque, quauis auctoritate indebite moleſtari, & eos, quos propterea huiuſmodi excommunicationis ſententiam eis conſtiterit incurriſſe, excommunicatos nuntient, faciantque ab alijs nuntiari: ac ab omnibus arctius euitari, donec ab huiuſmodi indebitis moleſtijs per eos dictis fratribus, & ſororibus illatis cum effectu deſtiterint contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. ¶ Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus, nec non municipalibus ſtatutis iuramento, conſuetudine conſtitutione, ſeu cōfirmatione, Apoſtolica, vel alias quauis firmitate uallatis, contrarijs quibuſcūque, ſeu aliquibus cōmuniter, vel diuiſim a ſede Apoſtolica indultum exiſtat, ꝙ interdici, ſuſpendi, vel excōmunicari nō poſſint per litteras

ras Apostolicas, non facientes plenam, ac expressam, ac de verbo ad uerbum de indulto huiusmodi mẽtionem. ¶ Ceterum quia difficile foret præsentes litteras ad singula loca, in quibus fratres, & sorores prędicti illis indigerent, deferre, volumus, & prefata auctoritate decernimus, quòd earum transumpto, manu notarij publici, ac curiæ causarum Camerę Apostolicæ, aut alicuius Episcopalis, vel Archiepiscopalis sigillo munito, ea prorsus in iudicio, vel extra, vbicunque exhibitum, vel ostensum fuerit, fides adhibeatur, ac si ipsę originales litterę forent exhibitę, vel ostensę. ¶ Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ inhibitionis, mandati, voluntatis, & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli, Apostolorum eius se nouerit incursurũ. Datum Romæ, apud Sanctum Petrum. Anno Incar. Dominicę 1473. 12. Kal. Decẽb. Pontificatus nostri anno 3.

INNOCENTIVS OCTAuus Genuensis Papa 222. anno Domini 1484, die 19 mensis Augusti ad summum Pontificatum assumptus sedit annos octo: approbat Priuilegia SIXTI IIII.

Innocen. oct. cõfirmat priuilegia concessa ordini minimorũ a Sixto Papa iiij.

INnocentius Episcopus, seruus seruorum Dei. Dilectis filijs Fratri Francisco de Paula, ceterisque fratribus eremitis eremitorij Sancti Francisci de Paula Consentin. diœcesis pręsentibus, & futuris salutẽ & Apostolicam benedictionem. ¶ Pastoralis officium nobis, licet immeritis, Diuina dispositione commissum

ſum, noſtram continue mentem excitat, & inducit, vt ad ea ſollicite attendamus, quæ Diuini cultus augmentum, & piorum, aut in illis perſonarum, ſub humili, & religioſo habitu vacantium commodum, & vtilitatem reſpiciunt, & ea, quæ propterea a ſede, Apoſtolica proceſsiſſe comperimus, vberioris Apoſtolici muniminis adminiculo fulcire ſatagimus, vt eo firmius illibata perſiſtant, quo ſæpius fuerit eiuſdem ſedis præſidio communita. Dudum ſiquidem a fe. re. Domino Sixto, Papa Quarto, prædeceſſore noſtro litteræ emanarunt tenoris ſubſequentis. ¶ SIXTVS EPISCOPVS, &c. SEDES APOSTOLICA, &c. vt ſupra .f. 4. ¶ Cum autem, ſicut exhibita nobis nuper pro parte veſtra petitio continebat a nonnullis de laudis, approbationis, confirmationis, communitionis, ſuppletionis, voluntatis, conceſsionis, & indulti prędictorum iuribus hæſitari poſſet, vos ad tollendum omnem perſonarum hæſitationem, præmiſſa omnia, & ſingula, ac pro eorum ſubſiſtentia firmiori, cupiatis noſtræ approbationis munimine roborari; nos veſtrę congregationis, ac perſonarum eiuſdem ſtatum proſperum, & tranquillum paterno Zelantes affectu, in hac parte ſupplicationibus inclinati, dictas & præinſertas dicti prædeceſſoris litteras, ac omnia, & ſingula in eis contenta recenſentes, laudem, approbationẽ, cõfirmationẽ cõmunitionẽ, ſuppletionem, decretum, exemptionem, liberationem, ſuſceptionem, voluntatem, conceſsionem, & indulta huiuſmodi, ac prout illa concernunt omnia, & ſingula in eiſdem litteris contenta, & narrata, auctoritate Apoſtolica, ex certa noſtra ſcientia, tenore præſentium de nouo confirmamus, ac approbamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus: nec non omnes, & ſingulos defectus, ſi qui forſan in eiſdem conceſsionibus, donationibus, gratijs, & indultis, ac in prædeceſſoris præinſertis, ac Archiepiſcopi prædictorum litteris huiuſmodi contentis, quę alias pręſentibus haberi

beri volumus pro expressis, quomodolibet interuenerint, auctoritate, & scientia similibus supplemus. ¶ Et nihilominus vniuersis, & singulis Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, & prioribus, præpositis, decanis, archidiaconis, cantoribus, succentoribus, alijsque personis in dignitate ecclesiastica constitutis, ac canonicis ecclesiarum cathedralium committimus, & mandamus, quatenus ipsi plures, vel duo, aut vnus eorum per se vel alium, seu alios presentes litteras nostras, vbi, & quando quoties expediens fuerit, & pro parte vestra, aut alicuius vestrum fuerint requisiti super hoc, solenniter publicantes, vobisque in præmissis opportunæ difensionis presidio assistentes, non permittant vos, aut aliquem vestrum, seu loca, & bona vestra contra presentium, & predictarum dicti predecessoris litterarum tenorem, quomodolibet molestari: molestatores, & contradictores quoslibet, & rebelles, per censuram Ecclesiasticam & alia iuris remedia compescendo: Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnó omnibus illis, quæ prædictus predecessor in suis litteris preinsertis voluit non obstare, contrarijs quibuscunque: Aut si aliquibus communiter, uel diuisim a sede predicta indultum existat, quod interdici, suspendi, vel excómunicari non possint, per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam ac de verbo ad uerbum de indulto huiusmodi mentionem. ¶ Ceterum quia difficile esset, præsentes litteras ad quecunque loca, in quibus ille forent necessariæ transferri, volumus & auctoritate nostra decernimus, quòd earum transumptis, manu notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius Archiepiscopi, vel Episcopi, vel alterius prelati munitis, prorsus, & extra fides plenaria adhibeatur, & illis stetur in omnibus, & per omnia, sicut originalibus adhiberetur, & eis staretur, si forent exhibite, uel ostense, & insuper ex nunc irritum decernimus, & inane, si secus super his a quoquã quauis auctoritate scienter, uel ignoranter contigerit attentari, præsentibus perpetuis futuris

ris temporibus duraturis. ¶ Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis, approbationis, & decreti infringere, uel ei ausu temerario cõtraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Dat. Romę apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ 1485. decimo Klend. Aprilis: Pont. nostri anno secũdo.

Alexander Sextus Papa 223. cathedrã summi Pontificatus adeptus sædit annos xi. licet multa priuilegia dederit ordini: Vnum tamen authenticum reperi.

ALexander Episcopus, seruus seruorũ Dei, Ad perpetuam rei memoriam. ¶ Meritis religiosæ uitæ, quam dilecti filij Frãciscus de Paula, & eius socij eremitæ eremitorij Sancti Francisci de Paula Consentinen. diœcesis, ad obsequendum Altissimo, elegerunt, inducimur, & exemplo boni operis excitamur, ut ijs, quę pro eorum directione uotiua ab eodem Francisco prouidè ordinata sunt, ut firmius illibata permaneant, Apostolicæ Sedis, cui immediatè sunt subiecti, minimè roboremus. ¶ Sanè pro parte eorundem eremitarum nobis nuper exhibita petitio continebat, quòd prædictus Franciscus, habens ad hoc, ut asserebat, à bo. memo. Pyrrho Archiepiscopo Consentino spetialem per illius litteras facultatem, per fe. re. Sixtum quartum, & Innoc. viij. Roman. Pontifices, prædecessores nostros successiuè confirmatam, & ad quæcunque loca, quæ eidem congregationi donari contingeret,

Alexander vi. approbat primam regulam, & mutat nomen eremitarum ĩ nomine minimorum.

ampliatam, prout in dicti Archiepiscopi autheticis, & & dictorum prædecessorum Apostolicis litteris plenius continetur; illarum vigore pro salubri directione eremitarum societatis eiusdem nominibus omnium ex hac augmentum, & animarum eorundem salutem, in beneplacitis Diuinæ voluntati, & vitæ eremiticæ huiusmodi perseuerantiam, & eorum prosperitatis votiuę successus concernentia, sacris canonibus non contraria, in tredecim capitulis contenta, statuit, & ordinauit, voluitq; & mandauit, per eiusdem societatis eremitas, perpetuis temporibus obseruari. ¶ Quare pro parte Francisci, & eremitatum prędictorum, nobis fuit humiliter supplicatum, vt eiusdem Francisci statutis, & ordinationibus huiusmodi, pro earum subsistentia firmiori, roborationis, confirmationis, adducere aliàsq; eis super eorundem sic statutorum, & ordinatorum obseruantia, opportunè prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. ¶ Nos igitur, qui amatores huiusmodi eremiticæ vitæ, quæ solitudine contenta versatur in abditis, & nunquàm minus sola est, quàm cum sola esse reputatur, quia cęlestis patrię contemplatio illam sociatur, & comitatur, & dum secularis conseruationis commertio caret, cęlestis alimoniæ pabulo refocillatur, & gaudet, libenter in suo laudabili proposito confouemus, & tan quam tutissimo calle incedentes, & pauperes spiritu, quos Domin⁹ noster IESVS CHRISTVS beatos esse dixit, quoniam ipsorum est regnum cœlorum, pia, & paterna charitate prosequimur, & eis, quantum cum Deo possumus, fauorem beneuoli impartimur huiusmodi. ¶ nec non carissimi in Christo filij nostri Caroli Francorum Regis illustris, qui vt asseritur, ad eosdem eremitas specialem gerit deuotionis affectum, & quondam domum cum oratorio, & opportunis officinis extra, & prope ciuitatem Turonensem construi, & ædificari fecit, ac eis piè donauit, nobis supra dictis eiusdem eremitis cum instantia humiliter supplicatis, supplicationibus inclinati, eiusdem Francisci statuta, & ordinatione s

Prima regula 13. capitula continebat.

Deuotio regis francorum ad ordinem nostrum ostenditur.

nationes huiusmodi, ac omnia, & singula in dictis capitulis contenta, quę diligenter inspici, ac præsentibus de verbo ad verbum annotari fecimus, auctor. Apostolica pręsentium tenore approbamus, & confirmamus, ac pręsentis scripti patrocinio communimus, supplemusq; omnes, & singulos defectus, si qui forsan interuenerint in eisdem. Et pro potiori cautela ea omnia, quę per eundem Franciscum statuta, & ordinata, & prohibita fuerunt, de nouo dicta auctor. statuimus, & ordinamus, prohibemus, & permictimus: ac volumus iuxtam eorum seriem, & continentiam perpetuis futuris temporibus per eiusdem societatis eremitas, qui nunc sunt, & perpetuis futuris temporibus, qui erunt, pro eorum regularibus institutis, eosq; eremitas ordinis minimorum Fratrũ eremitarum Fratris Francisci de Paula in posterum nuncupari inuiolabiliter obseruari. ¶ Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostrę approbationis, confirmationis, communitionis, suppletionis, statuti, ordinationis, prohibitionis, permissionis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare pręsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apostolorum &c. se nouerit incursurum. Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, Anno Incar. Dominicę. 1492. quarto Calendas Martij Pontificatus nostri Anno primo.

Mutatio nominis eremitarũ.

Sequentia priuilegia Alexandri intelliguntur communicata.

Dilectis filijs Magistro, & prioribus Prouincialibus ordinis fratrum prædicatorum.

Alexander Episcopus, seruus seruorum Dei salutem, & Apostolicam benedictionem.

Alexander Papa Quartus d̃clarat

ctionem. ¶ Ex parte vestra nobis extitit intimatum, quod cum contingat interdum ad Episcopatum, & alias dignitates aliquos de fratribus vestri ordinis promoueri, ipsi libros, & alia, quę tempore suæ promotionis habebant, licet non ad eos (cum proprium habere non liceat) sed ad ordinem pertineant, memoratum proprijs vsibus applicare præsumunt, in suarum præiudicium animarum. ¶ Quare suppliciter postulatis à nobis, vt prouidere super hoc salubriter curaremus. ¶ Nos igitur eorundem fratrum saluti, paterna volentes sollicitudine prouidere, vt libros, & alia, quæ ipsos promotionis suę tempore habuisse, seu habere constiterit, tibi fili magister, vel prioribus, & conuentibus suis, submota qualibet dilatione resignent ipsis fratribus, iam promotis, in virtute obedientiæ præsentiũ auctoritate mandamus. Illos autem quos promoueri contingerit, ne resignare differant, districtius inhibemus, nisi forsan eorum vsum eis ad tempus de gratia duxeritis concedendum. Datum Neapoli quinto idus Maij. Pontificatus nostri anno I.

Dilectis filijs, Generali Magistro, & uniuersis fratribus ordinis prædicatorum.

Alexander quartus cõcedit, quòd famuli seruitijs fratrũ deputati, & procuratores, & oparij possint audire diuina tépore interdicti.

ALexander Episcopus, seruus seruorum Dei. Salutem, & apostolicam benedictionem. ¶ Vt in vestris domibus seruientes in ministerijs opportunis, ob vestri gratiam, quam apud sedem Apostolicam sedulè deuotionis vestræ obsequia promerétur, nostræ gratiæ manes nõ reddantur immunes. Nos vestræ deuotionis pręcibus inclinati, quod si quãdo in personas, vel terras, in quibus residetis, excommunicationis, seu interdicti sententiã cõtingerit promulgari, pueri vřis seruitijs deputati, negociorũq; procuratores, & oparij, qui in vřis locis, eorũ opibus psonaliter cõstituti, ĩstiterint, hmõi séntétijs obnoxij nullatenus habeantur. Ibiq; possint audire diuina iuxta formã, quæ in locis ipsis, in eo casu à sæde apostolica é cõcessa, nisi eidé cãm dederint vel excõica:

excommunicari ſpecialiter, ſeu interdici contingat, eoſdẽ auctoritate vobis præſentiũ indulgemus. ¶Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam, noſtrę conceſsionis & gr̃æ infringere, vel ei auſu, &c. Si q̃s aũt &c. Dat. Ananię, quinto Cal. Iulij Pont. noſtri anno primo.

Dilecto filio, Vicario Generali Congregationis Lombardiæ ordinis prædicatorũ.

Alexander Papa vi. cõcedit, q̃ poſſumus tertiarijs Eũchariſtiam, etiã in Paſcha, et extremã vñctionem dare.

ALexander Papa vi. Dilecti filij ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Conſiderantes vberes fructus, quos fratres ordinis prędicatorum Congregationis Lombardiæ ad ſaluationem animarum Chriſti fidelium in militanti Eccleſia, produxerunt hactenus, meritò inducimur, vt eos ſpiritualibus fauoribus, & gratijs proſequamur. Hinc eſt, quòd nos tuis in hac parte ſupplicationibus inclinati, ſingulis fratribus ordinis, & congregationis huiuſmodi in presbyteratus ordine conſtitutis, nunc, & pro tempore exiſtentibus, quòd de licentia tua, aut qui pro tempore extiterit generalis Vicarij, vel prioris, ſeu pręſidentis domus ordinis, & congregationis huiuſmodi, in qua eos pro tempore reſidere contigerit; omnibus, & ſingulis fratribus, & ſororibus tertij ordinis de pœnitentia Beati Dominici nuncupatis, nunc, & pro tempore exiſtentibus (quando id petierint) tàm in die Paſchæ, ſeu feſti reſurrectionis Domini Noſtri Ieſu Chriſti, & infra eiuſdem feſti octauam, quàm etiam alijs diebus, etiam in mortis articulo, Euchariſtiæ, & alia Eccleſiaſtica ſacramenta quęcunq; exhibere, & miniſtrare: ipſiq; fratres, & ſorores Euchariſtiæ, & alia ſacramenta huiuſmodi, ab eiſdem fratribus ordinis prędicatorũ, & congregationis hmõi recipere libe è, & licitè valeãt, cuiusuis licentia ſuper hoc minimè obtenta, ſeu etiam petita, auctoritate

Apoſtolicam licentiam concedimus, & facultatem per præſentes. Non obſtantibus quibuſuis Apoſtolicis, ac in prouincialibus,& ſynodalibus Concilijs æditis Generalibus,& ſpecialibus cõſtitutionibus,& ordinationibus, ac congregationis,& ordinum prędictorum iuramento, confirmatione Apoſtolica,vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, ceteriſq; contrarijs quibuſcunq;. Dat. Romę apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die 30. Setemb. 1495. Pont. noſtri anno quarto.

Iulius II. anno Domini 1503. factus ſummus Pont. 224. Vixit annos decem: approbat omnia priuilegia data ordini noſtro, per ſuos prædeceſſores, & de nouo multa concedit, & addit.

IVlius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei ad perpetuam rei memoriam. (Dudum ad ſacrum ordinem minimorum olim per fęlicis recordationis Sixtum iiij. Innocentium viij. & Alexandrũ vi. Rom. Pont. prędeceſſores noſtros, ſalubriter approbatum ac varijs priuilegijs cum regulę approbatione multipliciter decoratum noſtræ conſiderationis aciem dirigimus. ¶ Dum etiam intra noſtræ mentis abſcondita reuoluimus fructus vberes quos dextera Dñi opitulante,& Apoſtolica ſede benedicente: Dilectus filius Franciſcus de Paula prędicti ordinis pater ac inſtitutor: & quoad uixerit Generalis corrector: exemplo B. Franc. ardentiſsimus nři Redẽptoris imitator, in agro militantis eccleſiæ, ꝓducere nõ deſinit: ac etiam ſalutifera exẽpla atq; imitanda Xp̃i fideles ex eiuſdem Franciſci de Paula,& aliorum fratrum dicti or-

Laus ordinis minimorum.

cti ordinis arctissima vita: quam ipsi ad obsequendum altissimo sub Euangelico iugo, ac humili habitu, & humilitatis spiritu: spreto seculo, ac pompis eius, voluntariè assumpserunt: in perpetua Christi seruitute laudes diuinas die noctuq; summa cum deuotione Domino persoluentes quotidie inducũtur. ¶ Dignum immò debitum reputamus, vt ordo ipse apud eandem sędem gratiam liberalitatis inueniat: & gratiæ, & priuilegia illi quomodolibet concessa: per ipsius sędis approbationem remaneant illęsa.

¶ Dudum siquidem præfato Sixto prædecessori nostro pro parte dicti Francisci de Paula exposito: quòd olim antea bonę memoriæ Pyrrhus Archiepiscopus Cõsentinus, tunc in humanis agens, eidem Francisco de Paula: vt quodam oratorium, siue ecclesiam, sub vocabulo Sancti Frãcisci in tenimẽto de Paula Cõsentinensis diœcesis, ędificare posset, licentiam concesserat, ipseq; Franciscus de Paula oratorium huiusmodi proprijs manibus ac expensis, cũ dormitorio: pro ipsius, & sociorũ suorum vsu, & habitatione pro magna parte ędificauerat, & non nullos socios, vitam eremiticam ducentes ibidem receperat. ¶ Ipseq; Pyrrhus Archiepiscopus: pręfatum oratorium, siue ecclesiam vnà cum omnibus iuribus, pertinentijs suis, præfato Francisco de Paula suęq; congregationi in perpetuum ordinaria auctoritate donauerat, & non nulla alia suæ, ac sociorum prædictorum deuotioni, & saluti conuenientia salutifera & opportuna concesserat, fecerat, & ordinauerat. ¶ Quòdque oratorium siuè eremitorium prędictum adhuc pro sufficienti habitatione Francisci de Paula, & eremitarum prędictorum perfectum non erat: ipsique illud pijs Christi fidelium eleemosynis cum dormitorio, & alijs necessarijs officinis huiusmodi ædificabant, ampliabant, & exornabant. ¶ Idem Sixtus predecessor tunc Episcopus Sancti Marci, eius proprio nomine non expresso, suis litteris dedit in mandatis, vt si & postquàm vocatis (qui forent euocandi) de pręmissis sibi legitimè con-

Sixtus quartus suprà car. 3.

Narrantur gratiæ concesse, a Pyrrho.

ftaret, concessionem, & litteras Dicti Pyrrhi Archiepi scopi, ac in eis contenta quęcunq; cum suppletione defectuum Auctoritate Apostolica approbaret, & confirmaret.

Priuilegia Fratris Petri de Pisis.

¶ Ipseq; predecessor in euentum approbationis confirmationis ac suppletionis huiusmodi Francisco de Paula, & eremitis prętatis, ut omnibus, ac singulis priuilegijs, indulgentijs, & gratijs, quibus frater Petrus de Pisis cœteriq; eremitę potiebantur, & gaudebant, vti & gaudere possent, concessit.

Episcopus Sancti Marci author. Apost. ap̄p̄bauit gratias Pyrrhi.

¶ Et deinde eidem Sixto prædecessori etiam exposito, quòd bonę memoriæ Goffredus Episcopus Sancti Marci tunc in humanis agens, ad executionem litterarum ipsius Sixti prędecessoris (illarum forma seruata) procedés, quia vocatis vocandis de pręmissis eidem prædecessori expositis sibi legitimè constiterat, licentiam, donationem, concessionem, ordinationem, & litteras Pyrrhi Archiepiscopi huiusmodi, ac omnia & singula in eis cōtenta, cum suppletione defectuum, eadem auctoritate Apostolica approbauerat, & confirmauerat, quodque præfatus Pyrrhus Archiepiscopus prędictas suas litteras præfatum Franciscum de Paula in congregationis personarum huiusmodi superiorem, patrem, rectorem, ac priorem, seu quouis alio nomine nuncupandum dederat, & deputauerat, cui congregationi præesset, ac vita, & exemplis prodesset, eiusq; monitis, mandatis, ac præceptis salubribus omnes huiusmodi congregationis personæ obedire, ac parere deberent.

Eligere possunt superiores.

¶ Ipsisq; suis eremitis fratribus facultatem concesserat eundem Franciscum de Paula in suum superiorem, & priorem, ac etiam vnà secum alios quoscunq; superiores, & officiales canonicè eligendi.

Statuta facere.

¶ Nec non statuta & ordinationes pro huiusmodi vitæ obseruentia, à iure tamen Diuino, & Sanctorum patrum institutionibus nō deuiantia, faciendi.

Potestas superioris.

¶ Sibiq;, & huiusmodi officialibus omnimodam iurisdictionem ordinariam, in spiritualibus, & temporalibus congre-

congregationes huiusmodi personarum, etiam si sacerdotali, seu quauis alia prçfulgeant dignitate, ac etiam iurisdictiones locorum, & animalium, ac rerum omnium ad eundem Franciscum de Paula, eiusque congregationem quomodolibet spectantium, & pertinentium. ¶ Nec non quoscunq; rebelles, ac inobedientes omniumq; congregationis huiusmodi personarũ delinquentiũ peccata, & delicta, & cuiuscũq; generis maleficia, & crimina (pro vt iuris foret) puniendi: huiusmodi quoq; delinquentes incarcerandi, corrigendi, condemnandi, liberandi, & obseruandi, cęteraq; faciendi quæ in præmissis, & circa præmissa Francisco de Paula, & eremitis huiusmodi viderentur fore necessaria, & opportuna, & quæ ipsemet Pyrrhus Archiepiscopus facere posset. Superiores quo possunt punire fratres.

¶ Sacerdotibus verò huiusmodi congregationis, seu secularibus, vel regularibus per eos eligendis, Missas etiam ante diem, & in quocunque loco ad id congruo, & honesto cum altari portatili celebrandi. Eucharistiæ & alia quæcunq; ecclesiastica sacramenta liberè, & licitè Francisco de Paula, & alijs congregationis huiusmodi personis, quotiès deuotio ingrueret, & necessitas postularet, etiam absq; quacunq; superiorum licentia ministrandi, ad quę quidem suscipienda, ipsi extra loca huiusmodi compelli non possent. Pro missis vide conc. trid. sess. 22. in decreto de obseruãdis ĩ celeb. missarum. Sacraméta ministrare.

¶ Confessiones etiam audiendi, & ab omnibus casibus excommunicationibus, suspensionibus & interdictis, ac super quacunquè irregularitate eidem Pyrrho Archipiscopô tàm à iure quàm ab eo reseruatis, & permissis: toties quoties opus foret, absoluendi, ac dispensandi, Confessiones audire.

¶ Vota quęcunquè permutandi, & relaxandi ac pœnitentiam salutarem iniungendi. ¶ Loca & oratoria quęcunq; ac ecclesias licitè recipiendi & retinẽdi. ¶ Quascunquè etiam personas ecclesiasticas, & seculares ad eos venientes, & cum eis moram trahere, & habitum per eos gestari solitum recipere: ac profiteri volentes, ad huiusmodi habitũ & professionẽ obseruantię, castitatis, Vota permutare. Fratres recipere.

paupertatis,

paupertatis, & obedientię accettandi, & recipiendi:
Fruuntur priuilegijs mendicantium. ¶ Nec non omnibus, & singulis priuilegijs, gratijs, immunitatibus, & libertatibus, & exeptionibus quibus fratres pręfati beati Francisci de Paula: cęteriq; mendicantes fruebantur, & vtebantur, frui, ac vti possent indulserat, & cum eis super his dispensauerat.

Exemptio ordinis ab ordinarijs. ¶ Huiusmodiq; oratorium siue ecclesiam Sancti Francisci de Paula, & alia quęcunq; loca, oratoria, & ecclesias: per ipsos in posterum acquirenda, & recipienda, cum omnibus iuribus, ac pertinentijs suis eremtisq;, ac personis, & rebus omnibus ac singulis ad eos, eorumq; loca quomodolibet spectantibus, & pertinentibus; personisq; inibi pro tempore degentibus ab omni iurisdictione, ac superioritate matricũ ecclesiarum, & sua, sueq; ecclesiæ Consentinensis ceterarum quoq; personarum: ex certa sua scientia in perpetuum, etiam motu proprio exemerat: & totaliter liberauerat.

¶ Ac sub protectione, submissione, iurisdictione, & superioritate sedis prædictæ totaliter specialiter, ac expresse remiserat, & relaxauerat. ¶ Et pro eo quòd de eisdem concessionibus, gratijs, ac indultis, per pręfatũ Pyrrhum Archiepiscopum, Francisco de Paula, & alijs personis congregationis huiusmodi concessis: in eiusdẽ Sixti prędecessoris litteris: alias quàm sub generalitate verborum mentio facta non fuerat: illaq; per præfatum Gofredum Episcopum duntaxat etiam sub simili generali verborum expressione approbata, & cum defectuum suppletione, confirmata fuerant: à nonnullis asserebatur, litteras Sixti prędecessoris huiusmodi: nec non confirmationẽ, approbatione, & defectuũ suppletionẽ: cęteraq; omnia, & singula per prętatum Gofredũ Episcopum illarum vigore facta, & inde sequuta quęcunq; viribus non subsistere.

Sixtus ratificat priuilegia pyrrhi supra car. 3. ¶ Idem Sixtus prædecessor per alias suas: donationem, concessionem, ordinationem, constitutionem, remissionem, relaxationem, indulta, gratias, & litteras prędicti Pyrri Archiepiscopi: omniaq; & singula in eis contenta:

senta: suasque & dicti Pyrrhi Archiepiscopi litteras: nec non confirmationem, ac defectuum supplectionem præfati Gofredi Episcopi Sancti Marci, processusq; desuper habitos, & inde secuta quecunq;: ac omnia, & singula in prioribus suis, & dicti Pyrrhi Archiepiscopi litteris: ac processibus, & instrumentis publicis desuper habitis cõtenta: ratam & gratam habens: Apostolica auctoritate præfata, & ex certa scientia: cum simili defectuum suppletione, laudauit, approbauit, confirmauit, & comuniuit. ¶ Decreuitq; priores suas litteras ac processus huiusmodi, & inde secuta quæcunq; valere, ac roboris firmitatem obtinere: per inde ac si omnia, & singula per pręfatum Pyrrhũ Archiepiscopũ Francisco de Paula & eremitis huiusmodi cõcessa: & in ipsius Pyrrhi Archiepiscopi litteris cõtenta: in suis prioribus litteris hmõi specialiter: ac singulariter narrata & expssa fuissét.

¶ Et insuper Franciscũ de Paula, & eremitas prædictos: ac eorumquemlibet, eremitorumq; siue ecclesiã Sancti Francisci de Paula hmõi. ¶ Ac omnia alia, & singula eremitoria ecclesias, & loca p eos ĩ quibuscũq; ciuitatibus, & diocesibus & vbilibet hactenus recepta, & in posterũ recipienda: cum omnibus iuribus, & pertinentijs suis eremitasq;, & personas in illis pro tẽpore degentes, ac res, & bona quecũque mobilia, & immobilia ad Frãciscũ, & eremitas hmõi, & ad eorũ quẽlibet ipsorũq; loca & eremitoria, seu ecclesias quomodolibet cõmuniter vel diuisim spectãtia, & pertinẽtia: ab omni iurisdictione Dñio & potestate, visitatione, correctione, & supioritate pfati Pyrrhi, ac pro tẽpore existẽtis Archiepiscopi Cõsentini ac aliorũ Archiepiscoporũ, Episcoporũ, ordinariorũ iudicũ, ac supiorũ quorũcũque: ẽt illorũ in quorũ iurisdictione ciuitatibus, & diocesibus eremitoria, loca, ecclesias eremitę, ac psone res, & bona hmõi cõsisterẽt, & cõsistere possent quomodolibet in futurũ. Auctoritate, & sciẽtia pdictis prsus exemit, & totaliter liberauit, ac sub beati Petri, & sędi prędictæ, & Ecclesiæ Romanæ, & sua protectione suscepit, ac exẽpta, & immunia esse voluit.

Eximitur ordo à iurisdictione ordinariorum.

Con. trid. sess. 25. c. 20. de regul.

Quo ad ecclesias sess. 7. de refor. c. 8. vide.

¶ Sibi-

Exemptio fratrum. ¶ Sibiq; & successoribus suis Rom. Pontificibus canonicè intrantibus, ac prędictę sędi imediatè subiacere, ita qđ Archiepi, Epi, ordinarij, & iudices supradicti, rõne delicti seu contractus, aut rei, de qua ageretur, vbicunq; cõmitteretur delictum, vel iniretur contractus, aut res ipa consisteret, nullam in eremitoria loca, ecclesias, eremitas, & personas hmõi, ac res & bona prędicta iurisdictio né potestatem, aut Dñium, possent qũolibet exercere, sed dumtaxat coram dicta sęde, vel eius legatis, eremitæ, ac psonę hmõi in locis, ecclesijs, & eremitorijs præfatis pro tempore degentes tenerentur de iustitia respõdere.

Limitasess. vlt. de regul. c. 14.

Extẽsio priuilegiorum Pyrrhi ad omnes diœceses. ¶ Ipsisq; omnibus ac singulis eremitis, & personis, locis, ecclesijs, & eremitorijs huiusmodi, vt omnibus ac singulis priuilegijs indulgentijs, concesionibus, gratijs, & indultis, cæterisq; omnibus, & singulis in prioribus, & posterioribus suis, & dicti Pyrrhi Archiepiscopi litteris, ac super eis, habitis processibus prędictis, contentis eremitis, ecclesijs, & eremitorijs, ac locis hmõi concessis, & concedendis, in quacunq; ciuitate, & diœcesi, ac vbicunq; & in quocunq; loco, auctoritate Apostolica, prædicta vti, & gaudere, eaq; oĩa, & singula in litteris, ac procesisibus prędictis contenta, cuiusuis superioris super his, aut aliquorum pręmissorum licentia minimè requisita, quibusuis ét contradictionibus, exemptionibus, & impedimentis, remotis. Auctoritate Apostolica præfata liberè exercere possent, & valerent.

Censurę cõtra fratres sunt nullę. ¶ Concesit, & indulsit decreuitq; omnes ac singulas excõicationum, suspensionum, & interdicti, aliasq; ecclesiasticas sententias, censuras, & pœnas, ac processus, quos & quas contra eremitas, ac personas, ecclesias, eremitoria, & loca huiusmodi, ac eorum quemlibet promulgari contingeret, haberi irritas, irritos, & inanes, ac nullius existere firmitatis, vel momenti.

Innocẽtius viij. supra car. 16. confirmauit. ¶ Et succesiuè prefatus Innocentius etiã prędecessor, p alias suas litteras, in quibus litterę prędicti Sixti prędecessoris de verbo, ad verbum insertę fuerunt. ¶ Easdem Sixti prędecessoris, hmõi litteras, ac oĩa & singula in eis

contenta recensens,laudationem , confirmationem, ap-probationem,communionem,suppletionem,decretum, exemptionem,susceptionem, voluntatem,concessionẽ, & indulta huiusmodi,ac pro vt illa concernebant oĩa,& singula in eis contenta,& narrata,auctoritate Apostolica & scientia prædictis,confirmauit,approbauit, suiq; scripti patrocinio cum simili defectuum suppletione, communiuit,& voluit. ¶ Et dicta auctoritatæ decreuit,quòd earũdem litterarũ suarũ transsumptis,manu notarij publici subscriptis,& sigillo alicuius Archiepi,uel Epi,aut alterius p̃lati munitis,prorsus in iudicio,& extra fides plena adhiberetur,& illis staretur in oĩbus,& per oĩa,sicut ipsis originalibus litteris adhiberetur,& staretur,si forẽt, exhibitę vel ostensę. ¶ Decreuitq; irritum & inane , si secus super à quoquam,quauis auctoritate, scien ter, vel ignoranter contigerit,cõiter, vel diuisim attemptari.

Transumptis litterarum Innoc. standum.

¶ Postmodũ verò pro parte Franc.de Paula,& eremitarũ prędictorũ,eidem Alex.prædecessori etiam exposito, quod ipse Franc. de Paula habẽs ad id ab eodẽ Pyrrho Archiepo spẽalem,per illius litteras facultatẽ, per eosdẽ Sixtũ,& Innoc. prædecessores successiuè confirmatã,& ad quæcunq; loca quæ eidẽ congregationi donari cõtingeret,ampliatã,illarũ vigore pro salubri directione,eremitarum societatis hmõi,non nulla diuini cultus augmentationẽ,& animarum salutẽ, vitæq; eremiticæ hmõi perseuerantiam,ac eorum votiuæ prosperitatis successus cõcernentia , sacris canonibus non contraria , sub regula ordinis fratrum minimorum, pauperum eremitarum dictiFrãcisci de Paula,in tredecim capitulis contẽta statuerat , & ordinauerat , quę voluerat , & mandauerat per eiusdem societatis eremitas , & fratres perpetuis futuris temporibus obseruari. ¶ Idem Alexander prædecessor per reliquas suas statuta, & ordinationes huiusmodi , ac omnia , & singula in dictis capitulis contenta : quæ tunc diligenter inspici,ac de verbo ad uerbum in dictis suis litteris inseri fecit , cum suppletione defectuum approbauit,& confirmauit.

Primæ regulæ approbatio.

Alexan. vi. supra.

Præterea

Approbatio priuilegiorum.

¶ Præterea idem Alexander prædecessor per alias suas in forma breuis litteras, omnia & singula priuilegia indulgentias, immunitates exemptiones, gratias, & indulta quæcunque Francisco de Paula, & eremitis huiusmodi, ac eorum ordini, domibus etiam ante erectionem huiusmodi ordinis, dum adhuc eremite nuncupabantur, per eosdem Sixtum, & Innocentium, suos, & ipsum Alexandrum nostros prędecessores, quomodocunque concessa, quę omnia, & singula pro expressis haberi voluit: auctoritate Apostolica prętata approbauit, & perpetuæ robur firmitatis eadem obtinere decreuit.

Extensio priuilegiorum.

¶ Et quia Sixtus, & Innocentius prędecessores prętati, singula priuilegia, exemptiones, immutationes, indulgentias, & indulta quęcunq; prędicatorum, minorum, eremitarum Sancti Augustini, ac Carmelitarum: nec non alijs mendicantium ordinibus, & eorum cuilibet, ac illorum professoribus, & domibus, ac eorum ecclesias visitantibus quomodocunq; concessa. Ad ordinem minimorum huiusmodi extenderant. Idem Alexander prędecessor pariter eorum extentioné confirmauit. ¶ Et si qua indulta priuilegia, & gratiæ post datam extensionis huiusmodi à dictis prędecessoribus vel ab ipso Alexandro eisdem ordinibus mendicantium, aut alicui eorum cócessa essent. Illa etiam ad eosdem eremitas, & fratres, & ad illorum ordinem, ac domos extendit, & ampliauit, ac ipsis suffragari voluit in omnibus, & per omnia, ac si pro eisdem eremitis, & illorum ordine huiusmodi emanassent.

Beatus Frãciscus tredecim cap. primę reg. reduxit in decem.

¶ Et de inde pro parte Francisci de Paula, & eremitarum seu fratrum prædictorum, eidem Alexandro prędecessori similiter exposito. Quòd ipse Franciscus de Paula tredecim capitula statutorum & ordinationum prędictorum in decem capitula reduxerat, & corũ aliqua pro salubri directione fratrum minimorum ordinis huiusmodi olim societatis dictorum eremitarum mutauerat; aliqua etiam addiderat quæ voluerat, & mandauerat, per eosdem fratres deinceps perpetuis futuris temporibus, priori-

prioribus ommissis pro salubri eorum regula teneri, & obseruari. ¶ Quodque ipse Franciscus de Paula, regulam, seu modum viuendi sui tertij ordinis, pro vtriusq; sexus personis, sub eadem regula, seu modo viuendi, quę septem dumtaxat clauderetur capitulis pœnitentiam agere uolentibus, per eundem Alexandrum prædecessorem benedic., approbari, & confirmari cupiebat.

¶ Idem Alexander prædecessor pyrrhi Archiepiscopi ac Sixti & Innocentij prædecessorum prædictorum, ac suas litteras prædictas, nec non omnia, & singula in eis contenta. Alia quoq; priuilegia, concessiones, immunitates, exemptiones, & indulta quæcunq; eisdem fratribus minimis, ac eorum ordinum, & domibus à sede prędicta, vel eius legatis; seu alias quomodocunque facta, & concessa nec non reductionem, mutationem, & alterationem dictorum decem capitulorum seu regulam ipsorum fratrum minimorum, nec non regulam seu modum viuendi tertij ordinis, pro vtriusque sexus personis, & in vtriusque regulę capitulis contenta quæcunque, quæ omnia diligenter inspici, ac de verbo ad verbum inseri fecit, cum suppletione defectuum approbauit, & confirmauit. ¶ Et pro potiori cautela societatem quondam eremitarum huiusmodi in ordinem fratrum minimorum Dicti Francisci de Paula priore cassata, & omissa sub huiusmodi noua regula erexit, & singulas litteras prędictas, ac in eis contenta quęcunque. ¶ Necnō priuilegia, & indulgentias, tàm generales quàm speciales concessiones, immunitates, exemptiones, & indulta quęcunq; eisdem fratribus, ac eorum ordini, & domibus à sede prędicta, vel eius legatis, seu alias quomodocunq; facta, & concessa; quę omnia & singula, ac si in dictis suis litteris inserta forét, haberi voluit pro expressis, innouauit, & de nouo concessit. ¶ Ac omnia quæ circa statuta, & ordinationes huiusmodi confirmata, & per eundem Franciscum de Paula reducta, mutata, & alterata fuerant, de nouo reduxit, mutauit, & alterauit. ¶ Regulamq; minimorum fratrum huiusmodi sic inno-

Approbatio regularum.

Institutio & erectio ordinis minimorum.

regula fratrum.

inuotá, & regulam, seu modum viuendi terciariorum ordinis eiusdem, laudauit, benedixit, approbauit, & confirmauit. ¶ Ac voluit regulam ipsam sic innouatam, seu contenta in dictis decem capitulis iuxta eorum tenorem perpetuis futuris temporibus, & per ordinis minimorũ huiusmodi fratres qui tunc erant, & pro tempore essent, eo mõ ꝑ eorum regularibus institutis custodiri. ¶ Regulam quoq; seu modum viuendi tertiariorum huiusmodi per quascunq; personas vtriusq; sexus suscipi posse ac propria in Christo regulã, & modo uiuendi salutari, & comodo amplecti, & obseruari.

Beatus Frãciscus quandiu uixit fuit generalis.

¶ Ipsumq; Franciscum de Paula non tàm religiosißimi ordinis minimorum huiusmodi primarium patrem, ac institutorem, quàm etiam priscorum beatorum Patrũ fidelißimum imitatorem, suarumq; laudabilium institutionum diligentem innouatorem, in personarum ordinis minimorum huiusmodi præcipuum patrem ac superiorem (& quàmdiu viueret) generalem correctorem irrefragabiliter instituit, ac institutum laudauit, & confirmauit.

Stationes Romę concedũtur fratribus uisitantibus aliquã ecclesiam ordinis, uel aliã.

¶ Ac etiam concesſit, & indulxit, quòd omnes, & singuli ordinis minimorum huiusmodi fratres præsentes, & futuri, qui singulis quadragesimę, & alijs cuiuslibet anni stationum temporibus, aliquam ipsorum ecclesiam, vel aliam in qua eos pro tempore cum obedientiæ merito fore contingeret, visitarent, & inibi ante illius altare maius, quinquies orationem dominicam, & totiens salutationem angelicam deuotè recitarent. Omnes ac singulas indulgentias consequerentur, & consequi possent, quas temporibus huiusmodi consequuntur uisitantes ecclesias stationum vrbis, & alias extra illius muros pro stationibus deputatas. Quasq; fratres ipsi consequrentur, & consequi possent, si ecclesias stationum huiusmodi temporibus personaliter visitarent.

Eleemosynas ét perpetuas pos-

¶ Instituit etiam, atq; ordinauit ob sanctæ vitæ quadragesimalis obseruantiam, quò d siquis deuotionis gratia, vel pietatis intuitu, perpetuas, aut temporales eleemosynas

ſynas eccleſię pauperumq; fratrũ minimorum huiuſmo di neceſsitatibus ſubleuandis p ẽ legare vellent, liceret ipſis fratribus minimis, à promiſſę paupertatis perfectio ne, puritateq; non recedendo, perpetuas, & tempora- les eleemoſynas huiuſmodi.¶ Vtenſilia quoq; ac obla- tiones quaſcunq;, cuiuſcunq; etiam ſpeciei exiſterent, ſeu exiſtere poſſent, quarum tamen Dominium, ius, & proprietatem. Idem Alexander prędeceſſor pœnes ſe, ac eccleſiam Romanam tunc pœnitus retinuit, nudo dumtaxat illarum vſu fratribus minimis huiuſmodi reli- cto.¶ Per ſuos ac præfatæ ſędis,& eiuſdem ordinis mi- nimum procuratores(ad hoc prouida cura paternaq; be neuolentia deputandos)ſuo,& dictæ Romanæ eccleſiæ nomine, ad ſe recipere. Ipſiq; procuratores eleemoſy- nas huiuſmodi fratribus ipſis minimis per ſe, vel p alias, iuſta piam largientium deuotionem, & intentionem, ſuamq; conſtitutionem huiuſmodi fideliter diſtribuere, ſeu diſtribui facere deberét,laudauit etiã,& approbauit. ¶ Quòd vbi perpetuę,vel temporales eleemoſynæ hu- iuſmodi fratribus ipſis minimis legarentur, tunc ciuita- tis,villę,caſtri,oppidi ſeu vici, vbi fratres ordinis mini- morum huiuſmodi loca poſsint habere contingeret. Re ctores,Scabini,pra ſides,conſules,electi.Iurati,au Dñi de conſilio, vel alij officiarij quouis nomine nuncupati. Imprimis unũ, vel plures recollectores eleemoſynarum huiuſmodi quos fratribus ipſis minimis, iuxta piam lar- gientium intétionem haberent, diſtribui per miniſteriũ oblatorũ dicti ordinis minimorũ, vel amicorũ ſpũaliũ p ſrés ordinis minimorũ hmõi ꝓ tpe cõuẽtualiter electo rũ,q(dũ op⁹ foret,)deponi,& ĩnouari poſsét đputare.¶ Ac đ locis,& domib⁹ quę ordĩs minimorũ hmõi,ac illi⁹ pſonis,& fratrib⁹ p quotcũq; Xp̃i fideles vbilibet cõce derentur, pro fratribus minimis vnum inſtrumentum pu blicum, vel plura confici facere,ac eleemoſynarum hu- iuſmodi ſpecialé curã, & ſollicitudiné habere deberét. ¶ Qđ q; fratres ipſi minimi ſup eleemoſinis hmõi nullate nus cũ aliquo ĩ iudicio, vel extra illud cõtédere,ſed po

ſunt recipe re fratres.

Cõc·Trid. ſeſſ. vlt. de regul. c. 3.

Per officia les ciuitatis debent or- dinari elee moſinarum collectores

Eleemoſy- nę per fra- tres nõ ſũt in iudicio cõtennẽ- tius de.

D

tius, vt veri pacis filij, & amatores, rectoribus, prę sidibus, scabinis, iuratis, & consulibus, cœterisq; officiarijs prę latis illarum curam relinquere, ac sine aliqua contentione in Domino (qui nō derelinquit sperantes in se) fiducialiter reponere, ac hostiatim mendicare haberent.

¶ Possent tamen fratres ipsi præfatos Dominos de consilio, & pollicię Gubernatores, cęterosq; officiarios ad eleemosynas huiusmodi colligendas, deputatos, seu deputandos benignè monere, vt eis legatas eleemosynas hmōi pro aīarum suarū exonceratione: aīarumq; dictorū legātium salute. Iuxta piam legantiū huiusmodi deliberationem, & intentionem, sibi fideliter impenderent.

Scripto sūt redigende correct. 44. &. 47.

¶ Quòdq; elemosynæ huiusmodi scripto redigi, & fratribus ipsis minimis capitulariter declarari. ¶ Ac scripto taliter redactæ, seu redigendę infra cuiuslibet conuentus ordinis minimorum huiusmodi, quamlibet conuentualem arcam quatuor clauaturis claudendam reponi. ¶ Ac per ordinis minimorum huiusmodi oblatorum, vel amicorum spiritualium ministerium in ordinis hmōi ecclesiarum, & fratrum vsus conuertit.

Superfluę distribuendę.

¶ Et postquàm fratribus ipsis minimis de sibi requisitis vestimentis, ac vitę necessarijs, cœterisq; prę insertis rationabiliter prouisum foret: si adhuc ex perpetuis vel temporalibus eleemosynis huiusmodi aliqua superessent, illa charitatiuè per Rectores, Scabinos, consules, electos, cœterosq; officiarios præfatos, de capituli localis scientia, & consensu in pias causas erogari deberent. Et ipsis fratribus minimis, ac eorum ecclesijs (vt prę fertur) competenter prouiso, perpetuas, aut temporales eleemosynas huiusmodi vllatenus procurare, vel iam procuratas augere, eis minimè liceret, si tamen illę fratribus ipsis minimis vltrò largirentur, illarum census per Rectores, Scabinos, iuratos, & electos, cœterosq; officiarios præfatos: in pias causas similiter distribui deberentur.

¶ Ipsiq; fratres ordinis minimorum huiusmodi in quali bet ipsorum ecclesia tàm constructa, quàm construenda: cippum, seu trūcum ad quotidianas deuotorom elee

mosinas

mosinas comodè reponendas vt q; habere possent. ¶ Et deinde pro parte præfati Francisci de Paula nobis exposito: quod licet olim per præfatum Alexandrum prædecessorem fratrum ordinis minimorũ huiusmodi regula approbata, & per eum, ac eidem prædictam confirmata fuisset. tamen pro salubriori dictæ regulæ conseruatione. ac ut illa melius, & facilius ab eius professoribus tũc, & pro tempore in dicto ordine degentibus, obseruari possit. ¶ Cupiebat idem Franciscus de Paulà nõ nullas ordinationes, & statuta salubria facere, quæ fratres dictum ordinem minimorum professi seruare: & secundum quę contra illa venientes, seu facientes: licet alias peccatum (secundum pręcepta ecclesiæ) committere nõ viderentur: pœna corporali, seu temporali in eisdem statutis contenta per eorum superiores puniri valerent. ¶ Quòdq; licet alias per Sixtum, & Innocentium, ac Alexandrum prædecessores prefatos eisdem fratribus minimis quòd omnibus, & singulis priuilegijs, gratijs, indultis, immunitatibus, libertatibus, & exemptionibus, quibus quatuor mendicantium ordines, ac illorum personę vtebantur, & gaudebant, seu vti, & gaudere poterant in futurum vti, & gaudere valerét concessum, ac indultum fuisset. ¶ Nichilominus tamen eõ quòd dicti fratres minimi priuilegia, & indulta huiusmodi originaliter nõn habebant: ac de illis fidem facere non poterant; & etiam quia illa per nos adhuc confirmata non fuerant: aliqui partim scrupulosa conscientia, & partim inuidia moti: fratres minimos hmõi eisdem priuilegijs, & gratijs gaudere non debere asserebant, quo fiebat: vt ipsi fratres minimi eisdem priuilegijs, & indultis vti posse non sperabant, nisi eis per nos desuper opportunè prouideretur. ¶ Nos per reliquas nostras literas eidem Francisco de Paula, quascunq; ordinationes, & statuta salubria, & honesta: sacris canonibus non contraria in perpetuum valitura, quæ dicti fratres minimi seruare, ac secundũ quę viuere tenerẽtur, & contra illa venientes, seu facientes licet alias peccatum, iuxta præcepta huiusmodi com-

Cippũ in ecclesia habere possimus.

Statuta regulæ non obligant ad culpã.

Correct. circa finé.

Concessio priuilegiorum mendicantiũ.

Statuta regulę nó obligāt ad culpam.

di committere non viderentur, pœna corporali seu temporali in eisdem statutis contenta, per eorum superiores mulctari possent, condendi, & faciendi, plenam & liberam præfata Apostolica auctoritate licentiam indulsimus, & facultatem. ¶ Ac omnia, & singula priuilegia, gratias, concessiones, immunitates, libertates, exemptiones, ac indulta prædicta, quibus præfati quatuor mendicantium ordines, & illorum personæ in genere vtebantur, potiebantur, & gaudebant, seu uti, potiri, & gaudere poterant quomodolibet in futurum ordini minimorum, ac illius personis, & fratribus huiusmodi concessimus. ¶ Ac vt illis, ordo minimorum, & illius personæ, & fratres huiusmodi vterentur, potirentur, gauderent, ac uti, potiri, & gaudere liberè, ac licitè valerent approbauimus, & nostri scripti patrocinis cōmuniuimus

Priuilegia aliorū mēdicantium.

Transumptis litterarum Apostolicarum standum.

¶ Dictisq; fratribus minimis; ut de dictis priuilegijs, & indultis fidem facere possent, q̃ sumpta ex Camera Apostolica super singulis priuilegijs, concessionibus, gratijs, immunitatibus, exemptionibus, libertatibus, & indultis huiusmodi, præfatis quatuor mendicantium ordinibus, per quoscunq; Romanos Pontifices, & Sedem prętatam concessis, ac in posterum concedendis habere, & illa, & litteras Apostolicas, eas, & ea quomodolibet concernentia. ¶ Necnon litteras nostras hmōi, per ipsius Camerę Auditorē, & quoscūq; Iudices ordinarios ritè transsūptari, & autēticari facere, liberè, ac licitè ualerent, & postq̃ transsumpta, & autenticata forent illis ac nostris & alijs litteris hmōi super dictis priuilegijs, concēsionib⁹, gratijs, īmunitatib⁹, exēptionib⁹, libertatib⁹, et īdultis, ad īstātiā quatuor ordinū mēdicātiū, & p̄sonarū, ac fratrū eorūdē, aut aliquorū ex eis iā ritè factis, & transūptatis, ea ꝓrsus fides adhiberet, vbicūq; forēt exhibita vel ostēsa, ac si nrę ēt aliæ litterę hmōi tūc exhiberent.

Priuilegia communicantur.

¶ Ac priuilegia, concessiones, gratiæ, īmunitates, libertates, exēptiones, & indulta p̄fata, ordini minimorū, ac illius personis, & fratribus hmōi concessa, & in eis ordo minimorū, ac illius fratres, & personæ hmōi specialiter, & no-

& noïatis expſsè fuiſsét, ac ꝑ eis prĩcipaliter emanaſſét.

¶Quodq; de cętero famuli domorum ordinis minimorũ hmôi, nec nõ cęteri eiuſdé ordinis habitũ portãtes, & ĩ articulo mortis, ĩ dictis domibus ſepulturã eligétes, oĩbusq;, & ſingulis priuilegijs ordini minimorũ hmôi, qũolibet cõceſsis, gaudere liberè, ac licitè valerét ĩdulſimus, Personę quęgaudét priuilegijs.

¶Ac quòd fratres ordinis minimorum huiuſmodi in uiceſimo ſecundo ſuæ ætatis anno tunc, & pro temporę conſtituti. Ad pręsbyteratus ordinem (alias tamen ritè) ſe promoueri facere liberè poſſent. Tempus presbyteratus Cõc. Trid. ſeſſ. 23. c. 12. dę reform.

¶Nec non omnes, & ſingulę personæ cuiuſcunq; ſtatus, nobilitatis, & conditionis forent: quæ in cauſis eorundẽ fratrum minimorum se immiſcerent, aut in ipſos fratres minimos manus inijcerent violentas, uel alias eos moleſtarent, aut inquietarent vel eorum bona aufferrent, excommunicationis ſententiam eo ipſo incurrerent, prout alijs fratribus mendicantibus erat conceſſum. Moleſtantes fratres excõicare.

¶Ac omnia, & ſingula priuilegia, indulta, gratię facultates, ac indulgentię, uni aut pluribus domibus dicti ordinis minimorum, in genere: per eundem Sixtum prædeceſſorem conceſſa, & in poſterum concedenda, omnibus, & ſingulis alijs domibus, & fratribus ordinis minimorum huiuſmodi eſſent, & intelligerentur eſſe conceſſa. Conceſſa uni domui oĩbus intelligũtur cõceſſa.

¶Quodq; generalis, nec non prouintiales, & eorum Vicarij eiuſdem ordinis minimorum corporalia, & alia ornamenta eccleſiaſtica ſuorum locorum, ac domorum, præter calices, & patenas, benedicere valerent conceſſimus, ſtatuimus, & ordinauimus. Corporalia & ueſtes benedicere.

¶Et ſucceſsiuè pro parte prefati Franciſci de Paula nobis ét expoſito, ꝙ licet olim Sixtus, & Innocentius prædeceſſores pręfati Franciſco de Paula, & alijs perſonis, ac fratribus ordinis minimorum huiuſmodi per eorum litteras ſpecialẽ facultatẽ conceſsiſſent recipiendi eccleſias, oratoria, & loca cuiusuis, ét ſuperioris licẽtia minimè requiſita, pro perpetuis vſu, & habitatione fratrum dicti ordinis minimorum, & conceſsionis hmôi vigore a triennio citra, nõnulli ordinis minimorum huiuſmodi fratres Etiam aliarum per comunionem infra. Sixtus 4. ſupr. car. 3.

 in diœceſis

Controuersia inter fratres, & Archiepiscopũ hispal. in fauoré fratrum fuit sopita.

in diœcesi ispalensi degentes, à dilecto filio nobili viro moderno Duce, & dilecta in Christo filia nobili muliere moderna Ducissa de medina celi, alijsq; deuotis personis in dicta diœcesi ispalensi degentibus, certum locũ eis oblatum recepissent, & inibi vnam domum cum ecclesia, & alijs officinis necessarijs, sub inuocatione sanctæ Mariæ de victoria. portus beatę Mariæ, Ducis ac ducissę, & aliarum deuotarum personarum huiusmodi elemosinis adiuti, construi, & edificari fecissent, ac domũ ipsam per biennium pacificè inhabitassent, die noctuq; altissimo seruiendo inibi. ¶ Quia tamen tunc ab anno circa fratres ipsi in eadem domo habitantes, & domino taliter seruientes, per venerabilem fratrem nostrũ modernum Archiepiscopum Ipsalensem, & eius officialé impedimenta plurima habuerant, ita quòd ipse officialis quibuscunq; Christi fidelibus, sub pœna excommunicationis, ne ecclesiam, & domum vltimo dictas, pro audiendis eorumdem fratrum missis, & prædicationibus (deuotionis gratia) confluerent, per suas certi tenoris litteras valuis dictę ecclesiæ affixas prohibuerat. Dictisq; fratribus impedimenta, & incomoda plurima intulerat, ita etiam quòd præfatus Archiepiscopus prædictam ecclesiam Sanctæ Marię de Victoria, benedicere, & consecrare noluerat; neq; per alium benedici, seu consecrari permiserat: ¶ Nos Francisco de Paula, & alijs fratribus ordinis minimorum huiusmodi omnia, & singula oratoria, Ecclesias Domos, & loca eisdem Francisco de Paula, & fratribus in posterum concedenda recipere, & illa, ac prædictam de victoria, & alias domos seu ecclesias, loca, & oratoria quæcunq;, eatenus vbilibet recepta, pro eorum perpetuis vsu, & habitatione vigore concessionis Sixti, & Innocentij prædecessorũ prędictorum, retinere, construere, & edificare, seu construi facere, absq; alia desuper facienda noua concessione Apostolica.

Loca recipere, hodie requiritur licétia ordinarij conc. trid. sess. vlt. de regul. c. 3.

¶ Et quòd deinceps ordinis minimorum huiusmodi conseruatores (quotiens opus foret) eidem ordini minimorum

cõseruatores dãtur

morum, ac illius personis, & fratribus, in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentibus, ne dictus Archiepiscopus, seu eius officialis, aut alij quicunq; cuiuscunq; etiam nobilitatis, aut dignitatis existerent, ordinis minimorum huiusmodi fratres, neq; i dicta diœcesi ipsalensi, neq; alibi in aliquo damnificare, molestare, perturbare, nec inquietare vllatenus auderent, sub excommunicationis latæ sententiæ pœna inhibere possent.

¶ Quodq; ordinis minimorum huiusmodi fratres tunc, & pro tempore existentes, prædictam ecclesiam Sanctę Mariæ de Victoria, & generaliter omnes, & singulas alias eiusdem ordinis minimorum ecclesias, & oratoria quęcunq; recepta, & recipienda, non dum consecratas, seu consecrata, facta prius requisitione ab Episcopis locorum, eisdemq; recusantibus vel negligentibus, per quemlibet alium catholicum Episcopum, gratiam, & communionem dictæ sedis habentem consecrari facere.

Ecclesias nostras q9 potest consecrare.

¶ Ac quod ipsius ordinis minimorũ generalis, & vigiles ac prouinciales eorũq; vicegerentes, omnes, & singulas eiusdẽ ordinis minimorũ ecclesias, cimiteria, capitula, & oratoria, tam in dicta diocesi ispalensi, quàm vbicunq; receptas, seu recepta, & recipiendas, seu recipienda, solemni benedictione benedicere. ¶ Ac etiam illas, seu illa, & earum quamlibet sanguinis, siue seminis effusione, siue alias quomodocunq; pollutas siue, polluta (quotiens opus foret) aqua tamen prius per aliquem catholicum antistitem (vt moris est) benedicta reconciliare.

Ecclesias nostras benedicere possunt prælati ordinis. etiam recõciliare. forma officij habetur in ceremonijs ordini.

¶ Ac quod alterius cuiusuis ordinis fratres quicunq; in dicto ordine minimorum, etiam prius non petita, aut non eo (quo decet modo) petita licentia iam recepti, absq; alia prouisione apostolica perpetuò in ipso ordine minimorum stare, & permanere. ¶ Ac ydoneũ confessorẽ, qui eos à quacunq; excõmunicatiõis sententia (quam propterea incurrissent) apostolica auctoritate absoluerét, secumq; super irregularitate eadem de causa contracta dispensaret sibi eligere possent.

possumus recipere fratres alterius ordinis.

¶ Quodq; singulę ordinis minimorum huiusmodi tutri

Personæ q̄ gaudēt priuilegijs, & gratijs ordinis.

ces prout ipsius ordinis fundatrices, & cum eorum, vtriusq; sexus liberis procreatis, & procreandis, omnibus ac singulis eiusdem ordinis minimorum priuilegijs, gratijs, immunitatibus, libertatibus, exemptionibus, indultis, concessionibus, & indulgentijs, vti, potiri, & gaudere, liberè, ac licitè valerent, licentiam & facultatem concessimus pariter & indulsimus.

Correctorii approbatio.

¶ Postmodum verò pro parte eiusdem Francisci de Paula similiter nobis exposito, quod ipse postquam pręfatus Alexander prædecessor: Sixti, & Innocentij pręcessorum vestigijs inhęrendo, sibi vt nonnulla sui ordinis minimorum statuta componere, ac illa in melius emendare posset, licentiam concesserat, vnà cum aliquibus eiusdem ordinis minimorum patribus, statuta ipsa composuerat, ac illa in melius emandauerat Illaq; correctoriū fratrū minimorū perpetuò nuncupari, & p eosdē fratres minimos ppetuis, futuris tēporibus obseruari, ac per nos bñdici, approbari, & confirmari desiderabat. ¶ Nos p alias nr̄as, correctoriū ipsū, q̄ tūc diligēter inspici et d̄ verbo, ad verbū īseri fecim⁹, approbauim⁹, & cōfirmauimus, ac nr̄i scripti patrocinio cōmunimus. Illudq; p oēs ordinis minimorū hmōi fratres, pñtes, ac futuros, p suo salubri correctorio ppetuis, futuris tēporibus teneri, & obseruari, ipsumq; perpetuò correctoriū fratrū ordinis minimorū dicti Franc. de Paula nuncupari, ac intitulari debere, decreuimus, & mandauimus.

Regula fratrum.

¶ Successiuè autem pro parte præfati Francisci de Paula etiam nobis exposito, quòd licet alias ipsę dictum ordinem minimorum instituisset, ac decem secundum

Regula tertiariorum.

quæ fratres eiusdem ordinis. ¶ Septem verò, secundum quæ vtriusq; sexus fideles, tertiarij nuncupati, viuere deberent capitula, regulam, & modum viuendi concernentia ædidisset. Illaq; per pręfatum Alexandrū prędecessorem de venerabilium fratrum suorum S.R.E. Cardinalium consilio, (de quorum numero tunc eramus licet absentes,) cōfirmari obtinuisset. ¶ Quia tñ p illa ordini minimorū hmōi, & illius psonarū directiōi, nō satis videba

videbatur esse consultum. Idem Franciscus de Paula cũ nonnullis eiusdem ordinis fratribns, capitulis prædictis diligenter examinatis, ex nouis, & emergentibus causis non nulla mutanda, seu moderanda, & emendanda fore prospiciens, ea in melius moderauerat, mutauerat, emendauerat, & reformauerat. ¶ Ac sororum eiusdem ordinis regulam: ad instar regulæ fratrum minimorum huiusmodi, in decem capitulis redactam, de nouo edidetat, & instituerat: quibus sic redactis, ampliatis, & quę superflua erant resecatis, ac alijs de nouo editis. ¶ Ipse Franciscus de Paula tres regulas, & capitula hmõi voluerat, & mandauerat per singulas dicti ordinis miuimorum personas pręsentes, & fururas, pro ut eis respectiuè adaptabantur, pro suis salutaribus regulis perpetuis futuris temporibus teneri, & obseruari, ac earumdem primam: fratrũ ordinis minimorum velut antea. ¶ Secundam verò sororũ ét dicti ordinis minimorum. ¶ Tertiam autem vtriusq; sexus fidelium, similiter ordinis minimorum hmõi regulas irrefragabiliter appellari, ac per nos benedici, approbari, & confirmari cupiebat. ¶ Nos per reliquas nostras regulas, ac statuta, & ordinationes, nec nõ capitula hmõi sic mutata, moderata, ampliata, & reformata quę tunc diligentur inspici, ac de verbo ad verbum inseri fecimus. Cum defectuum suppletione approbauimus, & confirmauimus. ¶ Ac pro potiori cautela, ea omniaq; per Frãciscum de Paula statuta, & ordinata ac emendata fuerãt de nouo eiusdem modo, & forma statuimus, & ordinauimus, ac voluimus iuxta eorum seriem, & continentiam ab ipsorum professoribus, qui tunc erant, & pro tempore essent, perpetuis futuris temporibus, pro eorum regularibus institutis, pro ut ipsis respectiuè adaptabantur: inuiolabiliter obseruari. ¶ Dictarumq; trium regularum primam, fratrum ordinis minimorum, velut antea. ¶ Secundam verò sororum ét eiusdem ordinis minimorum. ¶ Tertiam autem utriusque sexus fidelium similiter ordinis minimorũ hmõi regulas: ipsumq; ordinem, minimorũ ordinem perpetuò irrefragabiliter nuncupari,

Rggula sororum.

Approbatio trium regularum.

Et De-

Abbatisuilla conuentus cõprobatio.

¶ Et deinde pro parte Francisci de Paula, & aliorum fratrum ordinis minimorũ huiusmodi nobis etiã exposito, quod licet olim præfatũ Sixtus prædecessor eis cõcessisset, quòd in quocunque loco, & diœcesi, ecclesias, & oratoria recipere possint, ac concessionis huiusmodi vigore quandam domum dicti ordinis minimorum per dilectum filium modernum Dominũ de rambures infra limites ecclesię Sancti Vlfrani de Abbatisuilla ambianensis diœcesis fundatam, & constructam, ac eisdem Francisco de Paula, & fratribus, pro eorum perpetuis usu, & habitatione cõcessam recepissent, inibiq; per triennium, & vltra vixissent, die noctuq; Domino famulantes, ac in humilitatis spiritu vota sua persoluentes; quia tamen dilecti filij Decanus, & capitulum dictę Ecclesiæ Sancti Vlfrani prętextu quarumdam litterarum pię memorię Vrbani Papę Quinti etiam prædecessoris nostri eis concessarum inhibuerat, ne aliqui regulares, vel seculares intra fines parochiæ dictę ecclesię Sancti Vlfrani possent ecclesiam, vel oratorium de nouo construere, sine eorum consensu, & diœcesani Episcopi licentia speciali (saluis tamen priuilegijs Pontificum romanorum) Franciscum de Paula, & fratres ordinis minimorum huiusmodi quo minus præfatam domum de abbatisuilla pacificè possidere valerent, diuersimodè molestare præsumebãt, ipsiq; nec nõ tunc rector parochialis ecclęsiæ sancti Egidij etiam de Abbatisuilla dictę Ambianẽsis diœcesis, corpora defunctorum, qui apud ecclesiam, domus Abbatisuillę huiusmodi suam elegerant sepulturam, ad eorum ecclesias deferre, & in eis sepellire non verebantur, in animarum suarum periculum, ac priuilegiorum ordini minimorum ac illius personis, & fratribus huiusmodi concessorum non modicum prejudicium, & grauamen.

Episcopus Parisiensis fuit datus conseruator fratri-

¶ Nos venerabili fratri nostro moderno Episcopo Parisiensi per reliquas nostras, in forma breuis, litteras mandauimus, quatenus Francisco de Paula, & alijs fratribus ordinis minimorũ huiusmodi, quòd omnia, & singula oratoria: ecclesias, Domos, & loca eis in posterum conce-

concedenda recipere, ac dictam de Abbatisuilla, & alias domos, seu ecclesias, & oratoria, eatenus per eos recepta pro eorum perpetuis vsu, & habitatione, vigore concessionis Sixti, & Innocentij prędecessorum prædictorum retinere, absq; alia noua desuper facienda concessione Apostolica possent, & valerent. ¶ Ac quòd ipse Episcopus Parisiensis dicti ordinis minimorum conseruator esset; & (quoties opus foret) ordini minimorum, ac illius personis, & fratribus huiusmodi in præmissis efficacis defensionis præsidio assisteret, & non permitteret quòd decanus, & capitulum, aut eorum officialis, aut rector ecclesiæ Sancti Egidij huiusmodi, aut alij quicunq;, cuiuscunq; etiam nobilitatis existerent, fratres ordinis minimorum huiusmodi tàm in dicta diœcesi, Ambianensi quàm alibi, in aliquo damnificare, molestare, perturbare, aut inquietare vllatenus auderet. ¶ Quinnimò corpora quorumcunq; defunctorum, qui in ecclesia domus de Abbatisuilla huiusmodi in eorum vita sepeliri elegerant, cum relictis fratribus domus de Abbatisuilla huiusmodi factis, integraliter restituerent, nec ipsi neq; alij prædictos, & quoscunq; alios fratres ordinis minimorum huiusmodi, de cœtero super sepulturis, & corporibus illorum, qui in dictæ domus de Abbatisuilla, & alijs eiusdem ordinis minimorum ecclesijs elegerant pro tempore sepeliri, impedire præsumerent sub excommunicationis latę sententiæ pœna inhiberet. ¶ Ac ecclesias Sancti Vlfrani, & Sancti Egidij huiusmodi, necnon alias (ad quas corpora defunctorum, qui in dictæ domus de Abbatisuilla, & alijs ordinis minimorũ huiusmodi ecclesijs iuxta ordinationem ipsorum defunctorum sepeliri deberent, deferrentur) ecclesiastico supponeret interdicto. ¶ Nec corpora ipsa eisdem fratribus minimis in dicta de Abbatisuilla, & alijs cœterarũ domorum ordinis minimorum huiusmodi ecclesijs restituerent, præfata Apostolica auctoritate decerneret, ac desuper statueret, & ordinaret, prout in singulis litteris prędictis plenius continetur.

bus minimis.

Excommunicatur impedientes electionem sepulturæ ĩ nostris ecclesijs.

¶ Cum

Controuersia exorta propter solutionem quartæ.

¶ Cum autem, sicut ex inhibita nobis nuper pro parte dicti Francisci de Paula petitio, coutinebat à certo tempore citra, quædã domus suorũ secundi ordinis minimorũ huiusmodi in regno Hispaniæ, cum ecclesia, campanili, campana, dormitorio, ortis, ortalicijs, & alijs necessarijs, officinis constructa, & ædificata: ac per illius sorores iá per triennium, vel circa inibi iuxta regulam per prefatũ Franciscum de Paula, pro eis institutam, aut saltem iuxta regulæ hmõi principaliora, sanctè, ac laudabiliter uiuẽtes ĩhabitata fuit. ¶ Et licet iuxta priuilegia, exẽptiones, immutitates, & indulta quæcunq; singulis mendicantiũ ordinibus, & illorũ professoribus, ac domibus, & eorũ ecclesijs, per quoscũq; Romanos Põtifices, prædecessores, ac sedẽ hmõi qũocunq; concessa, sit vnicuiq; liberũ, in ecclesijs dictorum ordinũ suã eligeret sepulturam. Ac fratres mendicantiũ ordinũ hmõi, de funeralibus quartam funeralem rectoribus parrochialium ecclesiarum, in quarum parrochijs sepulturam hmõi eligentes degebãt.

Similiter propter decimas.

¶ Et de fructibus bonorum Immobilium quæ iuxta dicta priuilegia possidere, & tenere possunt, Decimas, aut oblationes aliquos ẽt ex noualibus soluere minimè teneãtur, Ipsorumq; quatuor mendicantiũ priuilegia ad ordinẽ minimorũ hmõi ac illius professores, & domos, ac eorum ecclesias, per prefatos prædecessores, & sedem prędictam, extẽsa, & ampliata fuerit, & propterea fratres ordinis minimorũ hmõi dictis priuilegijs gaudere, & à quartæ funeralis, & decimarum prædictarũ solutione immunes esse debeant. ¶ Et tamen nõ nullę ecclesiasticæ personæ, (presertim in partibus Gallicanis) cõtra priuilegia hmõi venire non formidantes, Francisco de Paula, & alijs fratribus ordinis minimorum hmõi: super his plurimas molestias, impedimenta, & incommoda inferre: aliquando etiam armata manu per se, vel per alias personas herbarum, & fructuum in ortis domorum ordinis minimorum hmõi excrescentium decimas violenter capere, atque exigere. ¶ Nonnunquã uerò dum corpora defunctorũ ad ecclesias domorũ ordinis minimorum hmõi in

humand

humanda cũ intorcijs, & alijs luminaribus deferuntur, intorcia, & luminaria hmõi, ēt in dictis ecclesijs, ac earũ cimiterijs violenter, ēt auferre corpora ipsa sic in humanda, ēt ante ipsorũ inhumationem inibi sine luminaribus relinquere, ac super funeralibus, & decimis, nec nõ oblationibus fratribus ordinis minimorum huiuſmodi factis: plurima incommoda inferre pręſumunt.

¶Pro parte pręfati Franciſci de Paula nobis fuit humiliter ſupplicatum: ut sibi quòd dicti ordinis minimorum fratres ꝓ tẽpore exiſtẽtes de ortis, ac virgulis, & alijs bonis ordinis minimorum hmõi domibus, & illarũ ecclesijs pro tẽpore relictis, ac super luminaribus, & alijs rebus diuino cultui ꝓ tẽpore dedicatis. Decimas, aut oblationes aliquas & ex noualibus, vel quartã ex funeralibus soluere minime teneantur: nec ad id à quoquam quõlibet ualeãt coarctari, cõcedere, & indulgere. ¶ Ac oibus, & singulis tàm Pyrrhi Archiepiſcopi, quàm Goffredi epi sãcti Marci, & Sixti, ac Innocẽtij, nec nõ Alexãdri prędeceſſorũ prędictorũ, ac nřis suis prædictis, nec non priuilegijs, indulgentijs, exemptionibus, libertatibus, indultis, facultatibus, immunitatibus, fauoribus, & gratijs quibuſcunq; in eis cõceſſis, sub quouis nomine, ac titulo: ordini minimorum hmõi, ac illius personis, & domibus quomodolibet cõceſſis. Robur Apoſtolicæ approbatiõis addicere. ¶ Illaq; omnia, & singula, ac etiam nõnulla alia de nouo ad ordinẽ minimorũ, hmõi ac illius personas, & fratres, ac eorũ ecclesias, & domos conſtructas, & cõſtruendas sub minimorum nomine, nec nõ, & ad dictã iam conſtructã, & ad oẽs alias ecclesias, & domos sororũ ordinis minimorũ ubilibet cõſtruendas, & ędificandas extẽdere, & ampliare, ac alias ordini minimorũ hmõi i ꝓmiſsis opportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

¶Nos igitur qui regularem obſeruantiã in locis religiosis vigere, & augeri ac religioſarum personarum, præsertim sub humili habitu in humilitatis spiritu deo seruientium comodum, & tranquillitatẽ intensis desideramus affectibus, eũdẽ Franciſcũ de Paula à quibusuis excõtionis suspen-

Peticio pro nõ soluendis decimis uł quartis.

Petitio ꝓ cõfirmatione priuilegiorum.

Extensio ad omnes domos ordinis.

Sequitur concessio oium prædictarũ peticionum.

suspensionis, & interdicti, alijsq; ecclesiasticis senten-tijs, censuris, & penis, à iure, uel ab homine quauis oc-casione, uel causa latis, si quomodolibet innodatus exi-stit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutum fore censentes, hmói supplicationibus inclinati. Pyrrhi Archiepisco-pi, & Goffredi Episcopi Sancti Marci, ac Sixti, & Inno-centij; nec non Alexandri prædecessorum prędictorũ, ac nostras præfatas litteras, nec non omnia, & singula in eis contéta. Auctoritate apostolica præfata, tenore præ-sentium approbamus, innouamus, & confirmamus, ac prę-sentis scripti patrocinio communimus.

Confirmantur priuilegia.

¶ Illaq; omnia, & singula Fracisco de Paula, & alijs ordinis minimorũ huiusmodi fratribus, & personis, ac illorum ecclesijs do-mibus, & locis constructis, & construendis sub mini-morum nomine. & Auctoritate, & tenore præmissis de nouo concedimus, & indulgemus.

Extendun tur ad omnes.

¶ Ac pro potiori cautela, omnia, & singula indictis lit-teris quomodolibet contenta, & quo ad hoc, ut Fran-ciscus de Paula, & alij ordinis minimorum huiusmodi fra-tres pro tempore existentes, tàm quatuor mendicantiũ, quàm aliorum quorumcunq;, quantumcunq;, & priuile-giatorum ordinum, quascunq; religiosas personas ad se uenientes, & habitum per eos gestari solitum summe-re uolentes, primitus uerbo, uel scripto à suis immediatis superioribus, per se, uel per interpositam personam pe-tita licentia, quamuis non obtenta, ad minimorum ordi-nem, & habitum huiusmodi recipere.

Fratres aliorum ordinum possumus recipe, limita quo ad fratres minores infra Iulius II.

¶ Nec non confessiones quarumcunq; personarum, tã Religiosarum, quàm ecclesiasticarum, & secularium, vbilibet audire, & illis auditis personas ipsas, & earum quamlibet, ixta formam, & tenorem priuilegij per prę-fatum Sixtum prædecessorẽ ordini minimorum huius-modi, ac illius personis, & fratribus dudum concessi, & confirmati, absoluere ac pœnitentiam salutarem illis in iungere ualeant

Confessiones audire conc. trid. sess. 23. de retor. 15.

¶ Nec non ordinis minimorum huiusmodi, ecclesias & oratoria

oratoria. Domus. & loca, tàm recepta, quàm recipienda, tanquã sedis, & Ecclesiæ Romanę huiusmodi specialia oratoria, ecclesiæ, domus, & loca cum omnibus iuribus, & pertinentijs suis prorsus ab omni decimarum, & oblationum persolutione, seu iurisditione ppetuò libera sint, & esse censeantur. ¶ Ac sub beati Petri, & dictę sędis, & nostra protectione immediatè subiaceant. Ipsiusq; ordinis minimorum fratres pro tempore existétes, de ortis, ac virgultis, & alijs quibuscunq; bonis ordinis minimorum domibus, & illarũ ecclesijs huiusmodi pro tempore relictis, & legatis. Ac super luminaribus, & alijs rebus diuino cultui pro tempore dedicatis. Decimas, aut oblationes aliquas, etiam ex noualibus, uel quartam ex funerabilibus soluere minimè teneãtur, nec ad id à quoquam cuiuscunq; nobilitatis, aut dignitatis existat, valeãt quomodolibet coarctari. ¶ Quodq; ordini minimorum huiusmodi, ac illius personis, & domibus per Sixtum, & Innocentium prædecessores prædictos. Sub eremitarum nomine dudum concessa priuilegia, sub nouo nomine mutatis in eis nominibus eremitæ, ac æremitarum, in minimi, & minimorum, ac æremitorij, & æremitoriorum, in domorum ordinis minimorum huiusmodi nomina, cæterisq; singulis ad hunc effectum de necessitate mutandis, innouata, & mutata sint, & esse censeantur. ¶ Nec non super omnibus, ac singulis maris magni, & alijs quibuscunq; bullis quatuor mendicantium ordinibus, & eorum cuilibet quomodocunq; concessis, vnum vel plura transsumpta coniunctim, aut diuisim facere queant, perinde, ac si illa, mutatis in eis nominibus quorumcunq; Romanorum Pontificum prędecessorum, & ipsorum mendicantium in nostrum, & fratrum ordinis minimorum huiusmodi nomina, cęterisq; singulis ad hũc effectum de necessitate mutandis, concessa forent. ¶ Ac quòd transsumptum, seu transsumpta huiusmodi taliter facta, & manu alicuius notarij publici subscripta, ac sigillo alicuius prelati ecclesiastici sigillata, ordini minimorum huiusmodi, ac illius personis, & fratribus pro tempore exi-

Decimas soluere nõ tenemur.

Quarta limita. ẽm Conc. Tridenti. sess. 25. de reform. c. 13.

Priulegia cócessa sub nomine eremitarum conceduntur sub nomine minimorum.

Communio oĩum priuilegiorum etiam maris magni ordinũ mendicantium citrè ad ordinẽ minimorũ extéditur.

re existentibus, adeo vbiq; locorum suffragentur, ac si singulę prædictę bullę præfatis quatuor mendicantium ordinibus per quoscunque prędecessores prædictos quo modolibet concessę, quas hic pro expressis, & insertis habere volumus, fratribus ipsis minimis, & eorum ordini præfato: etiam sub minimorum nomine spetialiter, & expresse indultæ fuissent, ac pro eis principaliter emanassent.

Omnium cõuentuũ ordinis approbatio.

¶ Quodq; Sanctę Trinitatis, tunc ad ecclesiam Sancti Stephani giemnai, & aliam Sancti Rochi, tunc etiam ad monasterium Sancti Saturnini Tholosani ordinis Sancti Augustini pleno iure spectantes ecclesias, ac illarum domos, nec non reliquam Sancti Blasij, per dilectã in Christo filiam nobilem mulierem modernam Dominam de Borbon, ac venerabilem fratrem nostrum modernum Episcopum Grationopolitanum, etiam tunc dicti monasterij Abbatem. ¶ Nec non omnia, & singula alia oratoria, ecclesias, reliquas domos, loca, conuentus, & bona in Gallię, Calabrię, Sicilię, Hispanię, Boemiæ, & alijs Regnis, ac Italię, Picardiæ, aquitaniæ, patrimonij, Paulensis, & paternæ, alijsq; Prouintijs, Ciuitatibus, & locis quibuscunque ordini minimorum, ac illius personis, & fratribus, & præfatis quomodocunque concesa, & per Franciscum de Paula, & alios fratres ordinis minimorum huiusmodi vigore, priuilegij Sixti prędecessoris prędicti recepta, & per eos eatenus possessa, absque alia noua concessione apostolica perpetuò pacificè possidere valeant, ac super illis, aut aliquo eorum, à quoquàm, suo molestari nequeant.

Eucharistiam q- bus personis ministrare possumus.

¶ Et quòd fratres ipsi minimi, in eorum ecclesijs constructis, & construendis, Curialibus, mercatoribus, peregrinis, ac transeuntibus, & alijs quibusuis personis, eucharistię sacramentum (quotiens opus fuerit) ministrare, ac ministrari facere.

Capere apostatas.

¶ Nec non eiusdem ordinis minimorum apostatas, & gyrouagos quoscumq; vbilibet repertos, & quibuscúq; litteris, ac prouisionibus apostolicis, et quascumq; derogatoriarum

gatoriarum derogatorias clausulas in se continentibus munitos, quas eis nullatenus suffragari posse decernimus, inuocato etiam ad id (quatenus opus fuerit) auxilio Brachij secularis, capere, incarcerare, ac punire, seu capi, incarcerari, & puniri facere, liberè, ac licitè valeant. Cõc. Trid. sess. vlt. de reg. c. 19.

¶Et pręfati ordinis minimorum fratres, sorores, & oblati, nec non utriusq; sexus Christi fideles tertij ordinis minimorum huiusmodi, ac eiusdem ordinis conseruatores, per fratres minimos hmõi pro tempore capitulariter electi. ¶Ac tutores, & tutrices, fundatores, & fundatrices. Procuratores, & procuratrices, ac eorum vtriusq; sexus liberi procreati, & pcreãdi, semel in uita, & ita in morte sibi. ¶Ac quæcunq; personæ in dicto ordine minimorũ de cætero recipiendæ, in earũ ingressu plenariã oĩm peccatorũ suorũ veniam, & indulgentiã consequi. Personæ quæ habẽt plenariã ĩdulgẽtiam semel ĩ vita, & in morte.

¶Ac quinquies orõnem Dominicam, & toties salutatioñe angelicã recitando. Oẽs ac singulas indulgentias quas diebus indulgentiarum oĩm ecclesiarum dictę urbis, & extra illius muros pro stationibus deputatarũ, consequutur, ecclesias vrbis, & extra muros hmõi visitãtes, plenè, ac integrè consequantur, & consequi possint, ac si indulgentiarũ hmõi diebus ecclesias urbis, & extra muros hmõi, & earum quamlibet personaliter uisitarẽt. Stationes urbis ante dictis personis conceduntur.

¶Ac tàm prędicta iam constrũcta, quàm aliæ quęcunq; sororum secundi ordinis minimorum huiusmodi, de cætero vbicunq; construendæ, & edificandæ domus, ac ecclesiæ omnesq; pręnominatæ personæ ad eundem ordinem minimorum qũolibet spectantes oĩbus, & singulis priuilegijs, immunitatibus, indulgentijs, facultatibus, libertatibus, indultis, exemptionibus, fauoribus, & gratijs, ordini minimorũ hmõi, ac illius fratribus, & domibus per prędfatorum prædecessorum, ac nostras litteras hmõi qũolibet concessis, vti, potiri, & gaudere liberè possint, & valeant, ac si illa oĩa, & singula eis expresè cõcessa fuissent, auctoritate Apostolica, ac tenore præmissis, de nouo indulgemus, extendimus, & ampliamus. ¶Non obstãtibus sanctæ memoriæ Innocentij quarti cõtra exẽptos, Sorores & oẽs prędictæ personę gaudẽt priuilegijs minimorũ.

quæ incipit volentes, & Bonifacij octaui quę incipit Cum ex eo. Ac Clementis quinti quę incipit Religiosi, & Alexandri quarti quę incipit, vt Abbates. Ac ĕt quę incipit viam ambitiosę cupiditatis. Martini quinti Romanorum Pontificum etiam prędecessorum nostrorum: & alijs constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ac ordinum prædictorum iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis alia firmitate roboratis, statutis quoq; & consuetudinibus, Nec non omnibus illis, quæ prefati prędecessores in suis, ac nos in nostris litteris prędictis volumus non obstare, cęterisq; contrarijs quibuscunq;.

Transsumptis lfarum Iulij standum est.

¶ Cæterum qnia difficile foret prę sentes litteras ad quæcunq; loca, vbi illæ necessariæ fuerint deferre: volumus, & prefata Apostolica auctoritate decernimus, quòd earumdem prę sentium transsumptis manu Notarij publici subscriptis, ac sigillo alicuius prælati ecclesiastici munitis, prorsus in iudicio, & extra fides plenaria adhibeatur, ac illis stetur in omnibus, & per omnia sicut ipsis originalibus litteris adhiberetur, & staretur sicut si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Apponitur pœna contra contradictores.

¶ Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, approbationis, innouationis, confirmationis, communionis, concessionis, indulti, voluntatis, extensionis, ampliationis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contrariare. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit: indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum.

¶ Datum Romæ Apud Sanctum Petrum. Anno incarnationis Dominicæ. 1506. Quinto Kalendas Augusti. Pontificatus nostri. Anno tertio.

SEQVI-

SEQVITVR MARE MAgnum Fratribus ordinis minimorum S. Francisci à Paula concessum à bo. me. Iulio II. & à Leone X. Adriano VI. Clemente VII. Paulo III. Iulio III. Paulo IIII. & Pio V. corroboratum, & confirmatum sub hac clausula (mutatis in eo nominibus &c.) vt supra in priuilegio eiusdem Pontificis Iulij folio 32. est videre.

IVlius Episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filijs Francisco de Paula Generali, & Prouincialibus correctoribus, ac vniuersis fratribus ordinis minimorum. Salutem, & Apostolicam benedictionem. ¶ Virtute conspicuos sacri ordinis vestri professores, qui contemplationi cœlestium feruēter inuigilant, & piæ uitæ studio sine intermissione desudant. Decet per Apostolicæ circunspectionis auxilium sic prouidè dirigi, & solicitè confoueri: vt alicuius prætextu calumniȩ nullum internȩ pacis excidium, nullūq; religiosi status perferant detrimentum, sed in his robur & vigorem habeant, per quæ circa cultum diuini numinis deuotis, & quietis mentibus inualescant.

¶ Hinc est, ꝙ cum sicut nobis exponere curastis. Tu fili Generalis, corrector, & prædecessores tui iuxta eiusdē ordinis consuetudinem obseruatam hactenus, & à sede Apostolica toleratam, statim postquam electi secundum prȩdicti constitutiones ordinis extitistis, fratrum ipsius curam gesseritis correctoris officium plenè, ac liberè in omnibus exercentes, ijdemq; fratres nobis deuote, & hu- Generalis mox electus, est cōfirmatus.

 militer

militer obedierint,& intenderint reuerenter,& in eadẽ regula sit expressum,vt generalis corrector,qui pro tem pore fuerit,à correctoriatus officio amoueri valeat,à vigilibus,prouincialibus,& alijs fratribus in generali capitulo congregatis. ¶Nos uolentes ambiguitatis scrupulũ in hac parte de vestris cordibus amputare, ac ordinem ipsum prȩfatæ sedis immediatè subiectum,à sede appro batum eadem honestate floridum,præclarum scientia,& virtute fecundum priuilegio apostolicæ gratiæ attollerȩ

Authoritas corectoris generalis

singulari,vestris supplicationibus inclinati deuotioni vestrȩ,ut successores tui (fili generalis corrector) qui erũt pro tempore statim postquàm electi secundum regulã, & constitutiones fuerint supradictas, eo ipso veri eiusdem ordinis generales,correctores effecti,curam animarum fratrum ipsius ordinis plenè habeant, liberèq; gerant,ipsosq; fratres auctoritate propria ligare,ac absolue re,nec non in eodem ordine agere valeant,qui ipsi prȩfati,& diffinitores ad hoc electi iuxta prædictas constitu ciones eidem ordini, & fratribus secundum Deum videbitur expedire,aliasq; possint officium generalis correctoris licitè in omnibus exercere, ijdéq; fratres tibi corrector, & successoribus ipsis deuotè, ac humiliter obediant,& intendant. ¶Ac præfati successores, & tu generalis corrector,à prouincialibus correctoribus, & vigilibus,secundum Regulam,& constitutiones ipsius ordinis absolui,& amoueri possitis, auctoritate apostolica indulgemus, Ratum habentes, & firmum quicquid super prȩmissis per te, generalis corrector, dictosq; prȩdecessores fratres, & discretos factum, & obseruatum est hactenus, concessa tibi exequendi officium generalis correctoris, quòad prȩmissa omnia libera facultate.

In electionibus non currit electoribus tẽpus à iure statutum.

¶In electionibus quoq; generalis,& prouincialium cor rectorum ipsius ordinis fratribus,qui debent electionem huiusmodi celebrare cum eos frequenter de remotis partibus opporteat conuenire, tempus super hoc à iure statutum non currat, nec ipsi in hac parte iuris huiusmodi

iuſmodi regulis coarctentur. ¶ Vigiles verò, prouinciales, & correctores locales, aut delegati viſitatores, ſeu vicegerentes, qui ſecundum ſtatuta eiuſdem ordinis per electionem, vel alias inſtituuntur, poſt ipſam inſtitutionem ſeu prouiſionem de ipſis factam, curam animarum fratrum ſibi ſubditorum ipſius ordinis habeant, ipſosq; ligare, ac ſoluere poſſint, iuxta ipſius ordinis inſtituta.

Cōc. Trid. ſeſſ. vlt. de regul. c. vj.

¶ Fratres autem de ordine veſtro, quos ſecundum conſtitutiones ipſius ordinis conuentibus veſtris deputandos duxeritis in lectores, ſine cuiquàm alterius licentia, liberè in domibus præ dicti ordinis legere, ac docere valeant in theologica faculta. ¶ Illis locis exceptis, in quibus viget ſtudium generale, ac etiam quilibet in facultate ipſa Docturus, vt Magiſter ſolemniter incipere conſueuit.

Lectores in theologia qūo inſtituendi.

Ordines ab omnib; Epiſcopis poſſunt recipi infra

Pius v. in fauorē omniū mēdi.

¶ Et quia eiuſdem ordinis fratres de locis ad loca ipſius ordinis ſępius tranſmittuntur, propter quòd ſtabilem, & perpetuam in certis, & determinatis eiuſdem ordinibus domibus non faciunt manſionem, quia etiam bonos, & ydoneos, & approbatos à uobis fratres, facitis ad ordines promoueri, liceat vobis ordinandos fratres eiuſdem ordinis quibuscunq; malueritis catholicis Pontificibus communionem, & gratiam ſędis Apoſtolicæ habentibus, pręſentare. ¶ Ipſiq; Pontificibus præſentatos à omnibus fratres ſine qualibet examinatione per eoſdem pontifices facienda, & abſque omni promiſſione, vel obligatione ipsorum ordinandorum fratrū ad ordines promouere.

Tamē per examen episcopi.

Cō. Trid. ſeſſ. 23. c. 12.

Cōc. Trid. ſeſſ. 22. in decreto d' obſeruādis in celebr. miſſarum.

¶ In locis quoque, inquibus degitis, liceat vobis habere oratoria, in quibus cum altari portatili poſſitis miſſarum ſolemnia, & alia diuina officia cælebrare, ac etiam eccleſiaſtica recipere ſacramenta.

¶ Et quia vos extremam patientes pro Chriſti nomine paupertatem, ex hortationis pię ſtudio bonos ad potiora dirigitis, & errantes in rectitudinis ſemitam laudabiliter reuocatis, concedimus, vt in excommunicatorum terris liberè commorari, ac alias, & etiam quando per ipſos

Morari in terris excōi catorū, & ab eis neceſſarię recipere poſſunt res.

transire uos contigerit necessaria vitę deposcere, ac reci pere valeatis, nisi id uobis fuerit interdictum. ¶ Generalis quoquè, & singuli vigiles, ac prouinciales, & correctores, & eorum vicarij, in prouincijs, & uigilantijs sibi cōmuisis, prędictis fratribus constitutis ibidem nec nō, & fratribus alijs eiusdem ordinis, interdum ad eos declinantibus, vndecunquè, absolutione, & dispensatione indigētibus, siue priusquàm intrauerit ordinem, siue post, in casibus excesserit, pro quibus, excōmunicationis, uel interdicti, aut suspensionis incurrunt sententias à iure, vel à iudice generaliter promulgatas. ¶ Et huiusmodi sententijs innodati, aut in locis suppositis ecclesiastico interdicto diuina officia cælebrantes, vel suscipientes ordines sic ligati notam irregularitatis incurrunt, absolutionis, & dispensationis beneficium valeant inpartiri: nisi adeò grauis, & enormis excessus fuerit, quòd sint ad eandem sedem meritò destinandi.

Authoritas circa absolutioné fratrum minimorum.

¶ Fratres etiam vestri, quos pro tempore vos generalis vigiles, & prouinciales correctores, nec non, & vices uestras gerentes in proprios habueritis confessores, absolutionis, & dispensationis beneficium vobis (cum expedierit) valeant inpertiri iuxta formam cōcessionis super absolutione, ac dispensatione fratrum eiusdem ordinis superius vobis facta.

Prælati ordinis à suis professoribus absolui possunt.

¶ Ad hæc volentibus vestro aggregari consortio qui suspensionis, aut interdicti, vel excommunicationis sententijs à iure, vel à Iudice promulgatis generaliter sunt ligati, absolutionis beneficium (obseruata forma canonica) impartiri, ipsosq; in fratres recipere, ac eos qui post assumptum habitum, vel professioné emissam recognouerit se talibus in sęculo fuisse sententijs innodatos secundū formā, ipsā vos generalis, vigiles, & prouinciales, & correctores, ac vices vestras gerentes, valeatis absoluere, & cum irregularibus dispensare, si forsàn talibus innodati sententijs, uel in locis interdicto suppositis diuina pręsumpserint officia cælebrare, vel ordines recipere. Ita tamen quòd si alicui ex huiusmodi eisdem senten-

Ordinem intrātes absolui possunt & dispensari.

ſententijs propter debitum ſint aſtricti ſatisfaciant vt tenentur. ¶ volumus autem nihilominus quòd huiuſmodi volentes veſtro aggregari conſortio, niſi mox poſtquam fuerint abſoluti, ordinem veſtrum intrauerint, etiam ſi ſuper hoc eis inducię à prælatis ordinis eiuſdem concedantur, eo ipſo in priſtinas ſententias, à quibus eos taliter abſolui contigerit, relabantur cęterum veſtra diſcretio cautè prouideat, vt Apoſtolicæ ſedis legatorum ipſius, & ordinariorum locorum in abſolutionibus huiuſmodi ſcandalum euitetur.

¶ Porrò quieti veſtrę prouidere volentes, quòd per litteras Apoſtolicæ ſedis, aut legatorum, seu delegatorum ipſius conueniri à quoquam minimè valeatis, & quòd ad pecuniam colligendam cogi non poſitis inuiti per litteras ipſius ſædis de cętero impetrandas quòdq; nullus veſtrum correctionis, ſeu viſitationis, vel inquiſitionis officium monaſterijs, vel eccleſijs, ſeu quibuscunque perſonis impendere, vel ad cognitiones cauſarum, citationes partium, & denuntiationes sententiarum, interdicti, vel excommunicationum procedere. ¶ Aut recipere curam monialium, ſeu religioſarum quarumlibet perſonarum, illis duntaxat exceptis, quę in veſtris regula, vel conſtitutionibus continentur, aut quæ fuerint de mandato Apoſtolicæ ſedis exceptæ, teneãtur, per litteras Apoſtolicas impetratas, vel impetrandas in poſterum, niſi huiuſmodi Apoſtolicæ litteræ de hoc indulto, & ordine veſtro expreſſam fecerint mentionem, auctoritate Apoſtolica vobis indulgemus. ¶ Concedimus etiam, vt ad viſitanda aliqua monaſteria monialium cuiuſcunque ordinis, illis exceptis quæ (ſicut præmittitur) in veſtris regula, vel conſtitutionibus continentur, aut quæ fuerint demandato Apoſtolicę ſedis excepta, vel audiendas confeſsiones eorum compelli ullatenus non poſſint, aut ad recipiendum commiſsiones cauſarum, ſeu ſententiarum executiones, vel alia contingentia, cauſas ipsas per litteras prefatę ſędis, in quibus tacta non fuerit, de indulgentia huiuſmodi mentio ſpe-

Non poſſumus cogi ad pecuniam coligendã nec ad uiſitationes uel iudicandum uel curam monialium recipiendã.

Non poſſumus cogi ad viſitandas moniales, nec ad excommunicationem ſententiarum, au ad deferen

tialis siue per legatos, vel delegatos ipsius. ¶ Nullus in super archiepiscopus, vel episcopus, nec alius prælatus ecclesiasticus, vel eorũ vicarij, vel officiales ad portãdũ, seu deferrendum litteras, vel exequendum, aut denuntiandũ sententias contra principes seculares, communitates, populos, seu quousque benefactores vestros, nullusq; delegatus, uel ordinarius iudex ad faciendum citationes, vel commissiones recipiendas siue, quòd sitis in causis aliquibus assessores, seu ad alia, lites, vel controuersias contigentia in causis, quę coram ipsis tractantur, quemquàm vestrum compellere ualeant, sine prędictæ sedis mandato, & licentia speciali, expressam facientes de hac indulgentia mentionem, nec quisquàm vestrum parere, vel intendere teneatur super hijs monitionibus, mandatis, aus iussionibus eorumdem, aut facere, vel implere, quod in hac parte duxerit iniungendum.

Vide Cõc. Trid. sess. 24.c.18.de refor.

¶ Cæterum generalis, ac prouinciales correctores, ac ipsorum vicarij illos, ex fratribus, de quibus auctoritate litterarum sedis Apostolicę, uel legatorum, ipsis Archiepiscopis, & episcopis, ac alijs quibuscunq; prouisum extitit, uel posterum contigerit prouideri corrigere, ac etiã non obstante conditione aliqua, possint ad suum ordinẽ reuocare, nec per litteras eiusdem sedis, seu legatorum ipsius iam obtentas, uel de cætero obtinendas, aliquos de fratribus ipsius ordinis pręfatis archiepiscopis, & episcopis aut alijs teneantur in sotios deputare, nisi dictę litteræ apostolicæ obtinendę de indulto huiusmodi, & ordine ipso expressam fecerint mentionem, & alias id honestati ordinis, & illorum saluti uiderint expedire.

Prælati ordinis possunt reuocare fratres morantes cum episcopis.

Nullus potest assumere fratres de ordine sine prędicatorũ ordinis licentia.

¶ Nullus autem legatus, nisi de latere nostro, missus auctoritate litterarum sedis Apostolicæ spetialem de hoc indulto, & ordine uestro facientium mentionem, nullusque prælatus, etiam Cardinalis Romanæ ecclesiæ, nec aliqua persona religiosa, vel secularis, de fratribus eiusdem ordinis, ad sua seu ecclesię negotia procuranda, vel secum manendum aliquos assumere valeat, nisi

Cõc. Trid. sess. vlt. de reg. c.4.

quo

quos Generalis, vel prouintialis corrector ipsorum, tanquàm ydoneos, & discretos, sibi duxerint assignandos, quos etiam subiacere volumus ordinis disciplinæ.

¶ Illos verò ipsius ordinis fratres, qui ad prædicandum crucem, vel inquirendum contra prauitatem hæreticam, seu ad alia huiusmodi negotia sint, vel fuerint ubicunq; à sede Apostolica deputati, tu fili Generalis corrector, tuiq; successores remouere, seu reuocare pœnitus transferre. Ipsisq; quòd supersedeant iniungere, aliosq; substituere (cum expedire videbitur) licitè, ac liberè valeatis, & in eos (si contrauenerint) censuram ecclesiasticam exercere, ac quilibet corrector Prouintialis, vel eius Vicarius eiusdem ordinis, ad ipsum in sua prouintia, circa fratres ipsius ordinis, quibus ab eadem sede similia contigerit in illa committi, facere possit. non obstantibus aliquibus litteris, vel indulgentijs Apostolicis impetratis, uel etiam in posterum impetrandis, quæ de hoc non fecerint mentionem. Pate r Generalis pōt reuocare p̄dicatores crucis, & alios substituere.

¶ Inhibemus quoq; ne quis post professionem in ordine uestro factam sine Generalis, vel sui Prouintialis licentia, discedat ab ipso. ¶ Discendentem verò absq; cautione litterarum alterius ipsorum, prętextu priuilegij alicuius Apostolicæ sedis, nullus audeat retinere, quòd si fortè retinere præsumpserit, vobis Generalis, & Prouintiales correctores dumtaxat, & vestris, seu prouintiarum Vicarijs licitum sit in ipsos discedentes fratres excōicationis sententiam promulgare. ¶ Detinentes verò eosdem secum, vel in monasterijs, aut ecclesijs suis (nisi eos reiecerit, postq̄ eis denuntiatū fuerit) excōicationis sniæ volumus subiacere, non obstante quod excōicari, suspendi, vel interdici non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam de indulto hmōi mentionem. ¶ Si verò aliqui de fratribus vestri ordinis post obtentā licentiā à sede prędicta, aut à nobis ad religionem aliam transeundi infra duos, uel tres menses se ad illā religionem suæ saluti congruam non contulerit, & ipsius non susceperit habitum regularem, licitum sit vobis generalis

Sine licentia prælatorum nullus pōt discedere ab ordine.

Retinentes sunt excōmunicati.

De transeūtibus ad alium ordinē Conc. sess. 14. de regu. c. 11. & sess. ult. de regul. c. 19.

generalis, ac prouinciales correctores, & vices vestras gerentibus contra ipsos, tamquàm alios ordinis vestri apostatas procedere, secundum quòd honestati ipsius ordinis videritis expedire. ¶ Illud idem intelligi volumus de illis, qui post susceptionem habitus alterius religionis infra tempus probationis (nulla professione facta) indè præsumpserit resilire, aut etiam si post professionem huiusmodi ad religionem laxiorem seu mitiorẽ ordinem transmiserit, vel (quod absit) ad seculum reuertantur, volumus vos contra ipsos rigorem vestri ordinis exercere.

¶ Apostatas quoq; vestri ordinis excommunicare, capere, ligare, incarcerare, & alias subdere disciplinæ rigori possitis per vos, ac etiam alios in quocunq; habitu eos contigerit inueniri (inuocato ad hoc, si opus fuerit auxilio brachij secularis). ¶ Inhibemus etiam ne fratres quos ab ordine vestro pro suis culpis per generalẽ, seu prouintiales correctores, aut vigiles expelli contigerit, vel qui egressi fuerint proprio suo motu prædicare, confessiones audire, seu docere pręsumant, nisi ad aliũ ordinem, in quo licitè huiusmodi officia exerceantur, transierint de vestra, vel dictorum correctorum licentia spetiali. ¶ Quòd si fortè ipsi contra huiusmodi inhibitionem nostram aliquod super præmissis temerè attemptare præsumpserint. Prouinciales correctores, & vigiles, ac eorum Vicarij in illos, quos infra fines suarũ prouinciarum, iuxta consuetudinem ordinis vestri, districtos inuenerit talia præsumentes (monicione præmissa) auctoritate nostra excommunicationis sententiã valeant promulgare.

Nõ posśũt prędicare.

¶ Eiectos autem de ordine vestro, vel egressos qui receptione in eodem ordine suis culpis exigentibus reddiderunt se indignos, & alios fratres eiusdem ordinis e rationali causa, ad quoscunq; ordines approbatos) præterquam ad Beati Augustini templiariorum, hospitaliorum, & aliorum religiosorum arma portantium) ad vitandam occasionem euagandi: Generalis, vel Prouinciales

Prælati ad quos ordines posśũt licentiare fratres eiectos seu egressos.

ciales correctores cum suis testimonialibus litteris aucto ritate nostra licentiandi, liberam habeant facultatem. Nos enim districtius in hibemus, ne tales ad alium ordinem aliter transire, vel aliqui eos recipere, seu retinere præsumant absq; licentia speciali Sedis Apostolicæ facientem, de hoc plenariam mentionem. Cōc. Trid. vbi supra.

¶ Inhibemus etiam, ut nulli siue sit in religionis ordine, siue extra ordinem constitutus habitum vestrum, vel ita consimilem, quod propterea frater minimus credi possit, deferre liceat, absq; mandato Sedis Apostolicę speciali, & vt dicta inhibitio maiorem consequetur effectum, statuimus vt ij qui habitum vestrum, vel sibi prædicto modo consimilem deferre præsumpserint, ad deponendum ipsum per diœcœsanum locorum, cū à vobis requisiti fuerint (monitione præmissa) per censuram ecclesiasticam, appellatione post posita, compellantur. Nullus pōt portare habitum consimilem nostro.

¶ Cęterum cum humilitas vestra sibi de latitudine orbis terræ nihil, præter domos, & ortos cum virgultis ad simplicem tantummodo fratrum vsum præmiorum obtentu cœlestium duxerit reseruandum. ¶ Nos piè volentes, quòd illorum fructus integrè vostræ paupertatis vsibus applicentur, ut de dictis ortis, & virgultis vestris nulli decimam teneamini exhibere uobis auctoritate præsentium indulgemus, directius inhibentes ne quis à vobis de pręmissis aliquid exigere, vel extorquere pręsumant. Eximit ordo à solutione decimarum.

¶ Quia verò nonnulli vestræ religionis habitum assumentes diuersis personis, quę sciri, & inueniri non possunt, aliqua bona interdum restituere tenentur, vobis prouincialibus vigilibus, ac Vicarijs prædictis concedimus, vt singuli vestrum in locis sibi commissis, bona ipsa in pios vsus conuetere valeant, pro vt secundum Deū videbitur expedire. Bona incerta aliena q̄ habent ordinē ingredietes possunt cōuerti in vsum fratrum.

¶ Sepulturam quoq; in locis cimiterijs, & ecclesijs vestris concedimus, & eam liberam esse censemus, ut eorum deuotioni, & extremæ voluntati, quæ se illic sepeliri deliberauerint (nisi excommunicati, uel interdicti, Sepultura libera ordi

aut

Officiare ĩ ecclesijs ordinis, seu mortuos se pelire sine consensu nr̃o nullus potest.

aut etiam publicè usurarij fuerint) nullus obsistat, salua tamen iustitia illarum ecclesiarum à quibus mortuorum corpora assumentur.¶ Districtius inhibentes ut nulli religiosi, uel seculares uobis inuitis aliquorum corpora defunctorum in uestris cimiterijs sepelire, aut in ecclesijs uestris missarum sollemnia, uel pro animabus eorum, qui ad loca uestra tumultandi feruntur, ibidem exequias cęlebrare, sine uestro assensu, aut uolũtate, p̃sumãt.

Tempore ĩterdicti cęlebrare diuina quõ possunt fratres.

Hodie non licet Cõc. Trid. sess. ult. de reg. c. 12.

¶ Etiam cum generale interdictum fuerint, in ecclesijs & oratorijs uestris, & aliis quibuscunq;, uel cum ad loca perueneritis ecclesiastico supposita interdicto, clausis ianuis (interdictis & excommunicatis exclusis) non pulsatis campanis, & submissa uoce, liceat uobis cęlebrare diuina, & ecclesiastica recipere sacramenta, dummodo causam non dederitis interdicto, nec contingat uobis specialiter interdici, neq; ecclesiæ, uel oratoria ipsa fuerint specialiter interdicta. ¶ His uero qui uestris morantur obsequijs, cuncta liberè, ministrare poteritis ecclesiastica sacramenta, & ipsos cum deceduntur in uestris oratorijs sepelire¶ Si quando autem in terris in quibus residentis, uel eorum personis excõicationis, seu interdicti sñías cõtigererit, promulgari, pueri uestris seruitijs deputati, negociorumq; uestrorum procuratores, & operarij, qui in uestris locis eorum operibus personaliter continuè institerint, huiusmodi sẽtijs obnoxij minimè habeantur, ibiq; possint audire diuina, iuxta formam quę locis ipsis, eo casu à sede Apostolica est concessa, nisi eidem causam dederint, uel excommunicari specialiter, seu interdici contingat eosdem.

Famulis possumus ministrare sacramenta.

Famuli, & procuratores qñ sunt liberi ab interdicto.

non possũt cõfiteri fratres, nisi p̃latis ordinis, seu alijs deputatis.

Inhibentur Epi fratres cõpellere.

¶ Inhibemus insuper uniuersis fratribus uestri ordinis, ne aliquis eorum (nisi necessitatis urgente articulo) aliis quàm prę latis suis peccata sua confiteri prę sumant, uel alijs eiusdem ordinis sacerdotibus secundum Regulam, & ipsius ordinis instituta. ¶ Vniuersis autem ecclesiarum prę latis, & alijs inhibemus, confessiones uestras uobis inuitis audire, uel compellere uos ad synodos, seu conuocationes suas accedere, uel cum eis extra ciuita-

tes,

res, uel intra, processionaliter exire, aut suis constitutionibus subiacere, uel capitula, scrutina, & inquisitionibus subiacere, uel capitula, scrutina, & inquisitiones in locis uestris uel alibi de uobis facere, aut fidelitatem iuramento firmatam, annualem obedientiam à prouincialibus, uigilibus, & correctoribus localibus uestris exigere, aut de ipsorum institutione, uel destitutione, siue de statutis uestri ordinis, se aliquatenus intromittere, seu phibere, ne ad ciuitates, uel illas ubi religiosè ac honestè conmorari possitis à populis euocati audeatis accedere. Ibiq; pro uestris usibus construere ædificia, ecclesias, seu oratoria, aut in accedentes fratres, seu construentes huiusmodi uel acceptatores ipsorum, excommunicationis sententias ferre præsumant.

Ad concilia processiones, sed tu uid̄ cōc. Trid. sess. 24. c. 2. & sess. ult. de regul. c. 13. Sine licentia ord. nō licet conc. Trid. sess. 25. c. 3.

¶ Concedimus quoq; uobis, ut de hiis qui in ornamentis, uel pro eis aut libris fabrica, luminaribus, anniuersario, septimo uigesimo, trigesimo, siue aliis, ad perpetuū cultum diuinum, seu pro pitanciis, aut uictu ad sustentationem uestram, uel indumentis, nec non pro annuis censibus redimendis ad quorum solutionem aliquæ domus uestri ordinis obligatæ noscuntur: uel de domibus prædictis, & ortis aliisq; locis uobis, secundū instituta uestri ordinis, opportunis, aut de hijs quæ pro huiusmodi domibus, prędijs, ortis, & locis emendis uobis legantur (dummodò pręmissa nō conuertantur in usus alios) sed in illis dumtaxat, pro quibus reliquuntur, aut alios etiā, qui in hac concessione, uel indulgentia continentur, nulli canonicam portionem aliquam teneamini exhibere.

Bona legata fratribus conceduntur.

De legatis non tenemur soluere quartam

¶ Et ne quis à uobis ultimarū executionibus uoluntatū, seu decedentiū hæredibus, de præmissis, aut de hiis, quæ uobis in ultimis uoluntatibus absolutè legantur, uel alias pro uestris necessitatibus conferuntur, aliquid exigere, uel extorquere pręsumat, districtius inhibemus.

¶ Ad hęc liceat fratribus uestri ordinis, cū de prioribus locis suis ad alia loca se transferunt, tam ędificia, seu omnem ędificiorū materiā locorum, quæ dimittūt, (dedicatis ęcclesiis dūtaxat exceptis,) libros calices, & paramēta

In mutatione domorū possumus oīa prioris domus nobiscum trāsferre.

ſecum ad alia loca transferre.¶ Ac ædificia ipſa cum ſolo, & alijs ad eadem loca pertinentibus, præter eccleſias, per perſonas, ad hoc à ſede Apoſtolica deputatas, vendere ipſorumq; pręcium in aliorum locorum ad quę dicti fratres ſe transferunt, ædificationem, ſeu alias in eorum vtilitatem conuertere ſecundum quòd melius videbitur expedire. cum ipſa priora, & alia loca fratrum ad nos, & Apoſtolicam Sedem ſpecialiter, & immediatè pertinere noſcantur. Et ne aliqui Archiepiſcopi, uel Epiſcopi, aut alij eccleſiarum prelati, ſeu quę uis alia perſona eccleſiaſtica, vel ſecularis, prædicta loca, ſeu bona occupare, accipere, vel vſurpare, aut quoquomodo ſibi vendicare præſumant: abſq; dictæ ſædis licentia ſpetiali, diſtrictius inhibemus.

Pręcium in utilitatem cõuertere.

Nullus põt ea occupare.

¶ Indulgemus uobis, ut ad præſentationem procurationumr legatorum, prædictæ ſedis, uel nunciorum ipſius, ſeu diœceſanorum locorum, aut exactionum, vel collectarum, ſeu ſubſidiorum, vel prouiſionum quarumcunq; minimè teneamini: nec ad ea ſoluenda per litteras dictę ſedis, aut legatorum, uel nunciorum eiuſdem, ſeu rectorum, terrarum eccleſiæ Romanæ impetratas, ſeu in poſterum impetrandas cuiuſcunq; tenoris fuerit in perpetuum compelli poſsitis, niſi dictæ ſædis litteræ impetrandę plenam, & expreſſam de huiuſmodi indulto, & dicto ordine fecerint mentionem.

Non poſſum⁹ cogi ad aliquod grauamen legatorum, ſeu prelatorum ſoluendum

¶ Prætereа cum fęlicis recordationis Gregorius xi. prædeceſſor in dictis ſuis litteris generali, vigilibus, & prouincialibus, nec non correctoribus localibus, & eorum Vicarijs abſoluendi fratres eiuſdem ordinis, ac etiam fratribus dicti ordinis quo ipſi huiuſmodi ſuperiores habuerint pro tempore in confeſſores abſoluendi ipſos ſuperiores ab exceſsibus, & cenſuris niſi talia forent, propter quæ eſſent ad Sædem Apoſtolicam meritò deſtinandi, ac cum eis deſuper diſpenſandi, concedit, & propterea qui ſunt deſtinandi per ſępe reuocetur in dubiũ, vt abſoluentium, & abſoluendorum, diſpenſantium, & diſpenſatorũ pro parte puritati conſcientię conſulamus.

Prælati à ſuis confeſſoribus abſolui poſſunt.

¶ De-

¶ Declaramus hęreticos relapsos, scismaticos, & qui litteras Apostolicas falsificassent, aut ad infideles prohibita detulissent: dumtaxat esse ad sedem prædictam meritò destinandos, reliquis verò omnibus etiam symoniæ qualitercunq; irretitis posse per illos quibus inibi conceditur absolutionis beneficium, & dispensationis, juxta casuum indigentiam impartiri, & vt in dicti ordinis professoribus omnis uagandi tollatur occasio, & ad Apostolicam sedem recurrendi subtrahatur pro posse necessitas omnibus superioribus, & eorum Vicarijs defectum Natalium ex adulterio, sacrilegio, incestu, & quouis alio nephario, & illicito coitu proueniente. nec non cum his, qui ex quauis causa præterquàm homicidij uoluntarij, bigaminæ, & mutilationis membrorum, irregulares forent dispensandi cum dicti ordinis minimorum professoribus, postquàm ipsum ordinem professi fuerint, ut defectu, & irregularitate, irregulares ipsi ad quoscunq;, etiam sacros ordines promoueri, & in illis etiam altaris misterio ministrare, & tàm ipsi irregulares, quàm defectum nataliũ patientes, ad quascunq; administrationes, & officia eligi recipi, & assumi, illaq; gerere, & exercere liberè, & licitè valeant motu scientia, & auctoritate prędictis, concedimus per pręsentes.

Casus in quibus pręlati possunt absoluere, & dispensare cum fratribus suis absquè sędis Apo. licentia.

¶ Indultum uerò predecessoris de decimis non soluendis, ad quæcunq; bona dictorum fratrum, & quascunq; decimas (etiã quas uulgus Papales appellant) & Apostolica sędes pro Christianæ fidei defensione, aut alijs imminentibus per sæpe necessitatibus inducit, & quæcunquè alia onera, motu, & scientia prędictis extendimus.

Decimas soluere nõ tenētur fratres de bonis eorum.

¶ Decernentes fratres ipsos minimos, etiam si per quoscunq; exemptos, etiam mendicantes, solui mandarentur, cum quibusuis derogatorijs, & fortioribus clausulis ad illarum solutionem cessando, censuras, & pœnas aliquas non incurrere: nisi præsentibus nobis per generales aut alias clausulas specialem mentionem importantes non alias, sit derogatum, specificè, eorum de uerbo ad verbum inserto tenore.

¶ Ce-

Non possumus conueniri ab ordinaris in aliqua causa.

¶ Cœterum tum fœlicis recordationis Innocentius Papa quartus prædecessor noster, olim duxerit statuendū, vt exempti quantacunq; gaudeant libertate, nichilominus tamen ratione delicti, seu contractus, aut rei, de qua contra ipsos agitur, ritè possint coram locorum ordinarijs conueniri, & illi quò ad hoc suam in ipsos iurisdictionem, (pro ut ius exigit,) exercere. Nos vobis (vt occasione constitutionis huiusmodi nullum libertatibus, & immunitatibus vobis, & ordini vestro per priuilegia, & indulgentias ab Apostolica sæde concessis, aut in posterum concedendis preiudicium generetur) auctoritatē præsentium indulgemus. Decernentes uos seu personas vestri ordinis in prędictis casibus ordinarijs ipsis minimè subiacere. Decernimus ergo irritum quicquid contra tenorem concessionum, & inhibitionum huiusmodi, per quoscunq; fuerit attemptatum, & interdicti, suspensionis, & excommunicationis sententias, si quis cōtra concessiones, constitutiones, & inhibitiones easdē in uos, vel vestrum aliquos, aut loca vestra, seu benefactores vestros vel executores, aut heredes prædictos in posterum promulgari contigerit, pœnitus non tenere.

limita secū dum conc. Trid. sess. ult. de reg. cap. 14.

Appellare nō possunt fratres.

¶ Et quia Bonifacius viij. prædecessor noster olim ad augumentum continuum religionum, & ordinum quos Romana suscepit, & approbauit ecclesia, paternis studijs intendit, & considerauit attentius, quòd non intermissa sedulitas disciplinę, religiones, & ordines supradictos, statusq; regulares salubriter dirigit, & conseruat, quòdq; si eam perire, vel remitti contigeret, ordo quilibet collabi necessariò cogeretur. ¶ Pensando etiam quod si regularium personarum correctio rimas iuris, & apices sequeretur, huiusmodi rigor lentesceret, ac multiplicata laxatione torperet, nos auctoritate apostolica, vobis indulgemus, vt ad correctiones, & punitiones fratrum vestri ordinis delinquentium infligendas, Generalis, Vigiles, & prouinciales, necnon correctores locales, & eorum vicegerentes, ad quos eadem spectare noscuntur (rimulis, & apicibus ipsis postpositis)

liberè procedere valeant secundam consuetudines approbatas, & generalia facta, & etiam faciendα ipsius ordinis instituta. ¶ Nec volumus eisdem licere fratribus: ab eisdem correctionibus, & punitionibus aliquatenus appella e: prouida in hoc deliberatione, ac maturitate debita, obseruatis.

¶ Quòdq; fratres, & sorores, ac gubernatores præfati, ratione domorum locorum, ac monasteriorum prędictorum, aut quorumcunq; aliorum bonorum, aut possessionum, quæ in præsentiarum habeat, & iustis modis pręstante Domino habebant in futurum, seu alia quauis occasione decimam, vel aliam petitionem, aut annuos redditus, seu censum, vel procurationem aliquam, vel aliam subuentionem legatis, vel nuncijs dictę sedis, aut ordinarijs locorum, vel alijs quibuscunq;, aut pedagia, vel thelonia, & alias exactiones, quibusuis regibus, seu alijs personis ecclesiasticis, seu secularibus, dare, & soluere minimè teneãtur. ¶ Nec ad illud compelli possint, vel super hoc, aut aliàs à quoquam quomodolibet conueniri per litteras sedis prędictæ, aut legatorum, vel delegatorum, seu nunciorum ipsius, aut diœcesanorum locorum, vel rectorum terrarum ecclesię Romanę, aut quorumcunque aliorum, etiam si in eiusdem sedis litteris contineatur expresse quòd ad quauis exempta, vel non exempta, seu monasteria se extendant, & aliqua eis cuiuscunq; tenoris, existat, ipsius sedis indulgentia non obsistat, nisi forsan dictę litteræ apostolicæ de dicto ordine, & præsentibus, de verbo ad verbum, ac etiam monasterijs, locis, & domibus ipsorumq; rectoribus, ac gubernatoribus, & personis prædictis, plenam, & expressam, ac etiã specialiter, & nominaliter fecerint mentionem, fælicis recordationis Innocentij Papę IIII. prędecessoris nostri, & alijs constitutionibus apostolicis, legibus imperialibus, statutis, & consuetudinibus, per quę præmissa possent quomodolibet infrigi, vel impediri, & alijs in contrarium æditis non obstantibus quibuscunq;.

Fratres ad nullas exactiones tenentur.

NOS enim quaslibet excõicationum, suspensionum, & interdicti sententias, & quoscunque processus quasuis pœnas, sententias continentes, quas, & quos contra generalem, fratres, & sorores, domos, monasteria, personas, & alia supradicta contra tenorem, & formam præsentium, & exemptionis huiusmodi promulgari, & haberi contigerit, irritas decernimus penitus, & inanes. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis approbationis, &c. si quis autem hoc attemptare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli, &c. Datũ Romæ apud S Petrum v. Kalen. Augusti 1506. Pontificatus nostri anno tertio.

Cẽsure cõtra priuilegia sũt nullæ.

Venerabilibus fratribus Archiepiscopo Granaten. & Episcopo Malaginẽ, ac dilecto filio uicario in Episcop. Malaginen. In spiritualibus generali, & eorũ cuilibet.

Iulius II cõcedit, & declarat nullas esse translactiones, & concordias factas sine assensu generalis siue capituli generalis, & declarat quæ personę gaudẽt meritis religionis.

IVlius Papa II. venerabiles fratres, & Dilecte fili salutem, & apostolicam benedictionem. Alias venerabilẽ fratrem Episcopum Parisien. conseruatorem ordinis minimorũ deputauimus, eiq; mandauimus, quatenus (quoties opus foret,) dicto ordini, & illius prioris, & fratribus assisteret, & non permitteret, q̃ Decanus, & capitulum ecclesię Sãcti Vlfrani, & eorum officiales, ac rector parochialis ecclesię S. Egidij de abbatis villa Ambianen. diœcef. aut alij quicumq; cuiuscũq; dignitatis forent, tam in dicta diœcef. quàm alibi, in aliquo damnificare, molestare, perturbare, aut inquietare vllatenus auderent, quinimmo corpora defunctorũ quorũcunq;, qui in ecclesia domus de Abbatisuilla, in eorum vita sepeliri elege-

elegerant,seu qui in posterum eligerent, cum re lictis fratribus ipsius domus de Abbatisuilla, fratribus integraliter destituerent, nec ipsi, nec alij, prędictos, & quoscunq; alios fratres dicti ordinis de cætero super sepulturis, & corporibus illorũ, qui in dictæ domus de Abbatisuilla, & alijs eiusdẽ ordinis ecclesijs sepeliri eligerẽt, p tpe impedire præsumerent, sub excõis latæ sñiæ pęna inhiberet, ac S. Vlfrani, & S. Egidij ecclesias: nec nõ alias, ad quas corpora defũctorũ, q in dicta de Abbatisuilla, & alijs cæterarũ domorũ ordinis hmõi ecclesijs restituerẽtur, cõcederet, ac desuper statueret, & ordinaret, prout de iure foret faciẽdũ. ¶ Et deinde pro parte dicti filij, Franc. de Paula dicti ordinis institutoris, nobis exposito, q fratres ordinis minimorũ, potẽtiã decani, & capituli, ac rectoris prędictorũ plurimũ formidabãt. Hos p alias nras in forma. breuis, lras, pfato Parisien, epo, ac Ven. fri archiepo Thuronen. ac dilecto filio Abbati monasterij S. Saturnini Tholosañ, diœcesi, cõmisimus, ac dedimus ĩ mãdatis, quatenus in pmissis eisdẽ fribus assisterẽt, & ad executionẽ pdictorũ, & aliarũ quarũcũq; lrarũ dicto ordini p sedẽ Aplicã, aut alias qũolibet cõcessarũ, & ĩ posterũ cõcedendarũ, ĩ quocũq; loco, & diœcesi opus foret, ac quotiẽs p parte Frãc. & aliorũ frum pdictorũ, ac quorũcũq; superiorum, & correctorũ domorũ, ac locorũ dicti ordinis, requisiti fuissent, pcederet, ac decanũ, & capitulũ, nec nõ rectorẽ pfatos, & alios quoscunq; priuilegiorũ ordinis minimorũ hmõi transgressores, vbicũq; pro tpe degentes, ẽt extra prædictã, & quascunq; diœceses, & prouincias (quotiens opus foret) corã eis euocari facerent, & per censuras ecclesiasticas, & alia iuris remedia cõpellerẽt, & cõpescerẽt, inuocato ẽt ad id (si opus foret) auxilio brachij secularis, & sñias, ac cẽsuras ipsas aggrauarent, & reaggrauarẽt, & alia necessaria, & opportuna facere curarẽt, alias iuxta dictarũ lrarũ continentiã, & tenorẽ in oĩbus, & p oĩa, perinde ac si hæ prędictæ a principio eorũ cuilibet directæ fuissẽt ipsique in illis cõseruatores specialiter deputati fuissẽt, put ĩ singulis lris prędictis plenius cõtinetur.

Idẽ Iulius supra car. 29. & 30.

¶ Cum autem, sicut præfatus Franciscus de Paula, nobis nuper exponi fecit, tunc Prouincialis, & fratres nostræ domus de Abbatisuilla, seu aliqui ex eis cum decano, & capitulo præfatis, super tumulandis corporibus defunctorum huiusmodi, ad certam concordiam, seu transactionem deuenerint; per quam inter alia uoluerunt, q̄ processus, premissorũ occasione, eatenus facti, & qui in posterũ fierent, nullius essent roboris, & momẽti. ¶ Quodq; ex tũc de cętero, corpa eorũ q apud ecclesiã dictæ domus de Abbatisuilla eligerent sepulturam: immò ad dictam ecclesiam S. Vlfrani cum luminaribus deferri, & inibi duabus missis celebratis, & luminaribus, cũ alijs funeralibus, iuribus, & obuentionibus, eisdem decano, & capitulo relictis, ad ecclesiam domus de Abbatisuilla huiusmodi portare deberet, prout in quodã instr̃o publico de super confecto, dicitur plenius contineri. ¶ Et quia concordia, & transactio per p̃uincialẽ, & fratres p̃fatos factę hmôi, cõtra tenoiẽ priuilegiorũ, eidem ordini concessorũ, & licentia, & cõsensu p̃fati Franc. dicti ordinis Gñalis correctoris per sedẽ prædictã deputati, sine cuius licẽtia illæ fieri nõ poterãt, & in maximũ dicti ordinis p̃iudiciũ factæ fuerũt. Idẽ Fran. Gñalis corrector nobis humiliter supplicari fecit, concordiam, & transactionem supradictas ac sententiam cuiuscunq; iudicis secularis super commisis pro decano, & capitulo, & contra fratres dictæ domus de Abbatisuilla latã nullas, nulliusq; roboris, uel momenti fuisse, & esse declarare: aliasq; in præmissis opportunè p̃uidere de benignitate ap̃lica digna remur ¶ Nos igitur hõmi supplicationibus inclinati, uobis, & uestrum cuilibet præsentium tenore mandamus, quatenus concordiam & transactionem, ac predictas, & & qualcunq; alias per quoscunq; iudices seculares, super funeralibus, & quartis, & alijs contra prædictam de Abbatisuilla, & alias dicti ordinis domos, & illarum fratres hactenus latas, & in posterum ferendas sententias nullas fuisse, & esse auctoritate nostra declaretis, & p̃ut de facto processerunt, cassetis, & annulletis, ac eisdem

Petitio super inualiditate concordię.

cassatio mãdãtur fieri.

Fran-

Francisco ; & fratribus assisten. priuilegia dicto ordini concessa obseruari faciatis. ¶Quodq; quascumq; conuentiones per quoscumq; dicti ordinis prouinciales, & Vicarios generales, speciales, ac quoscumquè alios fratres, seu eorum procuratores, vbicumq; & quomodocumq;, & sub quibuscunq; clausulis, & formis factas, cōcordatas, transactas, & expeditas, quę per pręlatum Franciscum, vel successores suos dicti ordinis generales correctores, seu capitulū gñale dicti ordinis acceptatę, cōfirmatę & ratificatę nō fuerint, nullius eē roboris, & momēti declaretis, si & prout de iure fuerit faciendum. ¶Et pro manutenenda, & conseruanda regula dicti ordinis, in qua expresse inhibetur, ne fratres ipsi vltra quinquaginta annos particularia quęcumq; suffragia in dicto ordine acceptent, & suscipiant, vt particularia quorumcunque dicti ordinis fundatorū, & fundatricum, ad quę ipsi obligantur; suffragia huiusmodi sub omnium dicti ordinis suffragiorum, & bonorum gñalitate suscipere, & acceptare, singulisq; priuilegijs, gratijs, & indultis, omnibus quatuor mendicantibus ordinibus, & eorum cuilibet sedem predictam, seu alias quomodolibet, concedendis, & etiam ordini prædicto iam concesso, & confirmato priuilegio, confessiones audien. iuxta illius formam, & tenorem vbi vis, frui, vti, & gaudere valeant. ¶Quòdq; dicti ordinis domorum fundatores, fundatrices, procuratores, & procuratrices, tutores, & tutrices, eorumque vtriusq; sexus liberi: nec non dicti ordinis conseruatores pręsentes, & futuri, omnium, & singularum missarum ieiuniorum, orationum, & sacrificiorum, ac quorum cumq; aliorum bonorum, in toto huiusmodi ordine minimorum de cętero faciendorum, & recitandorum participes fore, & illis communicata sint, & esse debeant. ¶Quodq; fratres dicti ordinis conseruatores minimorum, etiam canonicos cathedralium eccclesiarum, & offitiales, ac vicarios ipsorum sibi eligere, & quòd tales in conseruatores taliter per eos electi, ex nunc per nos deputati censeantur, possintq; contradictores quoscunq;

Pacta & cōuētiōes nullæ sine assēsu Generalis aut capituli.

Personæ participantes merita ordinis.

Authoritas eligēdi cōseruatores supra. car. 28. & infra in bullis Clemen 7.

excómunicare, & censuras iteratis vicibus aggrauare, ac loca quæcunq; ecclesiastico subijcere interdicto, ac oïa alia quę possunt conseruatores, ab alijs fratribus aliorum ordinum mendicantium, iuxta priuilegia eis super hoc concessa, elegi. ¶ Quodq; singula priuilegia, indulgētię gratiæ, & indulta, alicui ex domibus ordinis minimorum hmői hactenus per nos uel sedē pdictam, aut alias qūolibet concessa, ad oēs, & singulas alias domos dicti ordinis minimorum hactenus constructas, & cōstruendas, intelligantur concessa, ac si in specie cuilibet eorūdē cócessa fuissent, & illa ad quālibet domorū extensa, & de nouo cócessa sint, & esse cēseantur, dicta auctoritate statuatis, & ordineris. ¶ Non obstantibus præmissis, ac pię memorię Bonifatij Papa 8. prædecessoris nostri, de una, & duabus dietis in concilio Generali ęditis, & alijs cōstitutionibus, & ordinatiőibus Apostolicis, cæterisq; ɔtrarijs, ét si aliquibus cōiter, vel diuisim, ab eadē sede indultū fuerit, qꝰ interdici, suspendi, vel excōicari non possint, per litteras Apostolicas, non facientes, plenam, & expressam, ac de uerbo ad uerbum de indulto hmői mentionē. Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatorijs. Die 29. Martij 1507. Pontificatus nostri anno quarto.

Potestas cō seruatorū.

Concessa vni domui omnibus intelliguntur concessa.

Idem concedit Clemen 7. infra.

Dilecto filio Fratri Franc. Binet ordinis minimorū Correctori Generali.

IVlius Papa ij. Dilecte fili salutē, & Apostolicam benedictionem. Sacer ordo per quondam Franciscum de Paula, exemplaris vitæ religiosum institutus, & per nos approbatus, & per quem ecclesiam Dei multiplicibus splendoribus illustrari speramus, à nobis, & sede Apostolica promeretur, vt illius quieti, & corroborationi, vigili cura intendamus. Cùm itaq; superiori anno prædictus Franciscus, qui dicti ordinis corrector per sedem prędictam deputatus fuerat, ad meliorem uitam à domino conuocatus, in Gallia fuisset uita functus. Nos cupiētes dicti ordini opportunè prouideri, generale cap. fratrum dicti ordinis in alma vr-

Iulius ij. cō cessit multas gratias patri Binet, & successoribus suis.

be ao-

be nostra, in domo San. Trinit. dicti ordinis celebrari, inibiq; correctorem generalem eligi iussimus, atq; mandauimus, ac pro eiusdem ordinis directione, illi dilectum filium nostrum Marcum tituli Sanctę Mariæ transtiberim presbyterum Cardinalem Senogallien. nostro, & dictæ sedis nomine præsidere voluimus. Cùm autem in capitulo huiusmodi (spiritus sancti gratia cooperante) via scrutinij in Gñalem correctoré electus, ac ibidé publicà electione, in qua cõsenserũt capitantes fratres diuersorũ regionum in huiusmodi electione uoces habentes, ipsorumq; nominibus alta & intelligibili uoce perlectis, & alijs ad hmõi electioné necessarijs inibi iuridicè peracti, à prædicto Marcho Car. auth nostra, licet plurimũ renitens, confirmatus, & ad officium huiusmodi suscipiendũ in uirtute Spiritus Sancti, & ad Sanctæ obedientiæ meritum astrictus, et coram nobis, ac prædicto Marcho, ac dilecto ét filio nostro Roberto tituli S. Anastasiæ, officiũ generalatus hmõi spontè, & liberè resignasti, quã renuntiationé tuam admittere recusauimus, tibiq; ut officium, huiusmodi, & triennium pro quò electus fueras, diligenter exerceres, mandauimus in Generalem confirmatus fuisti. ¶ Et sicut nobis nuper exponi fecisti, dubitas pp eiusdé ordinis, regulá nouissimè p nos approbatã, & cõfirmatam, & alia in hmõi, tui gñalatus officio nouo, ac vniuersali visitatione, quam per vniuersum ordiné hmõi perficere (cum Dei gratia) speras, tàm à tuis, q̃ alijs plurimis aliorum ordinum religiosis, plura, variaq; impedimẽta tibi afferri, propter quæ negotijs dicti ordinis tui oppurtunè prouidere posse nõ confidis, nisi authoritas nr̃a tibi suffragetur. ¶ Nos itaq; tuis in hac parte supplicatiõnibus ĩclinati, q᷑ super oẽs, & singulos ordinis minimorũ huiusmodi pro tempore vbilibet existentes fratres, cuiuscunq; etiam status, conditionis, & gradus existãt, author. nostra plenariam, & omnimodam potestatem, facultatem, & iurisdictionem quibuscunquè Generalibus Correctoribus tui ordinis per priuilegia Apostolica concessam, & nuper per nos, in eorundem Marci, & Roberti,

Electio patris Binet.

Cardinalium præsentia, tibi uiuæ uocis oraculo de nouo attributam, & etiam concessam, etiam in vtroq; foro liberè exercere: ipsiq; dicti ordinis minimorum fratres tam prælati, quàm alij inferiores vbilibet existentes, quacunq; etiam Apostolica auctoritate muniti, tibi tanquã verò, legitimo, & immediato plato, & Generali correctori dicti ordinis minimorum per nos, ut præfertur, confirmato, & substitutis seu deputatis per tuas patentes litteras, tuisq; mandatis, & regulæ prędicti ordinis tui non contrarijs, humiliter, & cum effectu parere, ac obedire, ac prędictam regulam per nos approbatam, & confirmatam, cum omnibus circam illam per nos declaratis, author. nostra à te reuerenter suscipere teneantur.

¶ Et cùm vita ordinis minimorum huiusmodi, Sit cœteris aliorum religiosorum arctior, & strictor, sub excommunicationi latæ sententiæ pœna mandamus, quòd tam redipientes, quàm recepti, & concedentes, ipso facto incurrere bebeant.

Transeuntes ad aliũ ordinem sine licentia, generalis etiam retinentes excommunicantur.

¶ Quòd fratres ipsi, ad nullum alium quantumlibet etiã priuilegiatum ordinem pretextu quorumcunque priuilegiorum, cuicunq; alteri ordini, etiam sub quacunq; uerborum forma quolibet concessorum, absq; nostra, & tua, aut generalis correctoris pro tempore existentis licentia speciali transire posint. ¶ Nec eiusdem ordinis minimorum domos, vel bona quæcunq; ad ecclesias prædicti tui ordinis quomodolibet pertinentia, alijs quibuscunq; personis sęcularibus, regularibus, ecclesiasticis, de ordine minimorum huiusmodi, non existentibus, concedere audeant, vel pręsumant.. ¶ Et ꝙ fratres contrafacientes, author. nostra pędicta (quoties opus fuerit) excommunicare, nec nõ iteratis uicibus aggrauare, necnõ per alias censuras, ęcclesiasticas, & alia iuris remedia cõpescere, & ad ordinem minimorum reducere, reuocare & recuperare seu reduci, & reuocari facere, & cum eisdem fratribus ordinis minimorum huiusmodi eadem auctor. dispensare ipsosq;, & ipsorum quemlibet, punire, ac corrigere, absoluere, & absolutionem huiusmodi

Idem concedit infra Leo.x.

Sine licentia Generalis bona ordinis extraneis nullus potest concedere.

etiam,

etiam alijs demendare. ¶ Et si in huiusmodi, visitatione tua, uel alias, in aliquibus domibus, & locis dicti ordinis minimorum tam pro ecclesiarum fabricis, quàm alijs fratrum necessitatibus, missarum multitudinem copiosam inuenires, & cognosceres quod illæ per fratres domorum, & locorum huiusmodi in ecclesijs illorum, iuxta obligationem per eosdem fratres factam, aut relinquentium ordinationē celebrari non possint, prout in Parisiensib. & Ianué. domibus per illarum fratres esse cognouisti, ut eum fratribus domorum, & locorum huiusmodi, núc & pro tempore ibidem degentibus, & eorum quomodolibet dispensare possis, & quod dispensatio super his per te facienda, à nobis facta censeatur; eisdemq; fratribus, vt nouem collectas per eos, seu eorum quomodolibet in unaquaq; missa recitare pro nouem missis, ac septem collectas, pro septem missis, sicq; de alijs descendendo, seu citra dictum numerum, cum omnium, & singularum domorum, & locorum huiusmodi, fratrum, ac etiam totius ordinis minimorum huiusmodi suffragiorum, orationū, sacrificiorum, ieiuniorum, vigiliarum, disciplinarum, & aliorum quorumcunq; bonorum Generalitate singulis eiusdem ordinis benefactoribus, & benefactricibus, qui missas ipsas in ecclesijs domorum, & locorum hmōi, recitandas dederint, adeò plenè, & integrè ualeant, & sufficiant, ac si missę huiusmodi, pro eis, & eorum qualibet iuxtà (piam eorum deuotionem, & intensionem) particulariter recitarentur, & particulariter recitatæ forent, licentiam concedimus. ¶ Nec non omnes, & singulas, ordini minimorum hmōi, & eius personis per nos, & prędecessores nostros, seu sedem prędictam, & eius legatas tàm S. Franc. de Paula, quàm alijs quibuscunq; eiusdem ordinis minimorum domibus tam generaliter quàm particulariter sub quacunq; uerborum forma, etiam stationum vrbis, & aliarum ecclesiarum eiusdem, indulgentias quascunq;, iuxta priuilegiorum eiusdem ordinis minimorū formā & tenorem, & hactenus quolibet concessas in uiridi obseruantia existentes, de nouo de speciali gratia cō-

cedimus,

Collectæ valent pro missis in regularibus.

Leo. x. extēdit ad omnem futurū Generalē.

Indulgétię stationum ecclesiarū urbis, & aliarum ecclesiarum de nouo conceduntur.

Personę specificantur supra c.27.& 28

cessas, non obstantibus præmisſis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon quibusvis reuocationibus per nos uel alias, et sub quantūq; verborum serie factis, & in posterum faciendis, ac statutis, & constitutionibus dictorum ordinum iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, cœterisq; contrarijs quibuscunq;, volumus insuper φ transsumptis supra pręsentibus pro tempore factis, & sigillo alicuius prælati ecclesiastici munitis, & manu alicuius notarij publici subscriptis, & signatis, tam in iudicio, & extra illis fides adhibeatur, quanta adhiberetur, si ipsę originales litterę forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris. Die 37. Martij. 1508. Pontific. nostri anno quinto.

SEQVENTIA PRIVILEGIA IVLII II.

Intelliguntur communicata.

Dilectis filijs Abbati Generali, & uisitatoribus congregationis monachorum B. Mariæ de Monte Oliueto ord. S. Benedicti.

Iulius II. cōcedit quō possunt vēdi, & alienari bona monasteriorū.

IVlius Episcopus, seruus seruorū Dei, salutē, & Apostolicā bñdictionē. ex iniūcto nobis desuper Apostolicę seruitutis officio, ad ea libenter pretendimus: per quæ monasteriorum, & aliorum religiosorum locorum, quorumlibet vtilitas valeat procurari: ¶ Dudum siquidem à fęlicis recordationis Paulo Papa II. prædecessore nostro emanaru it literę tenoris subsequentis. ¶ Paulus Eps, seruus seruorum Dei. Ad perpetuā rei memoriam.

Tenor litterarū Pauli II.

Cum

Cũ in ōibus iudicijs sit rectitudo iustitiæ, & cōsciētiæ puritas obseruāda, id multò magis ĩ cōmissionib⁹ alienationũ rerũ ecclesiasticarũ cōuenit obseruari, in quibus de Xpi patrimonio, & dispēsatione pauperũ, nō de proprio cuiusq; peculio agitur, aut tractat. ¶ Quapropter oportet vt ĩ examinādis huiusmōi alienationũ causis, q̃ à sede apostolica, in forma, si ad euidentē vtilitatē cedūt, oneratis ecclesiasticorũ iudicũ cōsciētijs delegantur, nil fauor usurpet, nil timor extorqueat, nulla expectatio premij iustitiam, conscientiamq; subuertat. ¶ Monemus igitur, & sub interminatione diuini iuditij, omnibus commissarijs, & delegatis huiusmodi districtè præcipimus, vt cautè & diligenter attendant causas in litteris Apostolicis per supplicantes expressas, illasq; sollicitè examinent, atque discutiant: testes, & approbationes super narratorũ veritate recipiant, & solũ Deũ p̃ oculis habentes omni timore, aut fauore deposito, ecclesiarum indemnitatibus consulant. ¶ Necnon in lęsionē, aut detrimentũ eorũ, decretum quodlibet interponant: siquis aũt, cōmissarius aut delegatus, conscientiæ suæ prodigus in grauamen, aut detrimentum ecclesiæ per gratiam, timorem, vel sordes alienationi consenserit, aut decretum, vel authoritatē interposuerit, inferior quidem episcopo, sententiam excommunicationis incurrant. Episcopus verò, aut superior ab executione officij per annum se nouerit suspensum, ad extimationem detrimenti illati, nihilominus condemnandus, sciturus q̃ suspensione durante, si damnabiliter se ingesserint in diuinis, irregularitatis laqueo se inuoluet, à qua non nisi per summum Pontificem poterit liberari. ¶ Si verò qui dolo, vel fraude, aut scienter in detrimentum ecclesiarum alienationem fieri procurauerit, aut per sordes, vel impressionem alienationis decretum extorserint, similem sententiam excommunicationis incurrat, à qua non nisi per Romanum Pontificem absolui possit. ¶ Ad restitutionem nihilominus rerum alienatarum cum fructibus, quandocumque de præmissis constiterit condemnandus: volumus, autem quòd

com-

commissarij, & delegati prędicti de pœnis constitutionis nostrę specificè moneatur, & in quibuscunq; litteris commissionum huiusmodi, hoc statutum nostrum inseratur. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginā nostrę monitionis, pręcepti, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatum Petri, & Pauli Apostolorū eius se nouerit incursum. Datum Romæ apud S. Petrum. Anno incarnationis 1465. Kal. Maij Pontificatus nostri anno primo.

Petitio capituli generalis pro alienandis bonis minus utilibus.

¶ Et deinde nobis nuper pro parte dilectorum filiorum capituli generalis congregationis monachorum Beatę Mariæ de monte Oliueto ordinis S. Benedicti, petitio continebat, Quòd sępe contingit quod Monasterijs prioratibus, & alijs religiosis locis dictæ congregationis, necnon membris ab illis dependentibus, expediret aliqua ex eorum immobilibus bonis, quę eis parum vtilia, seu minus commoda existunt vendere, & pretium inde proueniens in alia immobilia bona vtiliora, & comodiora conuertere, seu pro alijs possessionibus, aut immobilibus bonis vtilioribus, & comodioribus commutare, aut in pheudum, vel emphyteosim, siue liuellum, & affictum perpetuum, uel ad tempus, sub canone condecenti, locare, & concedere, exquo profectò monasteriorum, etiam prioratuum, ac locorum, nec non membrorum prędictorum conditio cum eorum euidenti vtilitate melior efficeretur. ¶ Quare pro parte eorumdem capituli nobis fuit humiliter supplicatum, & vobis singulis Abbatibus, & alijs prælatis, & prioribus, ac conuentibus, monasteriorum locorum, prioratuū, ut membrorum prędictorum pro tempore existentibus quęcunque possessiones, & alia bona immobilia minus vtilia, minusq; comoda huiusmodi, vendendi, alienandi, & permutandi, aut in fœudum, seu emphyteosim, vel liuellum, & aflictum perpetuum, vel ad tempus locandi, & concedendi (quotiens expedierit) licentiam largiamini, committere, & mandare, aliasq; in pręmissis oportune proui-

dere

dere de benignitate apostolica dignaremur.

¶ Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati, discretioni vestrę per apostolica scripta mandamus, quatenus vos, vel maior pars, ad minus duo vestrum, bonis, (de quorum venditione, permutatione, locatione, in fœudum, seu emphyteosim, vel liuellum pro tempore agitur huiusmodi) prius coram vobis specificatis de omnibus, & singulis, quæ super obtinenda licentia huiusmodi, per eosdem Abbates, prelatos, priores, & conuentus vobis exponi contingerit, & eorum circunstantijs vniuersis auctoritate nostra vos coniuncti, seruata forma litterarum Pauli prædecessoris huiusmodi, procedendo, diligenter informetis. Et si per informationem eandem, ea vobis, sic tempore exposita vera esse, ac venditiones, alienationes, permutationes, locationes, & concessiones prædictas, si fiant in euidentem monasteriorum, prioratuum, membrorum, & locorum prædictorum, quorum illa fuerint, vtilitatem cedere repereritis, eisdem Abbatibus, prælatis, prioribus, & conuentibus id petentibus, (quoties expediens fuerit) possessiones, & bona quęcumque huiusmodi pro pretijs competentibus, vendendi, & alienandi, seu illa pro alijs possessionibus, & bonis immobilibus, vtilioribus, & commodioribus permutandi, aut quibusuis personis, etiam secularibus, in eandem emphyteosim, uel liuellum, & afflictum perpetuum, uel ad tempus pro condecenti annuo canone, seu consensu locandi, & concedendi dicta auctoritate licentiam largiamini, concedimus. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis ac statutis, & consuetudinibus monasteriorum, prioratuum, locorum, membrorũ congregationis, & ordinis prędictorum instrumento cõfirmatione Apostolica, uel quauis firmitate alia roboratis. Quodq; uos, de personis in dignitate ecclesiastica constitutis: quibus litteræ Apostolicę dirigi consueuerunt, non sitis, cœterisq; contrarijs quibuscunque.

¶ Prouiso, quòd si posessiones, & bona huiusmodi vendi contingerit, vt præfertur prętium, seu prætia ex illis

Concessio iuridica.

Prelati maiores habita informatione possunt dare licentiam.

Supra.

Vide hic conc. Trid. sess. 25. de refor. c. 11.

Prętiũ mandatur ...

illis prouenientes, seu prouenientias pœnes eadem sacrum, etiam dictæ congregationis, aut fidei, & facultatibus idoneam personam; cum obligationibus, & recognitionibus, ac cautelis in talibus apponi solitis, reponantur, aut in emptionem aliorum immobilium bonorum eisdem monasterijs, prioratibus, locis, & membris, quorum erant bona uendita huiusmodi, cōmodiorum, & magis vtiliū, & non in aliam causam omnino conuertantur. Datum Romæ apud S. Petrum anno incarnationis Dominicæ 1507. pridie nonas Iulij Pontificatus nostri anno 4.

Iulius ij. ex communicat impedientes ingredi volētes religionem monachorum.

¶ Iulius II. in quodam priuilegio concesso monacis ordinis S. Benedicti congregationis Beatæ Mariæ montis Oliueti quòd incipit. Et si ad vniuersos anno Domini 1507. pridie nonas Iulij. Pont. sui anno 4. inter alia concessit, & prohibuit, ne aliqui, cuiuspiam status, gradus, vel conditionis existant, personas, quæ de iure cōi religionē ingredi non prohibentur, ex seculo fugientes, & ad conuersationem hmōi congregationis venire cupientes, verberibus, aut violentijs quibuscunq; impedire, vel prohibere, aut à monasterijs, & locis congregationis monachorum S. Benedicti iniuriam aliquam ingredi volentibus, aut recipientibus interrogando, seu eos molestando, hmōi personas euellere, aut extrahere audeant, vel præsumant. Contrarium verò facientes, ipso facto sententiam excommunicationis incurrant, dumtamen cum hoc præsens statutum fuerit eis ad notitiam deductum, non destiterint à predictis. A qua non possint, præterquam in mortis articulo, nisi per sedem Apostolicam beneficium absolutionis obtinere.

Dilecto filio fratri Egidio ordinis Heremi. S. Augustini Priori generali.

Iulij ij. multa cōcedit generali S. Augustini

IVlius PP. II. Dilecte fili salutem, & Apostolicam benedictionē. Et ut ad benè merēdum cum de vniuersa religione tum

tum præcipuè de Augustiniana, cui tu præes propensi magnopere sumus: libellus tamen quem de ecclesię incremento edidisti, fecit nos ad res vel tuas, vel tui ordinis longè propensio es. Cum igitur superiori anno per nostras literas, quedam religioni tuæ concesserimus, inter quæ id erat, vt loca oblata, tu fratresque tui tàm qui sunt quam qui erunt capere pro religione possitis. ¶ Nunc per has nostras, eaque concessimus, clarius declaranda duximus. Eademque locorum suscipiendorum facultatem ad alia quecumque loca, domos, ecclesias (etiam parochiales) ac cuiuscunque sint ordinis, aut conditionis, suscipiendas extendimus. Damusque proprio tam motu, quàm scientia, atque de plenitudine potestatis, vt hoc omnia capere possitis facta vobis potestate, tam per litteras quas supra memorauimus, quàm per harum concessionem, declarationemque litterarum. Licere igitur vobis perpetuò decernimus, hęc omnia posse capere, absque alia sedis Apostolicæ concessione. Non obstante piæ memo. Bonifacij viij. Constitutione prohibente noua loca ædificari. ¶ Confirmauimus etiam priuilegia religionis vestræ per easdem literas, Quòd plane tam de ijs omnibus intelligimus quę vestrum Mare Magnum continet, quàm de alijs omnibus apostolicis concessionibus, quarum apud vos, aut Apostolicæ litteræ, aut authentica exempla seruantur, Confirmamus, & priuilegiorum communionem quam fę. re. Sixtus prędecessor noster fecit, inter vos, mendicantesq; alios: decernimusque, ac uolumus quicquid vsque in hunc diem ordini minorum, aut prędicatorum, aut Carmelitarum, aut seruorum concessum ab Apostolica sede est, & quiquid in futurum concedetur vobis concessum esse, fratresque tuos eisdem concesionibus perpetuò vti posse, perinde ac si vobis nominatim concessa essent. Dedimus propterea tibi potestatem sacrandi, benedicendique Corporalia, vestes, & eas quę sacris vsibus necessaria sunt. Quo quidem munere tam

te, quàm

quæ per communionem põt nẽ generalis.

Hodie requiritur licentia ordinarij. Con. Trid. sess. vlt. de regu. c. 3.

Communicãtur priuilegia aliorũ ordinũ.

Corporalia, & alias vestes benedicere.

te, quàm qui pro tempore erunt, aut generalis, aut Vicarius fungi posse decernimus. ¶ Vt uero exeuntium ab ordine tuo motibus occuramus, confirmamus in primis fe.re. Martini prædecessoris nostri decretum, ut nemo è tuo ordine, ad aliquem aliorum ordinum (occasione arctioris regulæ) transire possit: volumusq; ut quisquis in qua religione professus siue ad sacros ordines promotus in ea fuerit (quam rem professionis loco & esse & haberi statuimus) habitum dicti ordinis relinquere, aut mutare non possit nisi missionem, litterasq; à Generali ordinis obtinuerint quod tam de ijs qui hactenus exierint intelligi volumus, quàm de his qui in posterum exituri sunt, etiam si Apostolicas litteras obtinuerint. ¶ Ne verò proteruis relinquatur litigandi, repugnandique locus, si quis eorum exeuntium causam in Romana Curia super ea re committi hactenus obtinuerit, aut in posterum obtinebit, vbi ad inhibendum, aut alia huiusmodi agendum itum fuerit, motu, scientia, & potestate prædictis lites huiusmodi ad nos aduocamus, atq; omnino extinguimus. Statuentes æquè valere hoc decretum nostrum, ac si iudicum nomina, atq; alia nomina quæ supra commemorata sunt hic satis expressa, etiam si Sacri Palatij Apostolici Auditores existerent. Volumusq; vt quicquid super hac re fiat, aut factum sit, etiam si causam, aut nos, aut Apostolica commiserit sedes, pro infecto omnino haberi, irritum præterea esse inane, quicquid super his Apostolica, siue alia quauis auctoritate secus contigerit, aut agi, aut attentari, fratres verò qui ita exierint, quocunq; induti habitu sint, mandamus ut capi cures, ad religionemq; vestram redire quacunq; ratione compellas. Deniq, fidem adhiberi mandamus, nó modo nostris his litteris, verum etiam & earum exemplis, modo prælati aut notarij alicuius signo obsignata fuerint. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die 17. Iunij 1508. Pontifi. nostri anno V.

[Margin: ... Sine licentia Generalis nullus potest exire. ... capere apostatas.]

Sigismundus.

Venerabilibus fratribus Salamantino. Paſcen. & Corduben. Epiſcopis , & eorum cuilibet.

IVlius II. Venerabiles fratres ſalu té apo..ol... b ne. Alias ad ſupplica ionem . riſ.imi inChriſto filij nri Fe dinandi Regis, & infra. ¶ Quòdq; in prędicta priuilegiorum, gratiarum, & induitorum præfatorum comunicatione tã vniuerſaliter per prędeceſſores noſtros toti ordini minorum, quàm ét per nos particulariter prędictorũ regnorum fratribus facta, eaque quo ad abſolutionem, diſpensationem', vel alias ad priorem generalem, ſeu Magiſtrum ordinis prędicatorum, ſpettari ad miniſtium, vel vicarium generalem fratrum minorum pertineant, & ea quæ ad priores conuentuales, ideſt pręlatos ſingularum domorum ordinis prędicatorum, & eorum Vicarios ſimiliter ſpectant, ad guardianos, & eorum Vicarios ordinis minorũ, et ea quæ ad priores ſeu Vicarios vel ſubpriores prouinciales, ideſt prælatos, qui medij ſunt, quocunq; nomine cenſeantur, & vocentur, inter dictum generalem ſeu magiſtrum ordinis, & priores conuentuales, eorumq; Vicarios ſimili modo ſpectãt ad miniſtros, & vicarios prouintiales, ac cuſtodes; qui ét medij ſunt inter miniſtrum, & Vicarium generalem, & guardianos eorumq; Vicarios, ſimiliter pertineant, & ſicut de poteſtate pręlatorum, ſcilicet de prælatis ad prę latos dictum eſt, ita de congregationibus vnius ad congregationes alterius ordinis, & de fratribus priuatis, ideſt ſine prælatura, ad fratres priuatos, & de feſtiuitatibus, ad feſtiuitates, in his caſibus, in quibus congregationibus, vel fratribus priuatis, aut feſtiuitatibus vnius ordinis aliquid conceditur, congregationibus fratribus priuatis, ac feſtiuitatibus alterius ordinis, nunc, & pro tpe reſpectiuè cõceſſa intelligãtur. Ita qui ea quæ in honoré Sanctorũ Dñici, Petri martiris, Thomæ de Aquino, Chaterinæ

Iulius II. daclarat cõmunicationem priuilegiorũ fratrum prędicatorũ factam fratribus minoribus qũo intelligendã & ſic à ſimili poſſũmus nos fratres minimi illis vti.

de Senis, fratribus, vel locis prædicatorum sunt concessa, omnia illa fratribus minoribus prefatis, eorumq; locis, in festiuitatibus Sanctorum Francisci, Antonij, Ludouici, Bernardini, Bonauenturæ, quinq; martyrum dicti ordinis, qui apud Marrochium, martyrij coronam adepti sunt, & Sanctæ Claræ, & in alijs festiuitatibus dicti ordinis minorum, licet sint in maiori numero, quàm festa ipsorum fratrum prædicatorum sint, & intelligantur cōcessa, ad tollendum quamcunq; hesitationem, & indè fortè ortum scrupulum auctoritate, & tenore præfatis declaramus. Datum Romę apud Sanctum Petrum sub annulo piscatoris die prima Iunij 1509. Pontifici nostri anno sexto.

Dilecto filio Thomæ de Vio Caietano Generali Magistro ordinis prædicatorum.

Iulius II. concedit quòd magister ordinis potest cōstitutiones, & priuilegia declarare.

IVlius Papa secundus. Dilecte fili, salute, & Apostolicam benedictionem. Considerantes quòd multa tibi in tanta cura accidere possunt, quę sanctæ sedis auxilium, & benignitatem requirunt, illis duximus de Apostolicæ sedis plenitudine succurrendum. Itaq; volumus, & tibi concedimus, quod si in constitutionibus ordinis prædicatorum, aut circa priuilegia, indulta, gratiasq;, & exemptiones, ab ipsa Sancta sede illi concessa, & concedenda, concessasue, aut concedendas, quæ etiam, & quas harum tenore, & eiusdem sedis authoritate confirmamus, aliqua ambiguitas emerserit. Tu illam (quo ad serenitatem illarum conscientiarum, quę tibi subiectę sunt duntaxat) possis authoritate Apostolica declarare. ¶ Insuper vt ipsis ordinis pręsidentes vultum pecoris sui agnoscere queant. Nolumus personas ordinis eiusdem confessionalibus, vel indulgentiæ litteris, etiam per Sanctam sedem emissis, vel emittendis

Cōfesionalibus nō possūt gaudere fra-

dis(nisi consensu tuo accedente et eo durante) gaudere posset. ¶ Et insuper ꝙ mulieres prædicti ordinis, quæ sorores de pœnitentia nuncupantur, & collegialiter viuunt (si tibi placuerit, & illæ hoc cupiant) ex benignitate Apostolica tua vota religionis in manus tuas, aut illorum, quos ad hoc duxeris deputandos emittere licitè valeant. ¶ Binos præterea fratres tibi de more sotios, quorũ vnus prouincialis terræ Sanctæ, alter scriba esse solet, & laboribus pro tanta religione susceptis impediti, studiorumq; exercitijs commodè interesse non possunt, (si alias scientia sunt idonæi, & eos gradus, ac honores non habeant) ad Bacchalariatus, & magisterij theologiæ gradus, & honores valeas promouere. ¶ Hęc tibi prædictę sedis auctoritate sic concedimus, vt etiam eadem simili authoritatę tuis successoribus indulgemus Non obstantibus pręmissis, constitutionibus, & ordinationibus, ac statutis, & consuetudinibus dicti ordinis, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegijs quoque, & indultis, ac litteris Apostolicis, etiam in forma breuis, illi ordini, aut personis eius, sub quibusuis verborũ formis, & clausulis, etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque fortioribus, & insolitis concessis aut, concedendis. Quibus illorum omnium tenores pro sufficienter expressis habentes (illis alias in suo robore permansuris) hac vice dumtaxat derogamus. Cęterisque in contrarium facientibus quibuscunque.

tres sine cõsensu generalis.

Sorores tertij ordinis vouere tria vota possunt.

Per regulã hoc nobis prohibetur.

¶ Datum Romæ Apud Sanctum Petrum sub annulo piscatoris, die 14. Decembris 1509. Pontificatus nostri Anno septimo.

Dilecto filio Thomę de Vio Caietano generali Magistro ordinis prędicatorum.

Iuli⁹ II. circa absolutioné fratrum, & sororum tertij ordinis aliqua declarat, & concedit.

In hac parte esto cautus qa ista concessio videtur expirare per morté concedétis, qa isti casus quolibet anno reseruantur cum derogationibus priuilegiorú ordinum.

IVlius II. Dilecte fili, salutem, & Apostolicam benedictionem. Exponi nobis fecisti, ꝙ licet fel. rc. Sixtus Papa iiij. prędecessor noster (secundum carnem Patruus) extendédo declarauerit, in quibus casibus ad sedem Apostolicam recutrédum esset, pro absolutione, & dispensatione censurarum, & irregularitatum à personis ordinis prędicatorum nihilominus, propter clausulas derogatorias positas in bulla, quę singulis annis in cœna Domini publicatur, dubitas facultaté illã ordini prędicto adeptam. Super concessione quoq; quam nuper fecimus sororibus de pęnitentia beati Dominici nuncupatis, collegialiter viuétibus, ꝙ possint tria vota religionis emittere, nonnulla declarari desideras. Et proinde supplicasti humiliter, vt in præmissis, opportunè prouidere de benignitate apostolica dignaremur.

¶Nos igitur qui religiosorum quieti, quãtum cum Deo possumus libenter consulimus, volentes occasiones tollere vagandi, attendentesq; quod multa in prædicta declaratione concessa sunt, quæ in bulla prædicta continentur, eiusdem sanctæ sedis authoritate decernimus, quòd illi quibus in prędicta declaratione concessa est potestas absoluendi, & dispensandi, licitè possint, perpetuis temporibus absoluere, & dispensare ab omnibus, & singulis, ac si prædicta Bulla in Cęna Domini non esset facta. nec fieret. Præterquàm à conspiratione in Romanum Pontificem, & ab illis propter quę, prędictus prædecessor noster declarando voluit ad eandem Sanctam sedem etiam recurrendum.

Sorores tertij ordi

¶Sorores quoque de pœnitentia Beati Dominici nuncupatę collegialiter viuentes, & uolentes vouere tria religionis

religionis vota iuxtà noſtram conceſsionem , eadem authoritate volumus , vt profiteantur obedientiam tibi,& pro tempore exiſtenti magiſtro Generali , vel alteri vices gẽneralis magiſtri gerenti vſque ad mortẽ , ſecundum regulam Beati Auguſtini , & propter hoc tamen , non teneantur ad clauſuram nec ad officium diuinum , magis quàm ex ſua regula tertij habitus tenentur.¶ Et quod exemptę tamquam dictę religionis membra , gaudeant omnibus priuilegijs , actiuè , & paſſiuè, quibus fratris ordinis ſupradicti gaudent, modo priuilegia illa ſexui non repugnent.¶ Non obſtantibus quibuscunque Apoſtolicis conſtitutionibus , ordinationibus, ſuſpenſionibus , reuocationibus , & reſtitutionibus , ac etiam conſtitutionibus , & ordinationibus,nec non priuilegijs, & conſuetudinibus dicti ordinis , vel dictarum ſororum , iuramento , confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis . Nec non curiæ uicegerentis Auinionen̄. & quibusuis ordinarijs prȩlatis , ac perſonis,conceſsis,& concedendis,litteris,priuilegijs,& facultatibus cum quibus,clauſulis etiam derogatoriarum derogatorijs,fortioribus , & inſolitis . Quibus omnibus etiam ſi de eis , & ſupradictis omnibus , eorumque totis tenoribus , & datis , non per huiuſmodi generales clauſulas etiam ſpetialem mentionem importantes , ſed ſpecifica , & indiuidua , ac de verbo ad verbum , ſeu quæuis alia mentio habenda eſſet , præſentibus pro expreſſis habentes , (illis alias in ſuo robore permanſuris quo ad prȩmiſſa) ſpecificè, & nominatí derogamus , nemini in prȩiuditium prȩmiſſorum ſuffragari poſſe,aut debere , ac irritum , & inane quicquid ſecus contigerit attentari,decernimus . Cæteriſque contrarijs quibuſcunque .

Moniales vouentes tria vota non propterea tenentur ad clauſuram vel diuinũ officium.

Gaudent priuilegijs ordinis.

¶ Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo piscatoris die 27.Februarij.1510..Ponti.noſtri anno vij.

Dilecto filio Thomæ de Vio Caietano Magistro generali ordinis prædicatorum.

IVlius Papa II. Dilecte fili salutem, & Apostolicam benedictionem. Exposuisti nobis, quod in ordine predicatorum tuæ curæ cōmisso, quāque pars turbatur, & regularis vita impeditur, ob appellationes ab absolutione ab officijs, vel exemptione a iurisdictione priorum prouincialium. Quodque prouidere dignaremur de benignitate Apostolica humiliter supplicasti. ¶Nos attendentes quod non solum a religionis iugo, cōi ratione, sed dicti ordinis perpetuis statutis appellationes dissonant, tuis in hac parte supplicationibus inclinati, authoritate apostolica tenore præsentium statuimus, vt si quis frater dicti ordinis, aut soror sub cura, & habitu eiusdem ob absolutionem ab officio prioratus prouincialis, vel conuentualis, seu monasterijs, à quocunque superiore dicti ordinis habente potestatem absolutionem hmōi faciendi, factam vel faciendam appellauerit, ét prætextu grauaminis, aut appellationi hmōi quocunq; nomine interpositæ inhæserit, sit ipso facto, absq; alia declaratione absolutus, aut absoluta ab hmōi officio, pro quo appellatum est. ¶Et pro augmento vitæ regularis, volumus, & declaramus Quòd magister generalis pro tempore, possit in fauorem regularis vitæ, eximere non solum conuentus fratrum à cura, & iurisdictione, priorum prouintialium, sed etiam monasteria sororum sub cura, & habitu, eiusdem ordinis, & collegia, ac personas quascunque tertij habitus, quamuis secundum constitutiones dicti ordinis tam fratrum, quàm sororum, & statuta, ac priuilegia Apostolica, fundationesque monasteriorum nonnullorum spetialiter cautum sit, vt Prouincialibus subsint. ¶ Statuimus Nihilominus, & decernimus omnes appellationes ab exemptionibus huiusmodi interponendas, nullius esse roboris in con-

Iulius II. prohibet quod nullus possit appellare a correctione prælatorum.

Corrector generalis pōt eximere conuentum fratrū & monialium à cura prouincialium.

in contrarium facien. Constitutionibus, & ordinationibus apostolicis dicti ordinis, iuramento, uel quauis alia firmitate roboratis consuetudinibus, priuilegijs in spetie, vel in genere, quibusuis, quauis authoritate concessis, & in posterum concedendis, cum clausulis derogatorijs, & derogatoriarum derogatorijs fortioribus, & insolitis, etiam si de eis, eorumq; tenoribus specialis indiuidua, & expressa de verbo ad verbum, & non per clausulas id importantes, esset mentio habenda, alijsq; nō obstantibus quibuscumq;.

Appellationes remoueantur.

¶ Datum Romę apud S Petrum sub annulo piscatoris die 24. Nouemb. 1511. Pont. nostri anno octauo.

Dilectis filijs uniuersis fratribus ordinis minorum de obseruantia nuncupatis, cismotan. & ultramontanę amiliæ.

IVlius II. Dilecti filij salutem, & Apostolicam benedictionem. Exponi nobis fecistis, quòd fratres minimi nuncupati, ex vestris fratribus ad illos, & illorum ordinem transire volentes, recipere, & illos retinere non cessant, in vestri ordinis iacturam, & scandalum, super quo à nobis opportunè prouidere humiliter supplicastis.

Iulij II. ihibet sub pœna excō is fratribus minimis, ne recipiant, aut retineant fratres minores.

¶ Nos igitur vestris in hac parte supplicationibus inclinati, & conseruationi, & augumento ordinis vestri, qué in visceribus gerimus charitatis, opportunè cōsulere volentes præsentium tenore apostolica authoritate, vniuersis fratribus ordinis minimorum, quoquomodo nomine nuncupatis, sub excommunicationis latæ sententiæ pœna, districtè pręcipiendo inhibemus, ne de cętero aliquem, ex fratribus vestri ordinis minorum de obseruantia, modo aliquo, vel causa recipere, vel retinere præsumant, sine expressa, & speciali licentia sedis Apostolicæ à volente ad illos transire specialiter obtenta: eis-

dem minimis sub simili pœna mandantes, vt omnes, & singulos sine tali licentia hactenus per ipsos receptos, quamprimum fuerint a vobis, vel ex parte Vicarij vestri ordinis prouinciæ, in qua existant requisiti, liberè relaxare, & ad vos remittere debeant. ¶ Non obstantibus priuilegijs, indultis, & litteris Apostolicis, sub quibusuis verborum formis, & clausulis per nos, vel sedem prædictas quomodolibet, etiam motu proprio, & ex certa sciétia, & ex potestatis plenitudine, illis in genere vel in spetie concessis, quorum tenores pręsentibus pro sufficienter expressis, vel insertis habétes, illis alias in suo robore permansuris, ad pręmissorum omnium, & singulorum effectum, specialiter, & expressè derogamus, cęteterisque contrarijs quibuscumque. ¶ Verum quia difficile foret pręsentes literas, ad singula quęcũq; loca, ad quæ expediens fuerit, transferre: volumus, & dicta auctoritate mãdamus, ipsorũ transumptis vnius notarij publici manu subscriptis, & sigillo alicuius pręlati, aut personę in dignitate ecclesiastica constitutę, munitis, ea fides adhibeatur in iudicio, & extra: quę pñtibus adhiberetur, si essét exhibitę, vel ostensæ, in contrarium facieñ, non obstantibus. Datis Romæ apud S. Petrum, sub annulo piscatoris die 9. Iulij 1510. Pontificatus nostri anno septimo.

Idé Iulius reuocat litteras sup. concessas car. 31.

LEO X. PAPA 225. ANNO *Domini 1513. ad summum Pontificatum assumptus, vixit in eo annos nouem. Canonizauit Beatũ Franciscum de Paula, & dedit ordini multa priuilegia, inter alia, infrascripta.*

Leo X. declarat, &

LEo Episcopus seruus seruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Ea, quę à prædecessoribu-

ribus nostris, pro personarum sub religionis habitu Domino famulantium immunitate, & quiete sunt concessa, non nunquàm ad alias similes arctioris vitæ personas subsistente causa, libenter extendimus. Dudum fe. re. Sixto Papa Quarto prędecessori nostro pro parte dilectorum filiorum vniuersorum fratrum, & dilectarum in Christo filiarum uniuersarum sororum tertij ordinis Beati Francisci de pœnitentia nuncupatorum, per Italiam consistentium exposito, quòd licet plures Summi Pontifices, etiam prædecessores nostri, diuersa, & plura pro immunitatibus eorum concessissent priuilegia, & plures solemnissimi iuris vtriusque doctores tenuissent, quòd ipsi fratres, & sorores deberent gaudere libertate, & immunitate ecclesiastica, ut personæ religiosæ. Nihilominus communitates ciuitatum, potestates, alijq; officiales seculares locorum Italię, non cessabant quotidie noua eis tàm in rebus, quàm in personis inducere grauamina libertati ecclesiasticæ contraria, idem Sixtus prędecessor, cõitatibus, potestatibus, & officialibus prędictis, sub exõic. latę sententiæ pęna, eoipsò p officiales ipsos, ac singulares personas earundem communitatũ, si contra facerent, incurrenda, ne eisdem fratribus, & sororibus grauamina aliqua libertati ecclesiasticæ contraria inducere, aut ipsos fratres, & sorores quominus gauderent priuilegijs, & immunitatibus tàm fori, quàm personę, & rerum, sicut alię personę ecclesiasticę quomodolibet impedire pręsumerent, Apostolica auth. inhibuit: & nihilomin⁹ oĩbus, & singulis Patriarchis, Archiepis Epis, & alijs locorũ ordinarijs, & qbuslibet psonis ĩ ecclesiastica dignitate cõstitutis: necnõ patriarchaliũ, metropolitanarũ, & aliarũ cathedraliũ ecclẽiarũ canonicis, & cuilibet eorũ q desup forẽt reqsiti ab aliquo frũm, seu sororũ pdictorũ mãdauit, quaten⁹ pmissa, vbi, & qñ expedire uiderẽt, solẽniter publicarẽt, & non pmicterẽt eosdẽ fratres, & sorores cõtra inhibitionẽ suę hmôi, tenorẽ, per quoscunq; quauis authoritate indebitè molestari. & illos, quos propterea hmõi excõicationis sñiã eis ĩcurrisse cõstaret, ex

concedit fratres, & sorores tertię reg. minimorum, posse gaudere priuilegijs fratrũ & sororum tertię reg. minorum de obseruãtia.

Priuilegiũ Sixti iiij. supra car. 15.

com-

communicatos nuntiarent, facerentq; ab alijs nuntiari, & ab omnibus arctius euitari: donec ab huiusmodi, indebitis molestijs per eos dictis fratribus, & sororibus innatis cum effectu destitissent, contradictores per censurã ecclesiasticam appellatione post posita, compescendo, pro vt in ipsius Sixti prędecessoris, desuper confectis litteris plenius continetur. ¶ Cum autem sicut exhibita nobis pro parte dilecti filij Germani ordinis fratrum minimorum Generalis correctoris petitio continebat, pro eo quòd in dicto ordine minimorum, sunt fratres, & sorores tertij ordinis minimorum pro ut in dicto ordine minorum, videtur consonum iuri; quod etiam fratres, & sorores tertij ordinis minimorum immunitate ecclesiastica, & priuilegijs, quibus fratres, & sorores tertij ordinis minorum gaudent, gaudere debeant; pro parte dicti Germani correctoris nobis fuit humiliter supplicatum, vt fratribus & sororibus tertij ordinis minimorum ꝙ libertate, & immunitate ecclesiastica, ac alijs priuilegijs in litteris Sixti prędecessoris huiusmodi contentis, & quibus fratres, & sorores tertij ordinis minorum gaudent, & potiuntur, potiri, & gaudere. Ipsiq; Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, ordinarij, & canonici, eos tueri, & defendere debeant, concedere, & indulgere, aliàsq; in præmissis opportunè prouidere de benignitate Apostolica dignaremur.

Supplicatio.

Concessio. ¶ Nos igitur, ad quos pertinet super his adhibere vigilantiæ nostræ curas, volentes fratres & sorores tertij ordinis minimorum, huiusmodi fauore porosequi gratioso, prædictum Germanum correctorem, à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque ecclesiasticis sententijs censuris, & pœnis, à iure, uel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentiũ dumtaxat, consequendi, harum serie absoluentes, & absolutum fore censentes huiusmodi supplicationibus inclinati, litteras Sixti prædecessoris huiusmodi ad fratres sorores tertij ordinis minorum, ita ꝙ ipsi libertate, & immuni-

munitate ecclesię, & alijs priuilegijs in illis contentis, & quibus fratres, & sorores tertij ordinis minorum gaudent, & potiuntur, potiri, & gaudere; ipsiq; Patriarchę, Archiepiscopi, Episcopi, ordinarij, & canonici, eos tueri debeant in omnibus, & per omnia, ac si fratres, & sorores tertij ordinis minimorum in illis expressè nominati, ipsæq; litteræ eis concessę fuissent, author. Apostolica tenore præsentium extendimus pariter, & ampliamus. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non omnibus illis, quæ idem Sixtus prædecessor in dictis litteris voluit non obstare, cœterisq; contrarijs quibuscunq; ¶ Cœterũ quia difficile foret præsentes litteras, ad singula quæq; loca, in quibus fratres, & sorores tertij ordinis minimorum huiusmodi illis indigerent deferri; volumus & eadem author. decernimus, quòd earum transumptis manu notarij publici, & curiæ causarum Cameræ Apostolicę, aut alicuius prælati ecclesiastici sigillo munitis, ea prorsus in iudicio, & extra illis plena fides adhibeatur, ac illis stetur, sicuti ipsis originalibus litteris adhiberetur, & staretur, si essent exhibitę, uel ostensę. Nulli ergo omnino ipsorum liceat hanc paginam nostrę absolutionis, extensionis, ampliationis, uoluntatis, & decreti infringere, uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incur. Dat. Romæ, apud S. Petrum, anno Incar. Domini cę 1513. pridie idus Aprilis Pont. nostri, Anno primo

Leo episcopus seruus seruorũ Dei.

Leo x. concedit visitãtibus ecclesiam minimorum in certis festis indulgẽtias x. annorum & totidem

Vniuersis Xp̃i fidelibus, p̃sentes litteras ĩspecturis, salutẽ, & Apostolicam benedictionem, Pastoris æterni, qui ut humanum genus ab æterna damnatione eriperet, se in ara Crucis immolari non abnuit, vices, quàmuis inmeriti gerentes in terris, id super reliqua uota nostra, feruenter optauimus, vt cunctos fideles, quos ipse sui prætiosi sanguinis sparsione, Deo patri reconciliare curauit

quorum

quadragenarum.

quorum regimen, & gubernationem nobis commisit ad recolendam iugiter memoriam suæ passionis, & visitandum ecclesias, aliqua religiosa loca, præsertim sub inuocatione Beatæ Mariæ Virginis, cuius vbera, ipsum redemptorem nostrum lactare meruerunt, fundata inuitemus, & pro ut in Domino conspicimus salubriter expedire, frequentius excitemus. ¶ Cupientes igitur ut Iesu Mariæ Thuronen. & Beatæ, ac omnium sanctorũ Ambasien. nec non eiusdem Beatæ Mariæ totius gratiæ Parisien. ac Sanctæ Helenæ Siemen. ordinis minimorum domum ecclesiæ, ad quas, vt accepimus, Beatus Franciscus de Paula, dicti ordinis institutor, & dum viueret, generalis corrector, singularem gerebat deuotionis affectum, congruis frequentetur honoribus, & Christi fidelium deuotio, ad ecclesias ipsas, & Domini nostri Iesu Christi passionem magis augeat. ¶ Ipsiq; fideles eò libentus confluant ad easdem, quò ex hoc ibidem dono cœlestis gratiæ vberius conspexerint se refectos, de omnipotentis Dei misericordia, & beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius authoritate confisi, omnibus, & singulis vtriusq; sexus Christi fidelibus verè pœnitentibus, & confessis, qui ecclesias alicuius ex prædictis, vel alijs domibus dicti ordinis, in celebritate omnium sanctórum, & dictæ Beatæ Mariæ Assumptionis, & eiusdem Annuntiationis, ac Penthecostes festiuitatibus, à primis vesperis celebritatis, & singularum festiuitatum huiusmodi, usq; ad occasum solis sequentis diei annuatim deuotè visitauerint, & inibi in dictæ passionis memoriam quinquies orationem dominicam, & totiens salutationem angelicam huiusmodi recitauerint, decem annorum, & totidem quadragenarum indulgentiam in Domino misericorditer concedimus. ¶ Et vt Christi fideles prædicti, qui ad ecclesias ipsas, pro huiusmodi cõsequenda indulgentia pro tempore confluerent, huiusmodi indulgentiæ facilius participes esse possint, omnium, & singularum constructarum, & construendarum domorum ordinis minimorum huiusmodi correctoribus,

Clemẽs 7. specialiter hoc extendit ad omnes domos ipsius ordinis infra.

Festa nominantur.

Indulgẽtia.

ctoribus, nunc & pro tempore existentibus deputandis annis singulis sex, aut plures presbyteros ydoneos seculares, aut dictorum domorum fratres, qui in celebritate, & alijs festiuitatibus prædictis, & die precedenti, in dictis ecclesijs, eorundem confluentium confessionibus diligenter auditis, eis pro commissis per eos prędictis, etiam in singulis casibus Episcopalibus, absolutionis beneficium impendere, & pœnitentiam salutarem iniungere. ¶ Nec non uota quæcunquè per eos, pro tempore emissa, (Religionis, & castitatis, ac vltra marino, nec non liminum Apostolorum Petri, & Pauli, ac Sancti Iacobi in compostella, votis dumtaxat exceptis) in alia pietatis opera commutare valeant licentiam, & facultatem, tenore pręsentium concedimus, præsentibus, perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem, decernimus, & declaramus, quòd si contingat, nos, aut sedem Apostolicam, in posterum huiusmodi indulgentias, & facultates reuocare, cassare, & annullare, seu suspendere, quòd pręsentes litterę, ac in eis contenta quæcunquè, nullatenus includantur, nec per tales, uel alias reuocationes, cassationes, declarationes, decreta, & suspensiones sublata quomodolibet intelligantur, etiam si de huiusmodi intentione nostra, & mentę, non derogandi specialis, expressa, & non per generales clausulas, quæ huiusmodi specificam mentionem importare viderentur, aut importarent, etiam fierent. Datum Romæ, apud S. Petrum, anno incarnationis Dñi cę. 1 5 1 2. pridie nonas Maij. Pontificatus nři anno 1.

Casus episcopales absoluere.

Vota commutare.

LEO Episcopus seruus seruorũ Dei ad perpetuã rei memoriã, illius, qui sẽper in sanctis suis mirabilis est, uices (licet immeritò) gerentes in teris pijs fidelium, pręsertim Religiosarum personarum uotis, quæ ad Dei laudem, & gloriam, ac sanctorum uenerationem, fideliumq; animarum salutem cedere dignoscuntur, libenter annuimus; & pro ut expedire in domino conspicimus, fauoribus prosequimur oppor

Leo x. olim ante canonizationẽ S. Francisci concessit celebrari festum ipsius cum of

prio vnius confessoris non Pontificis.

opportunis, ¶ Sanè pro parte dilecti filij Germani Lionet, ordinis fratrum minimorum Generalis Correctoris nobis nuper exhibita petitio cõtinebat, quod cùm aliàs claræ memoriæ Ludouicus francorum Rex, summopere, desideraret corã uidere quondã Franc. de Paula in quodã hæremitorio districtus Paulæ Regni Neapolitani tũc solitariã uitã ducenté, pp ipsius Franc. bonę famæ, & uitæ Sanctimoniã, à fe. re. Sixto Papa quarto prædecessore nostro sibi mandari obtinuit, ut idem Franciscus de Regno Neapolitano huiusmodi, ad Regnum Francię se conferret, & ipsius Regis conspectui se præsentaret; qui adeò eidem Regi, & omnibus Regnicolis gratus, & acceptus fuit, quod in diuersis ciuitatibus, & locis tam Gallię, quàm Neapolitani, ac Sicilię, & Hispaniæ Regnorum, ac Germaniæ, diuersæ domus pro fratribus uitam, quam ipse Franciscus elegerat, ducere uolentibus, à Christi fidelibus constructę & ædificatę fuerunt. ¶ Ipseq; Franciscus ordinem ipsum, qui arctior, & strictior cœteris omnibus existit, quem utiq; minimorum appellauit, & sub certo uiuendi modo instituit, illumq; per piæ memoriæ Alexandrum Sextum, & deinde Iulium secundum, post Sixtum quartum, & Innocentium octauum Romanos Pont. etiam prædecessores nostros approbari, & confirmari obtinuit, ac dum in humanis egit, & dum suo creatori spiritum reddidit, ab eo uita functo, plurimis claruit miraculis, adeò, ut propterea magna Christi fideliũ multitudo, quæ ad domum Iesu Marię Thuronensis dicti ordinis, in qua eius corpus requiescit, confluit, cum eiusdem Franc. intercesssione præces quas ad Deum effundunt, exaudiri firmiter credãt, ipsumq; pro beato teneant. & venerentur. ¶ Et quia in sanctorum catalogo annumeratus non est, tàm prędictus Germanus, q̃ alij dicti ordinis minimorum fratres summopère cupiunt eis concedi, ut liceat illis singulis annis, in die secunda mensis Aprilis, nisi occurrat maior hebdomada, uel octaua Paschę, & tunc in secunda Feria post dictam octauam festum, & officium eiusdem Francisci de uno confesso-

Sixtus misit Beatum Franciscũ i Galliam.

Corpus Sancti Francisci Thuronis quiescit

re, cum oratione unius confessoris, sub nomine Beati Francisci de Paula, in domibus dicti ordinis cęlebrare, & cælebrari facere. ¶ Quare pro parte dicti Germani Correctoris, nobis fuit humiliter supplicatum, ut pro æterni Regis laude, & gloria, ac ipsius gloriosi confessoris reuerentia, & honore, nec non decore ecclesię, ac Catholicæ Relig. splendore, populiq; deuotione, & salute, super ijs opportunè prouidere, de benignitate Apostolica dignaremur. ¶ Nos igitur, qui fideles quoslibet ad sanctorum Dei uenerationem, & iugem erga eos deuotionem, ut ei, à quo omne datum optimum, & omne domum perfectum procedit, placere studeant pro ut possumus, libenter incitamus, huiusmodi supplicationibus inclinati, eisdem fratribus, ut de cœtero perpetuis futuris temporibus in eorum domibus officium in memoriam eiusdem Francisci de vno confessore, sub nomine Beati Francisci de Paula huiusmodi, annis singulis, in die secunda mensis Aprilis, nisi occurrat maior habdomada, vel octaua Paschæ, & tunc in secunda Feria post dictam octauam cęlebrare, & in eorum missis, ac Matutinis, & vesperis eiusdem Francisci commemorationem, sub nomine Beati Francisci de Paula huiusmodi recitare, eiusq; imaginem depingi facere, & ecclesijs domorum suarum, prout etiam fratres ordinis minorum de familia in eorum ecclesijs imaginem fratris Bernardini de monte feltro, qui etiam proximis annis decessit, tenent depictam, tenere liberè, & licitè valeant, ordinariorum locorum, & cuiusuis alterius licentia super hoc minimè requisita, authoritate Apostolica tenore præsentium licentiam, & facultatem concedimus: non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cœterisq; contrarijs quibuscunque.

hoc officiũ postea fuit publicatum in capitulo Generali Tholosæ cęlebrato 1514. per patrem generalẽ Germanum.

¶ Volumus autem, ꝙ propter præmissa, dictus Beatus Franciscus, catalago predicto ascriptus non censeatur.

¶ Et quia difficilè foret, præsentes litteras ad singula quæq; loca, ubi illę forant necessarię deferri, volumus, & prędicta author. decernimus, quòd eorundem litterarum

Alias litteras Leonis d'officio ❧

rarum

prio uide infra.

rarum transumptis manu publici notarij subscriptis, & sigillo Cameræ Apostolicæ, uel alicuius personę in dignitate ecclesiastica constitutę munitis, eadem prorsus in iudicio, & extra, illis fides adhibeatur, quæ ipsis originalibus litteris adhiberetur, si forent exhibitę, uel ostensę: nulli ergo omnino huiusmodi liceat, hanc paginam nostræ concessionis, uoluntatis, & decreti infringere, uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorū eius, se nouerit incursurum. Datū Romæ, apud S. Petrum, anno Incar. Dominicę 1513. nonis Iulij Pont. nostri anno 1.

Leo x. aprobat priuilegia ordinis, & de nouo concedit famulis monasteriorum posse etiam i die Paschæ Eucharistiam ministrari, & alia facta supra c.

LEO Episcopus seruus seruorū Dei ad perpetuā rei memoriā, hijs quę pro fidelium, & Religiosorum aīarum salute à Romanis Pont. prędecessoribus nostris, proinde processerunt, ut eò firmius maneant, quo sępius fuerint Apostolicę sedis munimine roborata, libenter, cum à nobis petitur, adijcimus nostri muniminis firmitatem, ac alias desuper ordinamus, prout pro earundem aliarum salute in domino conspicimus salubriter expedire. Dudum siquidem fęlicis recordationis, Iulius Papa ij. prędecessor noster inter alia priuilegia, ordini fratrum minimorum Beati Francisci de Paula concessa, quod famuli domorum dicti ordinis, nec non cœteri eiusdem ordinis habitum portantes, & in articulo mortis in dictis domibus sepulturam eligentes, omnibus & singulis priuilegijs, dicto ordini, quomodolibet concessis gaudere liberè, & licitè. ¶ Quòd dicti ordinis fratres, & sorores ac oblati, nec non vtriusq; sexus tertiarij, seu tertij ordinis huiusmodi & nonnullę alię personę, tunc expressę semel in uita, & in mortis articulo, plenariam omnium peccatorum suorum veniam, & indulgentiam consequi possent, & valerent concessit, ac tam pręfatus Iulius, quàm pię memorię Sixtus iiij. Innocentius viij. Et Alexander vi. Romani Pontifices, prędecessores nostri, nonnulla alia

Supra.

priui-

priuilegia, concessiones, & indulta ordini minimorum huiusmodi, ac illius pro tempore existenti generali, vigilibus, ac prouincialibus, & eorum vicesgerentibus, cœterisque dicti ordinis fratribus concesserunt. Ipseq; Iulius prædecessor, dicti ordinis fratrum, sororum, & vtriusque sexus tertiariorum huiusmodi regulas, per præfatum Franciscum de Paula dicti ordinis institutorem vltimò editas, tanquàm eiusdem Francisci vltimam voluntatem nouissimè approbauit, & confirmauit. ¶ Quare pro parte dilecti filij Germani Lionet, & moderni dicti ordinis generalis, nobis fuit similiter supplicatum, vt omnibus, & singulis priuilegijs, concessionibus, & indultis, eidem ordini, ac illius pro tempore Generali vigilibus, ac prouintialibus, & eorum vicesgerentibus, & alijs dicti ordinis fratribus concessis, nec non tribus regulis nouissimè per eundem Iulium prædecessorem approbatis, & confirmatis, pro illorum subsistentia firmiori robur Apostolicæ confirmationis adijcere: ipsaque priuilegia, & indulta, quo ad hoc, vt fratres dicti ordinis, domorum huiusmodi famulorum pro tempore in habitu sæculari eis seruientium (quotiens opus fuerit) etiam Paschali tempore, & in mortis articulo, in eorum domibus, & ecclesijs, huiusmodi confessiones audire, ipsisque, & eorum cuilibet Eucharistiæ, & vnctionis extremæ sacramenta ministrare, ac inhumationis, & sepulturæ beneficia impendere possint. Ita quòd singulæ personæ huiusmodi & pro ut dicti fratres priuilegijs, & indulgentijs hmôi in eorum mortis articulo frui & gaudere valeant, ac si eis expressè concessa fuissent, extẽdere, & ampliare, aliasq; in p̃missis opportunè prouidere de benignitate Apost. dignaremur. ¶ Nos itaq; præfatum Germanũ correctorẽ à quibusuis excõmunicationis, suspẽsionis, & interdictis aliisq; ecclesiasticis sñtijs, censuris, & pœnis à iure, uel ab hoĩe quauisoccasione, uel cã latis, si quibus quõlibet in

Supplicatio pro confirmatione omniũ prędictorum.

Concessio.

H nodatus

notandus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absoluentes, & absolutum fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, prędicta, ac omnia, & singula ordini minimorum huiusmodi, ac illius pro tempore existentibus Generalibus, ac Prouincialibus, & eorum vicesgerentibus, cœterisque singulis fratribus, per præfatos prædecessores sub quacunque verborum serie, tàm in genere, quàm in spetie hactenus, quomodolibet concessa priuilegia, & indulta quæcunque: necnon eiusdem ordinis fratrum, sororum, & vtriusque sexus tertiariorum regulas huiusmodi per præfatum Iulium prædecessorem tanquam præfati Francisci vltimam voluntatem nouissimè approbatas Apostolica authoritate tenore pręsentium perpetuò approbamus, & confirmamus: illaque omnia, & singula, ad hoc, vt fratres ordinis minimorum huiusmodi dictarum domorum famulorum, pro tempore in habitu seculari eis deseruientium, quotiens opus fuerit, etiam Paschatis tempore, & in mortis articulo, in eorum domibus, & ecclesijs huiusmodi confessiones audire, ipsisque, & eorum cuilibet Eucharistiæ, & extremæ vnctionis sacramenta ministrare, ac illis, & cuilibet eorum. In humationis, & sepulturæ beneficia, cuiusuis, licentia super hoc minimè requisita ĩpendere licitè valeant. ¶ Ita quòd singulæ personæ huiusmodi, & pro ut dicti fratres priuilegijs, & indultis huiusmodi, in eorum mortis articulo frui, & gaudere valeant, ac si eis expresse concessa fuissent eisdem, authoritate, & tenore præsentium extendimus, & ampliamus. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cœterisque contrarijs quibuscunque. Et quia difficile foret, præsentes litteras ad singulã quæque loca, ubi illę forent necessariæ deferre. ¶ Volumus, & prefata authoritate Apostolica decernimus, quòd earum transumptis manu notarij publici subscriptis, & sigillo Camerę Apostolicę, vel alicuius personę in digni-

Confirmatio priuilegiorum per Leonem X.

Famulis sacraméta ministrate possumus.

Gaudent priuilegijs idem concessit Iulius II. supra car. 27.

dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus in iudicio, & extra illis fides adhibeatur, quę ipsis originalibus litteris adhiberetur, si fuissent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, approbationis, confirmationis, extensionis, ampliationis, voluntatis, & decreti infringere, vel ausu temerario contraire, si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli, Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicę. 1513. Nonas Iulij, Pontificatus nostri anno primo.

Leo x. concedit quod possit generalis dispensare cũ fratribus, ut possint recitare usq; ad nouem collectas p tot integralibus missis

Leo X. vniuersis, & singulis præ-

sentes litteras inspecturis salutem, & Apostolicam benedictionem. Exposcit, dilectorum filiorum fratrum ordinis minimorum, deuotionis sinceritas, & religionis promeretur honestas, vt eorum pijs petitionibus libenter annuamus. ¶ Licet alias fęlicis recordationis, Iulius Papa ij prædecessor noster Dilecto filio Francisco Binet, tunc correctori Generali dicti ordinis, per suas, in forma breuis, litteras concessit. Quòd ipsę in visitatione domorum dicti ordinis, quam iuxta illius regularia instituta facere tenebatur, vel alias in aliquibus domibus vel locis dicti ordinis, tàm pro ecclesiarum fabricis, quàm alijs fratribus necessitatibus missarum multitudinem copiosam inueniret, & cognosceret. Quòd ille per fratres locorum, & domorum huiusmodi in ecclesijs eorum iuxta obligationem, per eosdem fratres factam, aut relinquentium ordinationem celebrari non possunt, prout in Ianuensi, & Parisiensi domibus per illorum fratres factum esse cognouerat, ut cum fratribus locorum, & domorum huiusmodi, aut etiam ibidem pro tempore degentibus, & cum eorum quolibet dispensare posset. Ita quòd dispensatio super his per eundem Franciscum factam, ab eodem prędecessore facta censere-

Iulius ij. supra car. 45

tur,cum eiſdem fratribus. ¶ Ac nouem collectæ, per eós, aut eorum quemlibet, in vnaquaque miſſa recitatæ,pro nouem miſsis, ac ſeptem collectæ, pro ſeptem miſſis,atque de alijs deſcendendo, ſeu citra dictum numerum, cum omnium,& ſingulorum locorum, & domorum huiuſmodi fratrum,ac etiam totius ordinis minimorum huiuſmodi,ſuffragiorũ,orationum, ſacrificiorũ, ieiuniorum,vigiliarum,diſciplinarum, & aliorum quorumcunq; bonorum generalitate,ſingulis eiuſdem ordinis benefactoribus,& benefactricibus,qui miſſas ipſas,in eccleſiis domorum, & locorum huiuſmodi recitandas dederint, adeò plenè & integrè valerent, & ſufficerent, ac ſi miſſæ huiuſmodi, pro eis, & eorum quodlibet, iuxta piam eorum deuotionem & intentionem:particulariter ſeparatim recitatæ fuiſſent, prout dictis litteris plenius continetur. ¶ Cum autem ſicut nobis nuper, dilectus filius Germanus Lionet, modernus corrector generalis dicti ordinis, exponi fecit, pro eo, quod officium correctoriatus pręfati Franciſci expirauit, ante quam domos dicti ordinis, partium Boemię, & Alemaniæ viſitaret; quarum fratribus pro illorum ſuſtentatione, aut aliàs deuotionis cauſa,duo baiochi, ſeu ſeptem quatrini monetæ Iuliæ, pro cęlebratione vnius miſſę, per Chriſti fideles communiter dari conſueuerunt, & adeo pauci fratres in eiſdem domibus exiſtunt, quòd non poſſunt ſingulas miſſas, pro ſingulis eleemoſynis cælebrare. ¶ Dubitauit ipſe generalis corrector vigore earum litterarum eidem Franciſco tũc correctori conceſſarum,poſſe cum dictis, ac alijs fratribus domorum Boemiæ,& Alemaniæ huiuſmodi,necnó Regni Neapolitani, ac Sicilię, terræ laboris, ac Calabriæ diſpenſare, ut ſinguli fratres dictorum domorum in cęlebratione vnius miſſæ, vnius ſancti uel ſanctæ,uel alias quomodocunq;ad eorundem fratrum deuotionem recitatæ,ſeu etiam mortuorum,ſeptem uel nouem commemorationes,pro ſeptẽ, uel nouem particularibus, & integralibus miſſis, etiam ſi miſſæ huiuſmodi ſpecia-

ſpecialiter de requiem, vel de quocunq; Sãcto, vel Sãcta, vel alias integraliter recitatæ forent. ¶Pro quibus etiam tanquàm pro miſsis ſpecialiter de requiem, vel de quibuſcunque ſanctis integraliter cælebrandis eleemoſynas vndecunque receperant ſatisfacere valeant, ac commemorationis huiuſmodi, per eoſdem fratres ad eorum deuotionem in vnica eorum miſſa taliter facta, illæ plenè valeant, & eis, quòd miſſas huiuſmodi cęlebrare mandauerint, ſuffragentur, ac ſuper illis taliter recitatis fratres ipſi exonerentur, proinde ac ſi ijdem fratręs ſeptem, aut nouem miſſas ſpecialiter de requiem, vel de quocunque ſancto, ſeu de diuerſis ſanctis, vel alias, iuxta quorumcunque benefactorum huiuſmodi piam deuotionem, & intentionem, integraliter diuerſis diebus cęlebraſſent. ¶ Pro parte eiuſdem Germani nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut in præmiſsis pro eorũ conſcientiæ pace prouidere de benignitate Apoſt. dignaremur. ¶Nos itaq; hmõi ſupplicationibus inclinati, oĩbus fratribus domorũ dicti ordinis in partibus Alemanię, & Bohemię pro tpe conſiſtentium, ut de cœtero perpetuis temporibus, in celebratione vnius miſſæ, ſeptem uel nouem commemorationes ad eorum deuotionem, pro tempore recitatæ, pro ſeptem uel nouem, ſpecialibus, & inţegralibus miſsis, etiam ſi illę ſpecialiter de requiem, vel de quibuſcunque ſanctis recitandę forent, uel alias quomodocũq; etiam ſi pro illis recitandis eleemoſinas recepiſſent, ſeu in poſterum reciperent, plenè ſatisfacere valeant ¶ Ac commemorationes huiuſmodi de quibuſcunque ſanctis, uel etiam defunctorum, uel alias ad eorundem fratrum deuotionem, taliter factę eiſdem fidelibus, quòd eleemoſynas huiuſmodi, pro ipſius miſsis cęlebrandis eiſdẽ fratribus, pro eorũ ſuſtẽtatione dederint, ſeu in poſterum eos dare contigerit, plenè ſuffragentur. ¶ Ipſiq; fratres ſuper ſingulis miſsis hmõi, cũ ſeptẽ uel nouẽ collectis, ad eorum deuotiouẽ taliter recitatis, integraliter in eorũ cõſcientiis exonerentur, proinde ac, ſi fratres ipſi

Collectę ualẽt pro totę miſsis ſpecialibus, & ĩtegralibus.

singulis missas huiusmodi, & earum quamlibet spetialiter de requié, uel de ipsis sanctis, aut eorũ quolibet, uel alias, quomodocunq; iuxta piam benefactorũ huiusmodi, & cuiuslibet eorũ deuotionem, & intentionem diuersis diebus integraliter celebrassent, celebrare. ¶ Quodque dicti ordinis Generalis corrector, pro tempore existens, cum omnibus fratribus quorumcunq; domorum dicti ordinis minimorum, in dictis & alijs quibusuis regnis, & locis consistentium, super dictis missis, modo premisso, celebrandis, dispensare, liberè & licitè valeant, authoritate apostolica tenore presentium licentiam concedimus, pariter, & indulgemus, non obstantibus constitutionibus ordinationibus Apostolicis, cœterisque contrarijs quibuscunque. Datis Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die. 23. Iulij. 1513. Pontific. nostri anno primo.

Ista concessio extenditur ad omnem futurũ generalem.

Paulus 3. extendit ad prouinciale andalogię. infra.

Dilecto filio Francisco Binet, ordinis minimorum Generali correctori.

Leo x. prohibet q̄ fratres min. minó possint transire ad alios ordines sub pœna excommunicationis, etiã cõtra eos retinentes.

LEO Papa decimus. Dilecte fili salutem, & Apostolicam benedictionem. Quamuis alias fe. re. Iulius Papa secundus prædecessor noster, ad minimorum ordinem, qui tanquàm vitis in vinea domini, palmites vberes, & fructuosos in dies producere non cessat, singularem gerens deuotionis affectum, & prouidè considerans, quòd vita, & obseruantia ordinis minimorum huiusmodi, cùm sit continuæ quadragesimalis, tàm in conuentibus, & domibus ordinis huiusmodi, quàm extra cœterorum quatuor mendicantium ordinum, & aliorum religiosorum sit arctior, etiam strictior, tibi, & pro tempore existenti dicti ordinis minimorum generali correctori, & ordinis huiusmodi, per quasdam suas in forma breuis literas concessit, quòd nulli eiusdem ordinis minimorum fratres ad alium quemcunq; etiam priuilegiatum ordinem

ordinem, prętextu quorumcunq; priuilegiorum, cuicũq; alteri ordini, etiam sub quibuscunq; verborum formis quomodolibet concessorum, absq; sua, tuaq;, aut genera lis correctoris pro tempore existentis speciali licentia, transire possent, aut deberent, et sub excõicationis latæ sententiæ pœna, quã tàm recipientes, q̃ recepti, & con cedentes, ipso facto incurrere uoluit, inhibuerit; quodq; tu, fratres contra facientes, author. Apost. (quoties opus foret) excõicare, necnõ iteratis uicibus aggrauare, ac per alias cẽsuras ecclesiasticas, aliaq; iuris remedia cõpescere & ad ordinẽ mini. hmõi reuocare, & reducere, seu re-uocari, & reduci facere posses, & valeres indulserit, pro ut in dicti Iulij prędecessoris litteris plenius continetur. ¶ Nihilominus indulto, & litteris huiusmodi nõ obstãti bus accepimus, q nonnulli aliorũ ordinũ fratres, nõ verẽ tes contra indulti, & litterarũ huiusmodi tenorem veni-re, plures dicti ordinis minimorum fratres ordinis huius-modi expressè professores, ad eorum ordinem, & habitũ pręsumpserunt, in dictorum fratrum recipientium, & receptorum animę periculum, & dicti ordinis, & religionis tuæ graue pjudiciũ, & scandalũ plurimorũ. ¶ Nos itaq; ipsius Iulij pdecessoris in hac pte vestigijs inhęrentes, ac litteras, & indultum Iulij prędecessoris huiusmodi, harum serie Apostolica etiam author. con-firmantes, & approbantes, ac ordinẽ minimorũ hmõi q his nouissimis, & nr̃is tpibus incœpit, & quotidiè per eorum uitæ, & morum salubria exempla, Domino bene dicente, crescit. ¶ Pro debito pastoralis officij confoue-re, ac pręmissis, ne in eneruationem eiusdem ordinis mi nimorum ulterius serpant obuiare volentes, dictis fra-tribus, & alijs quibuscunq; quarumuis religionũ fratribus quantumcunq; priuilegiatis, eorũq; superioribus, & præ latis Apost. author. tenore p̃sentiũ sub excõicationis latę sententię pœna, quam contra facientes eo ipo incurrere volumus; & à qua nisi à nobis, & Rom. Pont. canonicè intrante, pręterquàm in mortis articulo constituti, absolui non possint, districtè inhibemus, nę amo-

Literę Iulij ij. supra ca. 44.

Excommunicationis pœna.

do in antea, aliquos fratres ordinis minimorum hmōi ad eos confugientes,seu uenientes;sub prætextu quorū cunq; priuilegiorum,& indultorum Aposto.eis desuper concessorum,in eorum domibus, seu conuentibus reci pere,aut eis ipsorum habitum concedere, seu exhibere audeant, uel presumant. ¶ Decernentes nihilominus quascunq; receptiones, & habituum exhibitiones factas & faciendas,nullius existere roboris, uel momenti, nullumq; tibi,& generali correctori pro tpe existēti,& ordini hmōi mini. præiudicium propterea gñari potuisse aut in futurum posse. ¶ Et nihilominus eisdē fratribus, prædictos religiosos,& professos ordinis mini. hmōi penes se,seu in eorum domibus,locis,& Cōuentibus tenentibus,sub dicta excōic. pœna,modo premisso incurrēda, precipimus, & in uirtute Sanctę obedientię mandamus, quatenus dictos fratres per eos receptos hmōi, infra nouem dierum spatium,à die presentium intimationis cōputandorum, cum eorum priori habitu tibi, & ordini tuo huiusmodi restituere habeant: de cœteroq; à simili fratrum ordinis hmōi minimorū receptione abstineant. Sed ad eos accedere uolentes,cū omni humilitate, & in spū patiētię,& charitatis,ipsos de īdulto,& inhibitione hmōi certificantes,ad omnem tuam,& pro tpe existētis generalis correctoris, tuiq; ac sui vicesgerentis petitionem restituant. ¶ Nos enim tibi,& pro tēpore existēti dicti ordinis generali correctori; vestrisq; vicesgerētibus quoscunq; fratres,& religiosos dicti ordinis mini.corrigendi puniēdi,& eos ad ordinem,& habitum hmōi, et sub excōic.& alijs pœnis,& censuris reuocādi,& reducēdi easdēq; pœnas,& cēsuras iteratis vicibus aggrauādi & reaggrauandi penā, & omnimodā Apost.author. prędicta,tenore præsentiū concedimus facultatē. ¶ Constitutionibus,& ordinarionibus Aposto. ac priuilegijs, indultis,& litteris Aposto.fratribus, & religiosis quorūuis aliorū ordinū concessis, & pro tempore concedendis, quæ,quo ad hoc,eis nolumus in aliquo suffragari, cœterisq; alijs in cōtrariū faciētibus,nō obstātibus quibuscūq; Datum

Authoritas generalis p reuocandis fratribus apostatis.

Facultates aliorum ordiuum cassantur.

Datum Romę, apud Sanctum Petrum, sub annulo piscatoris die 18 Augusti. 1516. Pontificatus nostri anno 4.

LEO Papa decimus vniuersis et singulis Christi fidelibus, pręsentes litteras inspecturis salutem, & Apostolicam benedictionem. Solet sedes Apostolica pijs petentium precibus, per quas animarum salus procuratur, fauorem beneuolum impartiri. Cũ itaq; nos ad ordinem minim. quem beatus Franciscus de Paula piè, & religiosè instituit, singularem gerentes deuotionis affectum, per diuersas nostras litteras, tam sub plumbo, quàm in forma breuis, confectas litteras in fauorem dicti ordinis, & domorum eiusdem in diuersis regnis, & prouincijs constructarum, omnibus, & singulis vtriusque sexus Christi fidelibus, qui aliquam ex dicti ordinis domibus huiusmodi, vbilibet constructis, vel pro tempore construendis, ecclesiam certis festis, & diebus, in dictis litteris respectiuè expressis, à primis uesperis cuiuslibet festorum, & dierum huiusmodi, usque ad solis occasum eiusdem visitarent, & ibi quinquies orationem dominicam, & totiens salutationem Angelicam in Christi passionis memoriam recitarent, decem annorum, & totidem quadragenarum indulgentiam in Domino misericorditer elargiti fuerimus. Leo x, concedit quòd virtute bullarũ cruciatæ, vel aliarum indulgentiarum núquã ítelligantur suspensa indulta concessa quoad personas fratrũ minimorũ.

¶ Cum facultate confessores deputandi, qui in festiuitatibus, & diebus huiusmodi, eorundem Christi fidelium, ad ecclesias ordinis mini. huiusmodi confluentium, confessionibus diligenter auditis eis pro commissis per eos peccatis etiã in singulis casibus episcopalibus absolutionis beneficium impendere, & salutarem pœnitentiam iniungere. Supra car. 54. Facultas eligẽdi cõfessores.

¶ Nec non vota quæcumque per eos pro tempore emissa (Religionis, & castitatis, ac vltra marinum, ac visitationis liminum Apostolorum Petri, & Pauli, & S. Iacobi in cõpostella votis dũtaxat exceptis) in alia pietatis opera commutare valerent, licentiã, & facultatẽ cõcessimus.

Et ni-

Et nihilominus voluerimus, decreuerimus; & declarauimus, quod si contigerit nos, aut sedem Apostolicam in posterum huiusmodi indulgentias, & facultates cassare, reuocare, & annullare, seu suspendere, quæ huiusmodi per nos dicto ordini, & eius fratribus, ac domibus, & ecclesijs huiusmodi, concessæ litteræ: ac in eis cótenta quæcunque, nullatenus in reuocationibus, aut cassationibus huiusmodi includerentur, nec per tales, aut alias reuocationes, cassationes, declarationes, decreta, & suspensiones, sublata, aut cassata, quomodolibet intelligerentur, etiam si de huiusmodi intentione nostra, & mente, non derogandi, specialis expressio, & non per generales clausulas, quæ huiusmodi specificam mentionem importare viderentur, fieret, pro vt in huiusmodi sub plumbo, quas perpetuò valere decreuimus, & alijs singulis respectiuè confectis litteris, quarum tenores, ac si de verbo ad verbum inserti essent, præsentibus pro sufficienter expressis haberi volumus, plenius continetur. ¶Quia tamen à nonnullis verò posset in dubium, an indulgentię per per nos, vt pręmittitur, ordini minim, & illius domibus, & ecclesijs concessę huiusmodi per indulgentiam ad effectum cruciatæ nec non fabricæ basilicæ principis apostolorum de vrbe, ac etiam fabricæ, seu reparationis turris ecclesię Viemnen. Archiducatus Austrię, per nos, vel prędecessores nostros quomodolibet, etiam cum derogatione aliarum indulgentiarum, etiam annullatę fuerint: ¶Nos attendentes quòd indulgentias huiusmodi ordini mini. ac illius domibus, & ecclesijs libenter concessimus, & illas sub quibusuis reuocationibus, cassationibus, & annullationibus, quę a nobis, & sede apostolica pro tempore emanarent, comprehendi nullo pacto uoluimus, & decreuimus, vt præmittitur, ad effectum, quòd fratres ordinis mini. huiusmodi qui nostris temporibus Domino famulantes, cæperunt, Domino benedicente, multiplicari possent Christi fidelium Pijs suffragijs, & eleemosinis, cum ipsi vitam quadrag. intus, & foris agant, pro eorum necessitatibus, & pro eorum substentatione

tione aliquod subleuamen suscipere, & habere. ¶ Et ne Christi fideles, à bonis operibus abstrahant quinimò feruentiores, ad lucrandum Indulgentias, ordini, & domibus, ac ecclesijs mini: huiusmodi, vt præmittitur, vel aliàs quouis modo concessas reddantur, dignum duximus, eisdem Christi fidelibus, notam facere mentis nostræ intentionem.

¶ Quò circà author. apostolica tenore præsentium, per concessionem indulgentiarum dictæ fabricę Basilicę principis Apostolorum, ac cruciatæ, nec non fabricæ, seu reparationi dictæ turris ecclesiæ Vienen. huiusmodi, aut quibusvis alijs fabricis, ecclesijs, siue locis per prædecessores nostros, vel nos hactenus factam, seu fiendam, mentis nostrę non fuisse, neq; in futurum esse velle, non plenarias indulgentias, & litteras singulas, fratribus, & ecclesijs domorum minim. huiusmodi, sub quibus vis verborum formis concessas, plenarias indulgentias non continentes, reuocare, cassare, & annullare, vel eis vllatenus, derogare, quinimò illas, & in eis contenta quæcunque, iuxtà illarum formam, & tenorem, præterquàm quò ad plenarias indulgentias, harum serie innouantes, & confirmantes, fratribus, ordini, & ecclesijs huiusmodi, prò vt concessæ sunt, & omnia in eis contenta in suo robore permanere, & sic ab omnibus obseruari debere volumus, &c.

Indulgentię ecclesiarum minimorum sẽper sunt in suo robore.

¶ Et nihilominus fratres ordinis mini. hmói eorũ indulgentias prædictas, in eorũ ecclesijs, & domibus publicandas, etiam post concessionem prædictarum, seu aliarũ indulgentiarum (vt pręmittitur) concessarum, & inhibitionem de non publicando, vbilibet factã, nullas pœnas, seu censuras, seu excommunicationis sententias mereri debuisse, aut potuisse, eadem authoritate decernimus, ac eosdem fratres, suas indulgentias præmissis quibuscunq; non obstantibus, liberè, & licitè publicare posse, & debere volumus, & pari author. indulgemus per præsentes. ¶ Tamen non intendimus in aliquo præiudicare indulgentias pro futuri proximi capituli generalis in vrbe

Sine pœna possunt eas publicare.

in vrbe cælebratione concessæ, quominus illa in locis in litteris breuis desuper expeditis, expressè liberè publicari valeãt: Non obstantibus præmissis, & quibusuis alijs suspensionibus, & reuocationibus similium indulgẽtiarum, sub quacunque verborum forma, per nos, vel prędecessores nostros ad effectus prædictos, seu aliàs sub quibusuis verborum formis, & clausulis, etiam derogatoriarum derogatorijs concessis hactenus, & in posterum concedendis, seu factis, & fiendis, sub quibus præsentes nullo modo comprehendi posse volumus, cæterisq; contrarijs quibuscunque. ¶Cæterum quia difficile foret præsentes litteras ad singula loca, vbi expediens fuerit deferri, uolumus, & dicta authoritate decernimus, quod litterarum huiusmodi transumpto, manu publici notarij subscripto, & alicui⁹ Archiepi; episcopi, aut alteri⁹ ecclesię prelati, vel personæ, in dignitate ecclesiastica cõstitutæ siggillo munito, vbicũq; illud exhiberi cõtigerit, ea prorsus, & indubitata fides, in iudicijs, & extrà, vbicunq; locorum adhibeatis, ac si pręsentes forent exhibitę, vel ostensę. Datum Romę apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris. Die 5. Septẽb. 15 16. Pontificatus nostri Anno 4.

Leo x. in certis diebus quadragesimę, & Dominicis & festis totius anni, concedit quasdã indulgentias in ecclesia Sãctissimę Trinitatis de vrbe.

LEO episcopus seruus seruorũ Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Et si cunctæ orbis ecclesiæ, sub Sanctorũ fundatę vocabulis, sint pia deuotione fidelium venerandæ, illas tamen, quę in honorem, & sub vocabulo sanctę, & indiuiduæ Trinitatis dedicatę noscuntur, eò ex celebriori memoria conuenit venerari, quę ipsa Sancta Trinitas immediatius, & perfectius vota fidelium dirigit, & ad gratias, exauditionis admittit. ¶Cupientes igitur, vt claustrum domus eiusdẽ Sanctæ Trinitatis in monte pincio de vrbe ordinis mini. à beato Francisco de Paula instituti, & à fel. re. Alexandro Sexto, & Iulio secundo Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris, ac si nobis approbati, ac pluribus priuilegijs, & diuersis decorati, commoda fratrum

tium dictę domus habitatione construi cœptum cęlerius perfici valeat, ac ecclesia eiusdem domus, ad quam Romanus Populus, & etiam curiales, ac alij Christi fideles diuersarum nationum singularem gerunt deuotionis affectum, congruis frequentet honoribus, ac Christi fideles ipsi, eò libentius deuotionis causa confluant ad eandem, quo ex hoc ibidem dono cęlestis gratię conspexerint, se refectos, de omnipotētis Dei misericordia, & beatorum Petri & Pauli apostolorum eius authoritate confisi, omnibus, & singulis vtriusq; sexus Christi fidelibus verè pęnitentibus, & confessis seu firmum confitendi propositum habentibus, qui prędictam ecclesiam Santissimę Trinitatis singulis diebus dominicis cuiuslibet quadragesimę, & in resurrectionis, & Ascensionis Domini nostri Iesu Christi, Pentecostes, & eiusdem Sanctissimæ Trin. ac Natiuitatis eiusdem Domini Iesu Christi festiuitatum diebus, à primis Vesperis singularum Dominicarum, & festiuitatum, seu dierum huiusmodi, vsque ad occasum solis cuiuslibet ipsarum, deuotè visitauerint, & ibidem in honorem Sanctissimæ Trinitatis ter orationem Dominicam, & totiens salutationem Angelicam recitauerint annuatim, singulis earumdem Dominicarum, & festiuitatum diebus huiusmodi, plenariam, & veram omnium peccatorum suorum remissionem, & indulgentiam. Eisdem verò Christi fidelibus uniuersis qui ecclesiam prędictam à media cuiuslibet anni Quadragesima, vsque ad octauas Paschę inclusiuè annuatim similiter visitauerint, dictasque Dominicas orationes, & salutationes Angelicas ibidem similiter recitauerint, similes oīnò indulgentias, quas consequuntur, seu pro tpe consequentur singuli, ecclesiam beatæ Mariæ de populo visitantes, authorit. Apostolica tenore pñtium in Domino concedimus, & elargimur.

Paulus 3. extendit in cōuētu S. Ludouici Neapolis.

Et per cōmunionem ad singulas domos ordinis, vt ipsemet Leo postea declarauit, & Clemēs 7. apꝓbauit.

¶ Alijs verò singulis Dominicis diebus cuiuslibet respectiuè anni, ecclesiam ipsam modo prædicto visitantibus, triginta annos, & totidem quadragenas de iniun-

de iniunctis eis penitentijs misericorditer in Domino relaxamus. ¶Et vt Christi fideles ipsi, indulgentiarum huiusmodi commodius participes esse possint, correctori dictæ domus pro tempore existenti, confessores religiosos dicti ordinis, qui eosdem Christi fideles, ad eandem ecclesiam pro huiusmodi Indulgentijs consequendis, dictis singulis diebus dominicis quadragesimæ cuiuslibet anni, & à medio quadragesimæ, vsque ad octauam Paschæ inclusiuè, etiam cuiuslibet anni diebus singulis accedentes, eorum confessionibus audire. Eorumque confessionibus diligenter auditis, eosdem à quibuscunque casibus, etiam Apostolicæ sedi reseruatis (exceptis contentis in bulla cœnæ Domini) absoluere possint, & valeant deputandi, author. Apostolica, tenore præsentium de vberiori gratia licentiam, & facultatem etiam concedimus, pariterq; indulgemus. Non obstãtibus constitutionibus, ordinationibus Apostolicis, ac quibusuis, & suspensionibus similium, vel dissimilium indulgentiarum pro tempore factis, cæterisque contrarijs quibuscunque præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Datum Romæ Apud Sanctum Petrum. Anno incarnationis Dominicæ. 1518. Kalendas Iulij Pontificatus nostri anno sexto.

Corrector potest deputare cõfessores ꝑ absoluendis casibus etiam sedi Apostolicæ reseruatis.

Dilectis filijs Correctoribus, Vicecorrectoribus, et alijs fratribus ordinis minimorum beati Francisci de Paula vbilibet constitutis, & eorum cuilibet.

LEO X. Dilecti filij salutẽ, & Apostolicam benedictionẽ. Licet alias cum beatus Franciscus de Paula ordinis minimorum fundator, regulam strictissimã inſ.tuill.t,& eam sub perpetua quadragesimalis vita per

Leo Papa X. prohibet qđ nullus possit portare ha

fratres

fratres ordinis huiusmodi obseruari, ac habitum ab alijs habitibus religiosorũ differenté, videlicet, ex lana natura liter nigra, & sine tinctura contextum, quem assumpse-rat, per eosdem fratres gestari voluisset, ac sicut nobis tunc innotuerat, nonnulli fratres tertij ordinis Sãcti Francisci contra regulam, & votum vitæ quadragesimalis, religionis vestræ, carnes, & lacticinia quæcunque, à quibus vos omnino abstinere debetis, comedebant, habitum coloris per vos gestari solitum in nonnullis prouincijs, & præsertim hispaniarum degentes, sibi assumpserant, in graue præiudicium ordinis vestri, & religionis huiusmodi scandalum, cum diuersæ personę vtriusque sexus illarum partium, videntes eosdem tertiarios, seu fratres huiusmodi carnibus, & lacticinijs uesci ex delatione dictorum habitus, & coloris, illos esse verè religiosos beati Francisci de Paula existimantes, murmurassent eos regulam, & votum vitę quadragesimalis non seruare, ob quod grauia scandala in ordine vestro huiusmodi potuissent suscitari ¶ Per alias nostras, in forma breuis, litteras decreuimus, & declarauimus eosdem fratres tertiarios, & quosuis alios religiosos, non habitum coloris illius, sed ipsorum solitum, & religionis minorum Sancti Francisci albi scilicet coloris gestare debere, iniungentes, & præcipientes eisdem tertiarijs, & alijs religiosis quibuscunq; sub excommunicationis latæ sententiæ pœna, à qua nisi à nobis, & Romano Pontifice pro tempore existente, præterquam in mortis articulo constituti, absolui nõ possent quatenus à suspensione habitus coloris vestri, & illius gestatione omnino desisterent, ac in eorum, & solito fratrum minorum habitu dictiq; coloris albi in ea qua vocati erant vocatione, degerent, & propterea Venerabili fratri Episcopo Malaginensi, eiusque officiali commiserimus, & mandauerimus, quatenus vobis in præmissis opportunè defensionis pręsidio assistens non permitterent per eosdem tertiarios, & alios quosuis religiosos habitum vestrum, & coloris vestri huiusmodi quoquo modo gestari. ¶ Tamen sicut nobis ex

bitum nostri coloris, etiam hære mitę.

Mare magnum supra car. 38.

poni

Supplicatio. poni fecistis dilecti filij Gienen. & Corduben. matris Dei, ac Hispalen, Sancti Ioannis de Alfaraxo nuncupato rum monasteriorum, Conuentuum, nec non nonulli alij fratres Tertiarij, & eremitę, ac mulieres, etiam habitú vestrum seu coloris vestri deferre nituntur, & prçsumunt. ¶ eleemosinas etiam nomine fratrum minimorum petendo, & ordinem suum, ordine vestro priorem fore asserendo, in graue præiuditium dicti ordinis uestri, & scandalum plurimorum. ¶ Quare nobis humiliter supplicari fecistis, vt vobis in præmissis de oportuniori remedio prouidere benignè dignaremur.

Concessio. ¶ Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati, auctoritate Apostolica tenore præsentium decernimus, iterum, & declaramus eorumdem Giennen. & Corduben. ac Hispalen conuentuum, necnon alios fratres Tertiarios, & eremitas, ac mulieres habitum vestrum, seu coloris vestri, deferre, & gestare præsumentes, non habitum vestrum, & coloris illius, sed ipsorum solitum, & religionis minorum S. Francisci albi coloris, seu ad albitudinem, potiusquàm ad nigredinem tendentes, gestare debere.

Eremitæ. ¶ Iniungentes, & præcipientes eisdem tertiarijs, eremitis, mulieribus, & alijs religiosis quibuscunque, sub

Pœna censuræ apponitur. excommunicationis latę sententię pœna eò ipsò absque alia declaratione incurrenda, à qua non nisi per nos, & Romanum Pontificem pro tempore existenté, præterquàm in mortis articulo constituti, absolui non possint, vt à susceptione, & delatione habitus coloris vestri huiusmodi pænitus, & omnino desistant, & abstineant.

Iudices deputantur in Hispania. ¶ Et nihilominus Ven. fratri Episcopo de Martucos nuncupato, & dilectis filijs Priori domus Sancti Dominici ciuitatis Astigiæ. ac officiali Granaten. nunc & pro tempore existentibus, harum serie committimus, & mádamus quatenus ipsi, & eorum quilibet vobis in præmissis oportunè defensionis præsidio assistentes, non permictant dictorum Giennen. & Corduben. ac Hispalen. cóuétuú nec nó alios fratres tertiarios, & eremitas, ac mulieres, & alios religiosos quoscumq; habitú vrm, & coloris

& coloris vestri hmõ:, sed ad albediné potiusquàm ad nigredinem tendenté deferri, vel gestari. Contradictores quoslibet, & rebelles per censurã ecclesiasticã, & alia iuris remedia, appellatione postposita, cópescendo. Inuocato ét ad hoc, (si opus fuerit) auxilio brachij secularis. Nõ obstantibus prĕmissis, & constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, statutisq; , & consuetudinibus ordinis huiusmodi iuramento confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, nec non priuilegijs, & indultis Apostolicis, illi, ac fratribus præfatis forsan concessis, confirmatis, & innouatis, quibus omnibus illorum tenores pro sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris hac vice duntaxat, harũ serie specialiter, & expressè derogamus. Cæterisq; cõtrarijs quibuscunq; . Datũ Romæ Apud S Petrũ sub annulo piscatoris die 20. Martij. 1519. Pontificatus nostri anno 7.

BVLLA CANONIZATIONIS S. FRANCISCI DE PAVla fundatoris Ordinis minimorum Die prima Maij 1519. à Leone X. Canonizati Pontificatus sui anno septimo.

LEO *Episcopus seruus seruorum Dei.* Ad perpetuam rei memoriam. Excelsus Dominus militanté ecclesiam prĕtiosorũ lapidum viuorum ipsi summo Angulari lapidi Christo Iesu vnitorũ, ornatissima varietate decoratam, structura mirabili fundare disposuit.

Primi fundatores ecclesię.

¶Hinc processere beati Patriarchę, qui fide præclari, Sanctorum etiam Augelorum susceptores effecti, facie ad faciem videre Deum meruerunt: hos sequuti sunt Sácti profetæ, quibus ostendit Deus secreta sua, vt ventura quasi pręsentia spiritu Sancto illuminati agnoscere, atque enuntiare potuerint.

Deinde Apostoli.

¶Postquàm autem venit plenitudo temporis, & nos in assumpta sibi humanitate oriens ex alto, visitare, nostraque salutis misteria (iuxta quòd prædixerant prophetæ) adimplere dignatus est, constituti fuere beati Apostoli diuinæ legis promulgatores, & prædicatores, qui per orbem vniuersum genus humanum; quod sub diabolicę potestatis iugo tenebatur ad salutem excitantes, Dei verbum in omnibus terrę finibus prędicarunt.

Martires.

Hos subsequuti suut Martires splendidi, qui fidei loricam induti, & inconcussę stabilitatis baltheo succincti, stolas suas in sanguine innocentis agni lauantes, candidato exercitu Christum Iesum imitati, supernę ciuitatis hierusalem, hoc est triumphantis ecclesię, cum gloriosa victoria palmas manibus gestantes, se dicto viuo lapidi Christo adiunserunt, sempiternam sui memoriam, & exemplum venerabile, militanti ecclesiæ relinquentes.

Postea doctores.

¶Progressi sunt, & doctores lucidi, qui suis doctrinis, & exemplis catholicam, & orthodoxam fidem defensantes falsisq; prophetis, ac iniquis doctoribus fidem ipsam subuertere satagentibus: se opponentes, dictam ecclesiam militantem multipliciter illustrarunt, quibus eadem ecclesia coniuncta progreditur quasi Aurora consurgens, pulcra vt luna, electa vt sol. terribilis, vt castorum acies ordinata.

Deinde cõfessores

¶Sequuntur postea sancti confessores, qui virtutum gemmis corruscantes, Domino rationẽ de talentis creditis deposcenti (vtpote fideles, & boni serui) multiplicatum de suis laboribus fructum attulerunt, & in Arcam celestem deposuerunt, omniaq; mundi blandimenta (vt venenum aspidum) fugientes, latibula in terris fecerunt,

runt,à terris abditi,rudi.victu, & scaturientis aquæ, leui potu carnem macerantes,tegmine hircino ammicti. Iunceo,vel stamineo cubili fessa membra sonno fouentes,nudis pedibus Dominum quęsierunt,ęternamque patriam inuenerunt.

¶Adsunt, & virgines nitidæ mundo corpore, syncero corde, sanctaque mente, cum oleo in lampadibus suis sponso(qui est prę filijs hominum speciosus)obuiam venientes,deuotæ tandem continentesque viduæ, & aliæ quàm plurimæ sexus vtriusq; personæ, pijs, ac sanctis operibus semper intentę, cum plenis: etiam manipulis eidem cœlesti sponso se representant, cum Angelis gloriam in altissimis Deo,& in terra pacem hominibus bonæ voluntatis mirificè depromentes, hęc omnia vnus,atque idem spūs admirando plurimum operatur misterio, sicut altissimus ab initio uineam suam talibus pijs cultoribus(iuxta sanctam promissionem suam)visitauit,firmauit,& auxit, sic semper ad illam suę protectionis auxiliū multipliciter impertitur.

Virgines, & viduæ.

¶Nouissimè verò diebus nostris cęlestis ille Agricola, uineam suam(more solito)visitans,uirum forte ad huiusmodi vineæ culturam adduxit, gloriosum scilicet confessorem beatum Fran. de Paula superno cętui meritò sociandum, imò verius sociatum,qui inter cæteros Christi athletas suis meritis,& exemplis ipsam sanctam ecclęsiam(diuina cooperante gratia)multipliciter decorauit, præsentis temporis caligines suæ lampadis fulgore mirabiliter illustrauit.ipse enim aduersus mundum,carnem, & demonem fortiter dimicauit, ac in odorem suauitatis altissimi currens, copiosam vtriusque sexus fidelium multitudinem salubriter post se traxit,ac (velut effusam super faciem terræ religiosam professionis suę generationem) dereliquit,vt ad illuminationem gentium cęlebris sui memoria(tanquàm rutilum sydus)in ecclesię firmamento seruaret.

S.Francisc⁹ religioné fundauit.

¶De cuius quidem origine,vita,moribus, & fama, nec non mirabilibus (qui in pręmium sanctitatis eius Deus

Origo.S. Franc. de Paula.

mundo multipliciter ostendere d natus est, ne de tam celebri viro et posteritas ipsa remaneat ignara, pauca ex multis duximus recensenda. ¶ Constat siquidem in Regno Neapolitano inter brucios, & lucanos Paulę oppidum situm esse, quod itinere vnius diei à Cusentia illius prouinciæ metropoli distat. Inde originem traxit Iacobus martolilla. Illi proximum est castrum toscaudi, Vbi nata est Vienna, quondam ambo in fide Christi baptizati, & confirmati, ac (vt veri catholici) educati, qui inuicem secundum ritum Sanctæ Romanę ecclesiæ matrimonium contrahentes, & (vt fideles decet coniuges) mutuam charitatem, vitæque honestatem seruantes, Diu cohabitarunt, ex hoc matrimonio beatus Franciscus de Paula procreatur.

A pueribus annis religionē dilexit.

¶ Qui sacri baptismatis fonte lauatus, & chrismatis sacramento cōfirmatus, ab eisdē q; parentibus sub Dei timore, & amore educatus, insigne specimē sāctitatis futuræ præseferēs, solitudinē, & religionē diligere, ac orationib⁹, & Ieiunijs assiduè vacare cępit, quę cū eius parētes animaduertissent, ipsum annum circiter decimum tertium agentē, juxta votū per eos emissum domui S. Francisci ciuitatis S. Marci obtulerunt. In qua puer in sorte Dñi electus Anno per eū exacto, nullaq; professione emissa, vocatis parentibus, eos vt se ad ecclesiam S. Francisci de Assisio, & S. Marię de Angelis deuotionis cā ducere vellent, enixè rogauit, qui pio eius desiderio annuentes, sese itineris comites præbuerunt, quibus ecclesijs deuotè visitatis, in patriam reuersus idē beatus S. Spiritu inspirante, ad ecclesiam cōstruendā animū addixit, ipseq; primus fundamenta effodere cępit. quo inter vicinos diuulgato vndique ad opus iuuandum concurritur, alij operi incūbebāt, non nulli calcē, lapides, cementa, & alia id genus futuro ędifitio necessaria, deportabant: fertur etiam tunc fratrem quendam S. Francisci habitu indutum ex improuiso beatū Franciscū de Paula increpasse, quòd tam angustam ædem facere incepisset, eādēq; demoliri sibi mandasse, ac aliā maiorē designasse beatoq; Frācisco de

Paula

Paula Asserenti sibi vires ad tam ingens opus perficiendum non sufficere, diuinitus respondisse Deũ omnipotẽtem ei nullo pacto defuturũ, eueitigioq; diruptis muris euanuisse: vnde (non immeritò) pleriq; illũ beatum Franciscum fuisse existimarunt. Postridiæ verò nobilis quidã consentinus superuenit, qui eidem beato pro ædificanda ecclesia, magnum Auri, atq; argenti pondus obtulit. vnde iuxta situs designationem ecclesiam notabili forma, non paruo sumpto construere cępit. — Ecclesiam construxit.

¶Nunq̃ à laboribus cessabat, nisi cũ orõni diuinisq; rebus intendebat, qui, & si vigilijs, continuisq; ieiunijs maximis esset attrit⁹, lapides tamen, calcẽ, & ligna aliaq; ad fabricam necessariam, proprijs ẽt humeris deferre nõ desinebat. — Semper laborabat.

¶Erat Adeò in loquẽdo humanus, atq; affabilis, vt nullus vnquam ad eũ accesserit, qui mellifluis eius verbis delectatus, & incredibili quadam sermonis dulcedine captus, & quasi diuino spiritu repletus ab eo recesserit. — Affabilis.

¶Humilitatem eius ẽt instituti per eum ordinis cognomentum ostendit, quòd vt is omnium minsmus esse volebat, ita minimorũ cẽsuit, & ĩstituit: eiusdẽ ẽt ordinis institutor, & gñalis corrector existẽs oĩm se infirmũ (quoad poterat) exhibeat, & ad oĩa ẽt seruilia opera (vt & cęteris humilitatis præberet exẽplũ) descẽdere nõ dedignabat, quippe discipulis suis discũbentibus ministrabat, sępeq; ecclesiã, & altaria verrebat, & mũdabat, ac paramẽta, & alia ad diuinũ cultũ necessaria cõponebat aliorũq; frum (ẽt nouitiorũ) iudumẽta proprijs manib⁹ abluebat, & cũ Iuuenis ad huc esset, Calabriãq; incoleret, numq̃ (nisi nudis pedibus) ẽt per glacies, niues, montes, & acuta saxa, vespres, spinasq; incedebat, nullãq; ex eo ẽt grauissimo sæpe põdere pręssus, lęsionẽ in pedibus patiebatur. Ipsum sępius ignẽ nudis pedibus conculcasse, ac ignitos cãdẽtesq; lapides manibus portasse, liquidò constat: admirabilis erat vitę eius austeritas, quæ proptereà admirabilior cẽsenda est, quia in pueritia, adolescẽtia, iuuẽtute, senecta, & decrepita eius ętate. inter labores, vigilias, ieiunia, abstinẽtias, inumerasq; corporis macerationes eũdẽ penè viuendi modũ seruauit, — Ordinem suũ appellauit minimorum:

 ¶Ho-

Claruit miraculis.

¶Horum, & plurimorum aliorum Sanctorum operum rōne habita adeo S. Spiritus gratia hominem complexa est, vt pijs eius meritis, & præcibus in Christi nomine dæmones à corporibus humanis sępius eiecti, pluresq; infirmi diuersis morborum generibus oppressi, & iam à medicis destituti, ac morti ꝓpinqui, pristinę sanitati restituti fuerint. Idemq; beatus alijs cōpluribus, qui memoria, & sensibus capti, seu intelligentia debilitati erant, sanitatem præstiterit, ac multis claudis incessum, surdis auditū, mutis loquelā, cæcisq; lumen restituerit, & leprosos mūdauerit, nonnullosq; mortuos, vel pro mortuis habitos ad vitam, pristinamq; lucem reduxerit.

Spiritū profetię habuit.

¶Quorum quidem miraculorum fama cum iam per totum ferè orbem vagaretur, & ad aures fælicis recordationis Pauli secundi prædecessoris nostri peruenisset, cubicularium quendam suum ad bonæ memorię Pyrrhū Archiepiscopum consentinensem misit, mandauitq;, vt ipse super miraculis huiusmodi se diligenter informaret, ac deinde ipsum de veritate certiorem efficeret, qui quidem archiepiscopus Pōtificis mandato parere desiderās, ac neminem habens, qui talia melius quàm ipsemet cubicularius explorare fideliusq; referre posset, eidem suasit, vt is cum socio quem ei adiunxit, ad dictum beatum virum se conferret, ac de illius vita, miraculis, & fama huiusmodi plenam informationem caperet. ¶Cubicularius archiepiscopi fretus consilio, hominem adijt, & cū iter salutandum dicti beati viri manum osculari vellet, ille omninò renuit eumq; rogauit, vt sibi potius manum deo osculandam, porrigeret. Asserens id multò Iustius, & conuenientius fore, eò quòd ipse cubicularius triginta tres annos iam presbyter esset, quòd cubicularius memoria repetens, vbi id verum esse cognouit, miratus est hominis spiritum, & cum eo ad colloquium in cameram concessit, vbi cum primus sermo de tam ardua, difficilique vita fuisset, vt eam nulli nisi robusto, ac valido, tolerabilē fore, cubicularius asseueraret. Beatus Pater audito illius verbo igni appropinquans, ardentesq; prunas absque

Cubicularius Papę.

læsione

ſeſione manibus arripiens,dixit, qui perfecto corde Domino ſeruiunt omnia creata illis obtemperant. exterritus ille eo miraculo veniam petijt,cumq; eius pedes humiliter oſculari vellet, ipſeque vir beatus id recuſaſſet, eius tunc veſtem manu apprehenſam deuotè obſculans & ab eo recedens,ad Pontificem redijt,eique miracula, quæ uiderat,enarrauit. Ignẽ manibus accepit

¶Olim etiam vir nobilis Iacobus de tarſia Baro terræ bellimontis conſentin. diœceſis cum grauiſſimo, & penè inſanabili apoſtemate longo tempore in Crure laboraſſet, iuſignesque medici, & chirurgi, in eo nihil proficerent, quin hulcus illud quotidie ingraueſceret, omnibusque remedijs adhibitis iam in deſperationem ſalutis res adducta eſſet,tandem dictus Iacobus fama ſanctitatis,& miraculorum beati Viri, qui tunc Paulę degebat, adductus ad eum,nõ ſine magno labore, acceſſit.illiq; plagam detexit,& ſe deuotiſsimè commẽdauit. ¶ Primũ ſi quidem ipſi beato, & omnibus, qui aſtabant hulcus graue, et miſerabile, ac penè inſanabile viſum eſt. Illum tamen beatus admonuit, vt in Deo firmam fidem, & certam ſpem haberet,quia ſanitatis gratiam conſequeretur. Ac ſtatim vnũ ex ſuis fratribus miſit,qui aliqua folia herbæ,quæ vngula cabalina dicitur, & inibi naſcitur,colligeret,& cum ipſis folijs certos pulueres,quos in cella ſua ipse beatus retinebat,ſibi afferet. Apoſtema incurabile ſanauit.

¶Dum frater ille mandata exequitur,beatus vir ad propinquam crucifixi imaginem conuerſus orauit,vt Baroni in ſuę diuinitatis gratia cõfidenti, miſericordiã ſuã aperiret,nec multò poſt folijs, ac pulueribus huiuſmodi ſibi (ut iuſſerat)apportatis,facto ſigno crucis aliquantulũ de dictis pulueribus hulceri impoſuit, illudq; tribus ex folijs prędictis cooperuit, & omnia circumligauit in domino ſpem reponens, quòd ſanitatem recuperaret. Illi ergo benedicens, iuſſit, vt illicò ſuam repeteret domũ, ad quartũ decimũ fermè lapidem inde diſtantẽ,qui cum aliquandiu æquitaſſet, ad vxorem ſuam Iohannam quæ illum ſemper in eo itinere comitata fuerat,conuerſus mi

hi

hi videtur inquit, quòd ſim ſanus quia acerbum doloré, & peſſimum fetorem amplius non ſentio, & cum iam certum monticulum ſuperaſſet. Iacobus auidè cupiens intelligere an poſſet ambulare, ex equo deſcendens, proprijs pedibus ambulare cæpit, & calce terram percutiens, nec aliquid doloris ſentiens, ſe liberum, & ſanum intellexit. Deo igitur, & beato Franciſco de Paula gratias agentes coniuges, voti compotes ad propria rediere.

Paraliticũ, & leproſũ curauit.

¶ Iſdem fermè diebus, in ciuitate conſentin. fuit quidam Marcellus de Cardilla, pedibus, & manibus contractus, ac totus leproſus, adeò, vt iam vocem quaſi omnem amiſiſſet, eiuſque loquela vix audiretur, qui cum per conſanguineos ſuos ad Paulæ monaſterium adductus, & beato viro præſentatus fuiſſet, ille miſericordia motus, parum ſecretò orauit, mox verò rediens, cum manu ſubleuauit, & ab omni mẽbrorũ contractu, & lepra incolumem reddidit. Guidonem quoq; lipãtum nobilé cõſentiũ grauiſſima infectũ lepre in domo paterni, quam vir beatus tũc edificabat ad ſe venientem, ſanitati reſtituit.

Mutus à natiuitate.

¶ Cum idem beatus vir fabricã domus iuxtà Paulæ oppidum incepiſſet, adductus eſt ei quidã à natiuitate mutus, quém cũ parentes eius iuxta eccleſiam poſuiſſent, dixit eis vir beatus, vt altè ſecum ter Ieſum acclamarent, & ita aperiretur illi ſenſus, beato viro inchoante dictiſque parentibus proſequentibus, mutus ſimiliter alta voce dixit Ieſus, & inde liber atq; integer vſq; ad eius obitum in loquela permanſit. ¶ Rurſus Iulia Antonij catalani in dicto oppido paulæ habitantis filia ab ortu cæca, & nihil prorſus videns, cum à parentibus ad beatum virum, qui fortè tunc in horto domus erat, adducta fuiſſet, idé beatus uir, herbam quandã euulſit, eamque ſigno Crucis facto ſuper ipſius puellæ oculos appoſuit, quæ ſtatim videre cæpit, ac ſenſu viſus tãmdiu quãmdiu poſtea vixit, freta eſt.

Puella cęca.

Mortuos ſuſcitauit.

¶ In fabrica dictæ domus paterni, cum duo laborantes terram effodiendo obruti fuiſſent, ita vt iam ꝓ mortuis haberẽt, ad ſuccurrẽdũ inuocatus vir beatus à duobus partibus terras effodi fecit, quo facto dicti labo

rantes

rantes uiui, & illæsi sua(vt creditur gratia)sunt reperti.

¶ Dum quidam Antonius architectus ad dictę domus paterni fabricam accessisset, & beatus vir vt pro cibo illi ministrando nonnullę fabæ coquerentur, cuidam fratri iuniori inibi existenti mandasset, frater ille ollam cũ dictis fabis,& aqua, frigidis in coquina cineribus super posuit, oblitusq; ignem,quo coquina carebat,aliunde afferre,discessit,sed cum vir beatus dictas fabas iam coctas esse credens, vna cum hospite in coquina, nullusq; ibi ignis adesset,dictus Antonius subrisit de dicti beati præcepto,& eius ferculo,quod nondum coqui cœpisset,cui vir beatus feruculum ipsum paratum esse respondit, tetigitq; manu ollam,quæ illicò feruere visa est,statimq; fabę coctę fuere,ita vt idem Antonius ipse prandium sumere potuerit, qua de re dictus Antonius,& nonnulli alij tunc præsentes, maxima sunt admiratione affecti.

Fabas sine igne coxit.

¶ Idem etiam beatus vir die quandam (more solito) missam audire cupiens, ecclesiam ingressus est, cumque tunc ecclesiæ lampas accensa non esset, & aliqui ex his, qui ibi missę audiendæ causa aderant. Ignem foras quæsitum iuissent, illumq; iam afferrent, vir beatus chordam lampadis accepit,vt eam deduceret, illa verò in medio descensu absque aliquo igne miraculosè accensa effulsit, ex quo circunstantes candelas, pro missa tunc cęlebranda, necessarias, deuotissimè accenderunt.

Lampadem accendit.

¶ Cũ in terra montisalti dictæ Consen. diœcesis,quidã Franciscus ipsius terræ incola,febræ adeò vexaret,ut de eius salute nullam medici spẽ promitterent, laboraretq; in extremis, ac omnibus ecclesiæ sacramentis deuotè susceptis,& cãdela bñdicta (more solito) accensa,ĩ eiusq; manibus posita à circunstantibus iã pro mortuo haberet

Filium uidue pro mortuo restaurat.

¶ Tũc Ioãna mater eius ad beatũ Fran.de Paula speale gerens deuotionis affectũ,illũ lacrimãs deprecata est, vt filium suũ sanare,ac vitæ restituere dignaretur. Vt illius ope tribus suis,ex dicto eius filio,nepotibus prouideri posset.Præterea si voti cõpos fieret, & stati huius seculi vanitatibus oĩno renunciaturam,& in habitu terciæ regulę

eiusdem

eiusdem Beati Deo perpetuò famulaturam, deuotè uouit, quo uoto emisso, statim eius filius quasi à morte resurgens, circunstantes aspicere seque melius habere incœpit: nec multis postea diebus, pristinæ fuit saluti restitutus, & per triginta ferè annos idem superuixit.

Oculum sanauit.

¶ Cum in dicto oppido paterni idem beatus vir moras traheret, quidam oculi albuginem patiens ad eum accessit, humiliterq; rogauit, ut sibi opem afferret: cuius precibus motus vir beatus bonbycem sacro latice aspersam super virginem calcem quæ fortè pro ecclesię fabrica ibi aderat, conuoluit & ea oculum macula huiusmodi infectum absterſit, signoq; crucis desuper facto, ab omni albugine & macula statim liberauit.

mortuus in niue repertus.

¶ Cum qnidam dicti oppiddi venatores, hyemis tempore, in montibus niuibus repletis, hominem nullum viuentis signum præseferentem inuenissent, illum sepeliendum ad locum detulerunt: ubi tunc beatus vir morabatur, qui in illum respiciens per charitatem ait, viuit homo iste, & ad eum conuersus, surge inquit, & ambula, ad cuius uerba homo in sepulcrum mittendus. Illicò surrexit, ac pedetentim ambulare cœpit, moxq; hospitij domum ingressus, ac cibo & potu refectus, pristineq; valitudini restitutus, ad propria saluus, & incolumis remeauit.

In fornacē ignis intrauit.

¶ Præterea in dicto oppido Paulæ, dum sui ordinis domus ędificaretur, & calx in fornace coqueretur, accidit, quòd uel propter nimium ignem, uel aliam causam fornax ipsa ruinam minaretur, tunc illius magistri, nullum pœnitus remedium adhibere scientes, ad beatum virum pro auxilio recurrerunt, qui illis per charitatem inquit, ad collationem, seu prandium eatis, mihiq; curam fornacis relinquetis, quibus discedentibus, ipse statim signo crucis facto, intrepidè dictam fornacem ardentem intrauit, ac illam solus reparauit, idcq; absque lęsione aliqua incolumis exiuit.

Liberatur à morte Iulius.

¶ Iulius Bartuchius ètiam de Paula iuuenum multitudine adiutus, post beati viri obitum, è cusentiæ castro

Paulam

Paulam versus eximiæ magnitudinis bombardam transportari curans additis etiam ad laborem viginti bouum iugis, apud quandam decliuem locum non longè à Paula distantem, lamachiam, nuncupatum: funem maximum cuiusdem nauis onerariæ, quo bombarda ipsa alligata erat cuidam arbori (vt paulatim laberetur) inuoluit, quã nec Iulius ipse neque tot socij, propter impetum uelocem, quæ ex magnæ molis lapsu ferebatur, retinere ualerent, ibi dum idem Iulius ultra quàm eius vires ferebant, nititur. Iuxta arborem cui circumligatus erat funis prostratus cecidit, pedesq; suos intra funis orbes inuoluit. Vnde cum nullo pacto (nisi munere diuino) quin eius crura frangerentur, euadere posset, arborem amplectẽs summa cum deuotione clamauit. O beate Francisce de Paula opem fer mihi misero: his dictis, currus cui bombarda ipsa ĩposita erat, in loco præcipitio statim restitit, apparuitq; eidem Iulio quidam frater ordinis beati Francisci de Paula, qui tunc funem ipsum manibus retinuit. ¶ Idem verò Iulius tanto periculo ereptus, omnesq; qui illic, quasi ad spectaculum conuenerant, omnipotenti Deo beatoq; Francisco de Paula, immensas illicò gratias egerunt, ipseq; ante alios omnes nudis pedibus ad eiusdem beati viri monasterium profectus, imaginem suam ceream funæ pedibus implicito pro deuotione in tanti miraculi memoriam obtulit.

¶ Cum à quodam fratre Antonio ordinis minorum professore uiro doctissimo integerrimæq; uitæ, idem beatus vir etiam in publicis prędicationibus carperetur, ꝙ videlicet tàm imprudens esset, ut simplex laicus, & litterarum pœnitus ignarus, quibusdam herbis ęgrotis saluté promitteret. ¶ Accidit ut idem frater Antonius ab alijs dicti ordinis minorum fratribus, ad eundem beatum virum missus fuerit, quatenus eum de præmissis redargueret, qui cum ad eum venisset, & magnis illum contumelijs affecisset, increpassetq; eius ignauiam, & crassitudinem vir Dei constantissimus, patientissimusq; tot conuitijs, & iniurijs nullatenus fractus, ac nec cómotus quidé fuit, — Ignem accepit.

fuit, sed foco appropinquans ardentes titiones nudis manibus accepit, eosq; strictè compressit, ac manifestè ostendit, in Dei virtute omnia fieri posse. At ille prudentissimè prospiciens hominis simplicitatem, & fidem, omniaq; ab eo diuina gratia, & ardentissimo fidei spiritu fieri, eius pedibus aduolutus illos arctè complectens, osculariq; satagens, veniam ab ipso humillimè postulauit. ¶ Neque inde surrexit, donec ab eodem beato patre benediceretur, quod factum est, vt qui antea in illum publicè, maledicta plurima congesserat, proprium confessus errorem, beati viri sanctitatem dignis verisque postea laudibus meritò efferret.

¶ Quæ omnia mirabilem quandam, & rarè auditam viri sanctitatem arguerent, eorumq; celebris fama iam ad claræ memoriç Ludouicum vndecimum, huius nominis françorum Regem Christianissimum perlata esset: Rex viri beati Sanctitate motus, ac ipsum corã videre cupiens, à pię memoriæ Sixto Papa Quarto etiam prædecessore nostro impetrauit, vt eidem beato viro in virtute sanctæ obedientię mandaret, vt ex Calabria in Franciam se conferret: dictumq; Ludouicum Regem visitaret, quibus iussis Dei famulus obediens, in Franciam iuit, vbi eum prædictus Rex singulari deuotione suscipiens, seq; ab eo benedici postulans, illi tanquàm viro Dei magnum honorem, & reuerentiam exhibuit. ¶ Cognita deinde viri sanctitate, & eiusq; fratribus sedẽ propè ciuitatẽ Thuronensẽ, & Regium Palatium assignauit, amplamq; & magnificã domum cum ecclesia, quę in hanc vsq; diem extat, pro ipsius beati Francisci de Paula, suorumq; fratrum vsu, & habitatione construi fecit.

Migrauit i Franciam.

¶ Tãtę insuper cõtinentiæ fuit idẽ beat⁹ vir: vt nõ carne sed solo spiritu compactus esse videretur. Prius enim q̃ ab hac luce discederet, ad oĩpotentis Dei laudem, & gloriam, suęq; religionis propagationẽ, diuina (vt piè creditur) inspiratiõe instructus, tres regulas fratrũ scilicet, ac sororũ, & vtriusq; sexus fideliũ, tertiariorũ nuncupatorũ instituit, & vt humilitatis amator erat. Illãq; à suis etiam coli

Regulas tres isstituit

cœli desiderabat, fratres sui ordinis minimos, & sorores minimas vocari debere, ordinauit, iniunxitq; illis, vt decem mandata diuina, & ecclesię pręcepta salutaria vigilanter obseruātes Romano Pontifici pro tempore existenti fideliter obedirent, ac sub obedientię castitatis, & paupertatis, quadragesimalisq; vitæ sacris votis, perseueranter viuere profiterentur, nonnullis ad regularum fratrum, ac sororum huiusmodi circa personarum ipsarum directionem, & informationem, quàm diuini cultus augmentum, debitam obseruationem, & institutionem, opportunis adiectis capitulis, ipsas verò fratrum, ac sororum cum decem, dictorum autem vtriusq; sexus tertiariorum regulas cum septem capitulis per eum piè institutas, Reuerendissimę memoriæ Iulius Papa secūdus similiter pędecessor noster, eodem beato viro tunc in humanis agente matura præhabita deliberatione, tanquàm religioni consonas, postquàm idem Sixtus prędecessor noster, ac sanctæ commemorationis Innocentius octauus, & Alex. Sextus Romani Pontifices etiam prædecessores nostri, eidem beato viro eiusq; ordini, ac eius personis, & domibus quàm plura priuilegia concesserāt per suas primò, & deinde nos, per alias nostras litteras approbauimus, & confirmauimus, diuersisq; priuilegijs, gratijs, & indultis, ordinem ipsum multipliciter communiuimus, pro vt in ipsorum prædecessorum, & nostris idem confectis litteris plenius continetur.

¶ Cumq; vitæ suæ finem iam proximum (diuina inspiratiōe) prospiceret, idē beatus vir pridieq; decederet, qui fuit dies cęnæ Dñi, pluribus ex fratribus suis, qui ex varijs prouintijs, & regnis tunc ad eum venerant, astantibus in missa conuentuali, post pœnitentiæ sacramentū deuotè susceptum: cum profundissima humilitate huberrimaque lachrymarum effusione, pectus suum percutiendo sacrosanctum Eucharistiæ viaticum, è manibus vnius ex sui ordinis presbyteris magna cum deuotione suscepit. Postea Dño nostro Iesu Christo, beateq; marię virgini, & sanctis omnibus, deuotè per actus gratiarum actio-

Obitus S. Francisci.

actionibus, missaque huiusmodi celebrata, ad cellam suam proprijs pedibus (licet pro senectute debilis, & infirmus) baculo, quem more solito gestabat, innixus redijt. Postero autem die cum idem beatus fidelisq; Dei seruus tempus instare videret, quo sibi ex hac lachrymarum valle migrandum erat: dictos fratres suos ad se conuocari iussit, eosq; ad fraternam pacem, mutuamq; charitatem dulcissimis uerbis, ac salutaribus monitis charitatiuè exhortatus est, illisq; benedictione more solito impertita. ¶ Cum iam nonagesimum primum, uel circa annum fęliciter impleuisset. Anno à partu virgineo millesimo quingentesimo septimo, Aprilis verò die secunda, quæ tunc fuit parasceues, veneris sancta nuncupata, circam horam, qua pro nobis Christus passus est, signo sanctę Crucis deuotè signatus, omnibusq; sacramentis ecclesiasticis debitè commonitus, perlecta coram eo Dominica passione, iunctis deuotè manibus, erectisq; in cœlum oculis, Sanctę Crucis Triumphum piè amplectens reuerenterq; osculans, ac sępius in manus tuas Domine commendo spiritum meum, aliasq; pias rationes deuotissimè repetens, dimissa huius carnis sarcina, quasi viuens absque aliquo doloris, aut mortis notabili signo migrauit ad Christum.

In die veneris sācta.

¶ Cumq; tunc per vndecim dies eiusdem beati corpus insepultum remanserit, illucq; maxima virorum, & mulierum ac religiosarum personarū multitudo accesserit, vt Sanctum virum quem viuentem summa fuerant veneratione prosequti, etiam defunctum viderent, & illius apud Deum suffragia mererentur, mirum omnibus fuit, quòd eius caro per tot dies incorrupta permanserit, nec ullum prorsus fetorem emiserit: quin potius odor quidam suauiter fragrans, ab ea manauerit. Post ipsius etiam obitum, multi eius suffragia deuotè implorantibus, omnipotens Deus quàm plures gratias elargiri, magnaq; miracula palàm operari dignatus est.

Miracula post mortem.

¶ Propter quod carissimi in Christo filius noster Franciscus huius nominis primus francorum Rex Christianissimus,

ſimus, chariſſimaq; in Chriſto filia, Claudia Regina eius conſors (quę alias coram dicti ordinis tunc generali, ac alijs nobilibus perſonis emiſſo uoto, quod ſi gratiam pro maſculo aſſequeretur in beati patris honorem Franciſci nomen ei imponere: fulgentiſſimum puerum in lucem edidit, illiq; iuxta dictum eius votum Franciſci nomen imponi fecit) nec non dilecta etiam in Chriſto filia nobilis mulier Aloyſia de Sabaudia andegauenſis, & angolilmenſis duciſſa, cenomanenſiſq; comitiſſa, eiuſdem Franciſci regis genitrix, nobis per venerabilem fratrem noſtrum Dionyſium Epiſcopum Maclouienſem generalem, ac dilectos filios Iacobum Lucam decanum eccleſię Aurelianenſis, & nobilem virum Antoniũ Raphi, aliàs de Potom Dominum temporalem loci de podio caluario agennenſis diœceſis, pro non nullis particularibus ipſius Chriſtianiſſimi Regis negotijs, nuntios, & oratores ad nos deſtinatos humiliter ſupplicari fecerunt, vt pmiſſis diligenter inquiſitis, & exploratis, ad eiuſdem viri canonizationem procedere dignaremur. supplicatio pro Canonizatione.

¶ Quorum quidem pręcibus, licet libenter ànnuere uellemus, ſummopereq; gauderemus huiuſmodi canonizationem noſtris temporibus diuino quodam miſterio contigiſſe, ac nobis ęquum videretur, vt idem beatus Franciſcus de Paula, quem iam Deus in cœleſti gloria Sanctorum Choro dignum feciſſe pluribus ac manifeſtis indicijs, & miraculis oſtenderat in tertijs, etiam ſibi debito Sanctorum honore non defraudaretur. ¶ Ac ſuper eo maximè nobis inſtaret Venerabilis frater noſter Bernardinus Epiſcopus Sabinenſis Cardinalis Sanctæ Crucis nuncupatus, in dicti ordinis protectorem ab eodem beato viro nondum tunc ab humanis egreſſo, aſſumptus, cumulatiſſimęq; pręces nobis, ac venerabilibus fratribus noſtris Sanctæ Romanæ Eccleſię Cardinalibus, per dicti ordinis tunc zeloſum, totius minimorum ordinis nomine, ſuper hoc ſępius porrectæ fuiſſent, non ſtatim rem tanti ponderis, ac momenti faciendam: ſed iuxta veterem, ac laudabilem conſuetudinem cunctanter maturèq;

conſi-

considerandam duximus. ¶ Post complures igitur commisiones au ę Palatij nostri aduocato consistoriali, & auditoribus causarum eiusdem Palatij super hoc debitè factas: tandem tribus etiam sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, ex tribus illorum ordinibus, videlicet, venerabili Fratri Nicolao Episcopo Albanensi de fusco, & dilectis filijs nostris Dominico tituli Sancti Bartholomei in insula presbytero de Iacobatis, ac Ioanni sanctorum Cosmę, & Damiani nostro (secundum carnem nepoti) Diacono de Saluiatis respectiuè nuncupatis Cardinalibus, de Fratrum nostrorum consilio, & assensu commisimus, ut ipsi visis, & examinatis procesibus æditis, super eiusdem beati viri vita, moribus, fama, & miraculis, ante, & post ipsius obitum eius intercessionibus à Deo factis, alijsq; cunctis ad sanctorum canonizationem huiusmodi necessarijs, se super omnibus ac singulis diligenter informarent, & per eos comperta in nostro secreto consistorio (ut moris est) fideliter referent.

examinatio procesuú.

¶ Cumq; ipsi Cardinales visis, ac diligenter examinatis diuersis procesibus, in partibus Calabriæ, & Franciæ, de sedis Apostolicæ commisione habitis, & ad curiam nostram transmissis, testiumq; fide dignorum depositionibus, pro tantæ rei dignitate debite ponderatis, de supra dictis miraculis, ac vitæ sanctimonia, & alijs à iure requisitis, fidelem nobis relationem in pluribus etiam secretis consistorijs iam fecissent, nosque ipsorum & omnium aliorum Cardinalium vota pro facieda dicta canonizatione, conuenientia, & conformia inuenissemus. ¶ Et pro vlteriori executione, dilectus filius, Angelus de celis vtriusq; iuris doctor, & dilectæ aulæ nostrę consistorialis aduocatus in publico Consistorio omnia de ipsius beati viri vita, moribus, & fama, miraculis, copiosè percensuisset, nobisque humiliter supplicasset, vt ad eiusdem beati Canonizationem matura deliberatione præhabita, procedere dignaremur.

Relatio.

¶ Nos de relatis coram nobis, in primis humiliter Deo gratias agentes rogauimus omnes in eodem publico cócistorio:

cistorio tunc astantes, vt suis orationibus, & ieiunijs ecclesiam Dei iuuarent, ac ne eam altissimus modo aliquo in hm̃oi canonizationis officio errare permitteret, instãter orarẽt. Demum post aliquot dies, cõuocatis de nouo in aula nostra consistoriali, in Palatio Apostolico, vniuersis, & singulis, qui tunc aderant in nostra Romana Curia, ecclesiarum prelatis, Patriarchis, videlicet Archiepiscopis, ac Episcopis, in præsentia eorundem fratrum nostrorum præfatę S. R. E. Cardinalium eosdem processus super ipsius beati vita moribus, fama, & miraculis ædités per eundem Angelum breuiter summarièq; repeti fecimus, quę cum ex serie per Cardinales, ac aliorũ, quibus id munus per nos iniunctum fuerat, enarrata, & exposita fuissent, omnesq; astantes prælati, quid sibi super huiusmodi negotio videretur, interrogati, vnanimi consensu nullo pœnitus discrepante, respondissent sibi videri, quòd idem beatus vir inter sanctos meritò adscriberetur, & connumeraretur. ¶ Nos iterum humiles omnipotenti Deo gratias agentes, quòd ad beatum seruum suum debitis honoribus prosequendum, corda nostra illuminare dignatus esset, ipsius canonizationis diem Dominicam in albis nuncupatam, quæ in ecclesia cantatur, quasi modo geniti infantes, quę tunc occurrebat prima die Maij Anni Domini 1519. in qua etiam tunc Beatorum Apostolorum Philippi, & Iacobi festum contingebat, deputauimus, ac in Basilica Principis Apostolorum de urbe, amplum suggestum ligneum de more parari, & exornari iussimus, super quo quidem hodie astãte populo, ac vniuerso clero de vita, miraculis, & fama eiusdem B. Franc. de Paula, humili deuotioneq; pleno sermone p̃ nos (vt moris est) habito, deindeq; litania, & hymno Veni creator spiritus, p̃ omnia deuotè decantatis. ¶ Nec non à procuratoribus cãę ipsius canonizationis, & à Xp̃ianissimi francorum regis oratoribus hmõi, eiusdéq; ord. minimorũ tunc vicegñali correctori à nobis magna cũ instantia petito pronunciari, adscribi inter sanctos eundem B. Franc. de Paula, cum iam omnia

Deliberatio pro canonizatione fienda.

Dies & annus & mensis canonizationis.

Petitio.

consumata essent, omnesq; consuetas ecclesię cerimonias super ea re ritè seruauissemus. Deum prè oculis habentes, ad canonizationem eiusdem beati sub his verbis procedendum duximus, & processimus.

Forma Canonizationis.

¶ Ad honorem omnipotentis Dei Patris, & filij, & spiritus sancti, ad exaltationé fidei catholicę, Christianęq; religionis augumentum, ac ordinis minimorum consolationem, & incrementum, auctoritate Domini nostri Iesu Christi, beatorumq; Petri, & Pauli Apostolorum eius, & nostra. De fratrum nostrorum speciali consilio, & assensu, decernimus, & diffinimus bonę memoriæ Franciscum de Paula eiusdem ordinis minimorum instiutorem, in cœlesti Hyerusalem inter beatorũ Choros iam receptum: ęternęq; gloriæ condonatũ fuisse, ac sanctorum cófessorum cathalogo adscribédũ fore ipsumq; hmói cathalogo in pñtiarum adscribemus, & eũ tàmq́ sanctũ publicè, priuatimq; colendũ esse declaramus, atq; mandamus.

Festũ die 2 Aprilis.

¶ Statuentes eius festũ die secunda mensis Aprilis ab vniuersali ecclesia annuatim cęlebrãdũ fore, & ab eo suffragia à Christi fidelibus implorari, & expectari posse, omnesq; ac singulos honores illi meritò præstandos, & exhibendos esse, qui cœteris etiam sanctis cófessoribus in huiusmodi cathalogo descriptis, conuenire noscuntur. ¶ Quibus debitè peractis, inchoatoq; p nos, ac decantato, & ad finem vsq; à cantoribus prosequto hymno, Te Deum laudamus, in illius etiam fine, Cardinali Diacono in cantu dicente, ora pro nobis B. Francisce de Paula, à choroq; responso, vt digni efficiamur promissionibus Christi, nos illicò propriam orationé de eodem sancto alta Voce decantauimus, dicentes.

ORATIO.

Seruitutis nrę tibi Dñe iura soluétes q́sumus, ut B. Fran. de Paula cófessoris tui patrocinio suffragáte, in nobis tua dona multiplices, & ab oíbus tuearis aduersis: per Xpm Dñm nrm. Deinde verò à dicto choro respóso, amé, solené

léné illic missam nos ipsi celebrauimus de dicta tūc currēte Dñica in albis, collectas singulas sub vna cōclusione terminantes additis etiam prędicta, cœterisq; specialibus eiusdem S. Francisci de Paula collectis immediatè sequētibus, pro secreta videlicet.

SECRETA.

Hostias Domine tuorum suscipe populorum, quas tibi in Beati Francisci de Paula festiuitate dicamus, ut nobis conferant tuæ propitiationis auxilium: Cum sua conclusione, videlicet per Dominum, &c. Deinde verò post communionem subiunximus dicentes.

POST COMVNIO.

Cœlesti Domine Sacramento consolati, te supplices deprecamur, vt intercedente B. Franc. de Paula, ab omni nos mentis, & corporis labe custodias, & per ipsum tuæ sentiamus indulgentię largitatem: cum simili cōclusione, & ita missam ipsam ad finem vsque cum solitis cęremonijs iuxta ordinarium apostolicum, illic debitè terminauimus, indulgentiamq; plenariam omnibus officio huiusmodi tunc assistentibus deuotè concessimus, ac etiam in loco sepulturæ eiusdem sancti Francisci de Paula, in depositionis suæ die, videlicet secunda Aprilis huiusmodi perpetuò duraturam, quadraginta annorum totidéq; quadragenarum indulgentiam annuatim condonauimus, ad laudem, & gloriam omnipotentis Dei, qui in sanctis suis mirabilis, & gloriosus viuit, & regnat benedictus in secula seculorum.

Cœterum quia difficilè foret præsentes originales litteras ad omnium notitiam deferri. Volumus & decernimus quòd earundem transumptis manu notarij publici subscriptis, sub sigillo venerabilis fratris nostri Patriarchis moderni, & pro tempore existentis Episcopi Pisaurensis, ac cęremoniarum Magistri vel alicuius pręlati ecclesiastici)

Transumptis est adhibenda fides.

clesiastici) fides adhibeatur indubi, in omnibus, ac per omnia, & illis vbique stetur, ac si originales litterę huiusmodi essent exhibitę vel ostensæ.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum processus, voluntatis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Romæ, apud Sanctum Petrum 1519. primo Maij. Pontifi. nostri anno septimo.

Leo x. mandat cęlebrari Festũ S. Francisci đ Paula cũ octaua, & officio proprio.

Supra car.

Clemens vij. infra approbat hoc offitium cũ indulgẽtijs.

LEO Papa x. licet per alias nostras litteras, Sancti Francisci de Paula ordinis fratrum minimorum institutoris festum, ab vniuersali ecclesia die secunda Aprilis annuatim cęlebrandum fore statuerimus: quia tamen de cœtero eiusdem Sancti Francisci de Paula, festum huiusmodi, etiam cum octaua cælebrari volumus. Idcirco uniuersis, & singulis Archiepiscopis, Episcopis, & alijs quibuscumque pręlatis ecclesiasticis, quatęnus ipsi, & eorum singuli; Sancti Francisci de Paula, festum huiusmodi cum officio proprio, cũ illud de Sedis Apostolicę mandato ordinatum fuerit, alias cum offitio vnius confessoris non Pontificis, cum propria oratione, in eius canonizatione à nobis edita, die secunda Aprilis huiusmodi. ¶ Nisi tunc occurrat maior hebdomada, uel octaua Paschę, & tunc secũda feria post octauam Paschæ huiusmodi in suis solemniter, indictorum verò fratrum minimorum ecclesijs singulis, sub ritu festi duplicis, & cum octaua, annuatim cęlebrẽt, seu cælebrari faciant, & mandent, expresse Apostolica authotitate commictimus, & mandamus per præsentes. Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, sub Annulo piscatoris. Die 25. Martij 1521. Pontificatus nostri Anno nono. Sadoletus.

Sequentia priuilegia Leonis X. intelliguntur communicata.

Dilectis filijs Generalibus, & Prouintialibus Vicarijs nec non Guardianis fratribus ordinis minorum de obseruantia nuncupatis.

Leo Papa decimus. Dilecti filij salutem, & Apostolicam benedictionem. Religionis honestas suadet, & deuotionis vestrę promeretur affectus, ut uos Apostolici fauoris suffragio prosequēn: precibus vestris pręsertim commodum & decorē ordinis vestri concernentibus, prout possumus fauorabiliter annuamus. Cum itaq; sicut nobis nuper exponi fecistis, dudum fe.re. Sixtus Papa iiij. prædecessor noster, vobis ut paramenta, & ornaméta ecclesiastica, ac corpalia, ac alia in quibus Chrisma non interuenit benedicere possitis, gratiosè concesserit, & ab illo tempore in possessione benedicendi paramenta, & corporalia huiusmodi, secundum limitationem inter uos in capitulis vestris factam fueritis, ac in diuersis etiam remotis partibus, & insulis de nouo ab infidelibus recuperatis diuersę domus ordinis vestri constructæ existant, & in dies construantur, & ordinarij locorum non semper in suis ciuitatibus, & diœcesibus resideant, & interdum in remotis agant, & sępius contingat loca, & cimiteria earundem domorum, sanguinis effusione, seu alias pollui, ac illarum fratres non semper ordinarios locorum pro illis reconciliandis adire possunt, immò qñq; illis graue, seu dispendiosum existat, ad illos quandoq; per tres dietas ab eorū domibus distantes accedere. ¶ Nobis humiliter supplicari fecistis, vt cum piè memoriæ, Iulius Papa secundus et prædecessor nr, Dilectis filijs fratribus ordinis mini-

Leo x. sup facultatem Iulij ij. concessam prę latis, de benedicendis & reconciliandis ecclesijs, concedit eisdē posse, etiā i casu aquā benedicere.

Supplicatio.

morum indultum ecclesias & cemiteria sua benedicẽdi & reconciliandi cõcesserit, ac interdũ ex eis præsertim in remotis agentes qñq; per duas dietas adiri nequeant vobis super his opportunè prouidere de benignitate, Apost. dignaremur. ¶ Nos igitur qui religiosarũ psonarũ vota per quę eorũ dispendijs obuiatur, ac cõmodis & pfectibus prouideretur, studio charitatis libenter prosequimur. Hmôi supplicationibus inclinati, vobis & pro tpe existentibus generalibus, & Prouintialibus, ac Guardianis, & fratribus vestrorum ordinis & obseruantię, vt ecclesias oratoria & loca, quęcunq; recepta & recipienda, nõdũ cõsecratas seu cõnsecrata; facta prius requisitione ab Epis locorũ eisq; recusantibus vel negligentibus, per quẽlibet aliũ catholicũ Epm, grãm, & cõionẽ dictę sedis habentẽ, cõnsecrari facere. ¶ Ac vestri ordinis Gñalibus & Prouintialibus Vicar. & custodibus, ac Guardianis, p tpe existentibus pfatis, vt oĩa & singula eiusdem ordinis & obseruantiæ ecclesias, cemiteria, ac capitula & oratoria, vbicunq; existentia, receptas, & recepta, & recipiendas seu recipienda, ac paramenta, & ornamenta, ac alia quęcunq; ad diuinum cultum, & vsum vestrum necessariarin quibus Chrisma non interuenit, pro vestro vsu tantum, solẽni benedictione. ¶ Ac etiam per Vicarium, seu Guardianos, aut alios ad hoc, à vobis in vestris capitulis Gñalibus prouidè deputandis, benedicere, ac illos, seu illa, & eorum quodlibet sanguinis seu seminis effusione, seu alias qñolibet pollutas seu polluta (quoties opus fuerit) aqua p vos, præsertim in locis remotis vbi Epm aquã benedicentem per duas dietas adire non poteritis benedicta; reconciliare liberè, & licitè valeatis authot. Apost. tenore præsentium concedimus, & indulgemus. ¶ Non obstantibus quibusuis Apostolicis, ac in Prouintialibus & Sinodalibus concilijs, edictis Generalibus, vel spiritualibus, constitutionibus, & ordinationibus, cœterisque contrarijs quibuscunque. Datis Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, Die 3. Februarij. 1514. Pont. Nostri Anno secundo.

Supra pro minimis car. 27.

Concessio.

Guardianis conceditur cum limitatione cap. gen. & sic debet intelligi per cõmun. quo ad correctores minimorum.

Dile-

Dilectis filijs, Vicarijs Generalibus, & prouincialibus, ac fratribus uniuersis familiæ fratrum minorum de obseruantia ubilibet constitutis.

LEO Papa X. Dilecti filij, salutem, & Apostolicam benedictionem. Cum, sicut nobis exponi fecistis, vos ab illis, qui ordinem vestrum minorum de obseruantia suscipere, & ad illud ingredi cupiunt, inquirere, antequàm à uobis recipiantur, soleatis, videlicet si sint fideles, & catholici de nullo errore suscepti, matrimonio, non ligati, corpore sani, animo prompti, debitis expediti, conditione liberi, ætatis saltem sexdecim annorum, nulla infamia vulgari maculati, competenter literati, uel ad labores fratribus honestos, & vtiles apti, aut talis conditionis existant, quòd eorum receptio clero, & populo non modicam ędificationem afferat. Et sicut eadem expositio subiungebat, contingat sæpius, quòd aliqui in eorum ad huiusmodi ordinem susceptionē, & quod maius est, professionē dolosè, & fraudelenter recipiant, sese criminosos, vel scandalosos fore, licèt in rei veritate aliter existant, & eorū receptio, & professionis emissio. ¶ Propter grauia, & uulgaria, q̄bus maculati existunt, delicta, de quibus uos recognitionem, & notitiam tunc habere non potestis, graue scandalum, & perturbationem religioni uestræ huiusmodi nonnunquàm afferat. ¶ Quare cum ex taciturnitate delictorum, & grauiū excessuum huiusmodi vestræ religionis & animarum, & conscientiarum vestrarum puritatibus, uitæq; uestrę exēplaris normę, grauę nonnunquàm etiam in Christi fidelibus populis murmurationem de perceptione talium virorum facinorosorum, scandalosorum, de quibus vos (ut præmittitur) tunc nullam notitiam habebatis, scan-

Leo x. concedit, quòd posśint expelli ab ordinē ilii, q̄ fuerant maculati in sæculo grauibus delictis & ea tacuerunt, tp̄e p̄fessionis.

Supplicatio. dala, & murmurationes, & bonorum operũ ſubtractiones ſubſequantur ¶. Nobis propterea humiliter ſupplicari feciſtis, vt vobis ĩ pręmiſſis, ad obuiandum tot, & tantis ſcandalis, pro religionis veſtræ, & animarum veſtrarum puritatis conſeruatione, prouidere de benignitate apoſtolica dignaremur. ¶ Nos itaq; veſtram religionem, quæ, domino concedente, inter alias vberrimos bonorũ operũ fructus exhibere cõſueuit: in ſua puritate maneat, ac tot murmurationibus, & ſcandalis obuiare volentes: vobis, quod omnes, & ſingulos ad veſtram religionem confugientes, etiam profeſſos, qui grauiſsimis & ſcandaloſis delictis notati, & diffamati fuerunt, quæ fradulenter, & doloſè in earum receptione, ſeu profeſſionis emiſsione (monitione ſuper his per vos præmiſſa) tacuerunt, non obſtante, quod iam per vos recepti, & profeſsiones per eos emiſſæ fuerunt, ne morbida, & infecta pecus ouile domini corrumpat, aliiſq; cedat in exẽplum, a domibus, & conuentibus veſtris, prout conſcientiæ veſtræ, quam ſuper hoc oneramus: viſum fuerit, & iuſtum, & honeſtum fore decreueritis, expellere, & remouere liberè, & licitè poſsitis, & valeatis, authoritate apoſtolica, tenore præſentium licentiã, & facultatem concedimus, pariterque indulgemus. ¶ Conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, & ordinis veſtri huiuſmodi iuramento, confirmatione apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus cæteriſque in contrarium facientibus, non obſtantibus quibuſcunque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub Annulo Piſcatoris. Die 15. Martij. 1516. Pontificatus noſtri anno quarto. Iacobus Sadoletus.

Cõceſsio.

Dilecti

Dilectis filijs uicarijs generalibus, & uniuersis fratribus ordinis minorum: de familia, seu obseruantia, nunc, & pro tempore ubicumque degentibus.

LEO Papa X. Dilecti filij salutē, & Apostolicam benedictionem. Cum sicut accepimus, propter deuotionem, quam vtriusque sexus Christi fideles ad ordinem fratrum minorum de obseruantia gerunt, contingat sæpius, vt fideles ipsi plures missas, per eosdem fratres cælebrandas, elargita eis aliqua eleemosina comittant, & in aliquibus regionibus, in eleemosinam celebrationis vnius missæ certa pecuniæ quantitas, valde parua tenuis dari cōsueuit, adeò quòd vos ob eleemosinā, quę singulariter a pluribus elargitur, tot missas, quot sunt largientes, pro singulis celebrare non valeatis: Vnde dubitatis super his conscientias vestras prægrauari. ¶ Quare pro parte nobis fuit humiliter supplicatum, vt vobis, & pro tempore existentibus fratribus ordinis, & obseruātiæ prædictorū, & conscientiarū vestrarū puritati, paterna cura, de benignitate Apostolica prouidere dignaremur. Nos itaque qui ordinem vestrū propter uberes, & salutiferos fructus, quos ordo ipse in agro domini in dies producere nō cessat, in visceribus charitatis gerimus, vestrisq; in hac parte supplicationibus īclinati, vobis, ac pro tempore existentibus fratribus ordinis, & obseruantiæ prædictorum, quod celebrando vnam missam dumtaxat, (si eleemosina æquiualens vnius Iulij non elargitur) etiam si duas, tres, aut quatuor, vel plures missas celebratur, occasione diuersarum, vel plurium eleemosinarum huiusmodi essetis, & in dicta celebranda missa, pro omnibus, qui pro dictis missis in eleemosinam vsq; ad summam hmoi, cōtribuerint, vel contribuent in futurū, commemorationē in genere faciendo, in hac cōscientiarum vestrarum puritati satisfactum fore, & esse autho-

Leo x. declarat, & concedit q̃ fratres satisfaciant dicendo vnā missā pro multis pro quibus non datur eis nisi quarta pars vnius caroleni.

authoritate Apostolica decernimus pariter, & indulgemus. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quibusvis litteris Apostolicis, p quoscunque Romanos Pontifices prędecessores nostros prædicto ordini, subquibusuis verborum formis, & expressionibus, ac clausulis quantumcunque fortissimis, & insolitis concessis, & cócedendis, quibus tenores illarum, ac si de verbo ad uerbũ insererentur, pro expressis habétes (illis aliàs in suo robore permansuris) ac vice dumtaxat, in quantum pręmissis contrariari viderentur, spetialiter, & expressè derogamus. Cęterisque contrarijs quibuscunque. Cæterum quia difficile foret, præsentes ad singula loca (in qbus opus esset) deferre, volumus, & dicta authoritate decernimus, quòd illorum transumptis manu alicuius notarij publici subscriptis, & sigilli alicuius Vicarij Prouincialis ordinis huiusmodi communitis, tanta fides adhibeatur quanta, adhiberetur præsentibus, si essent exhibitę vel ostensę in medium. Datum Romę apud S. Petrum, sub annulo piscaroris, die 23. Martij 1517. Pontificatus nostri anno 5.

Leo x. declarat, q audientes missas diebus festis i ecclesijs fratrum satisfaciunt præcepto ecclesię.

LEO Papa X. vniuersis, & singulis pręsentes litteras inspecturis, salutem, & apostolicam benedictionem. Intelleximus quosdam in dubium reuocare, & perindè timoratis conscientijs scrupulum inijcere, si Christi fideles, qui Dominicis, & festis diebus extra ecclesias suas parochiales, missas audiunt in ecclesijs fratrum ordinum mendicantium, ecclesię pręcepto de missa audienda, satisfaciant. ¶ Nos enim ambiguitatem huiusmodi penitus tollere volentes, vt cum sinceriori conscientia fideles quique Deo creatori suo seruiant auctoritate Apostolica tenore præsentium notum facimus, omnes Christi fideles vtriusq; sexus, qui (non cótempto proprio sacerdote parrochiali) in ecclesijs fratrum ordinum mendicantium, Dominicis, & festis diebus missas audiunt, satisfacere præcepto ecclesię de missa audi-

ſa audienda, nec in aliquam labem mortalis peccati, pęnamuè propterea incurrere. In contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcumque. ¶ Et quia difficile foret præſentes litteras noſtras originaliter ad loca omnia, (vbi opus foret) deferri, volumus, & decernimus, ut earũ tráſúptis, manu notarij publici ſuſcriptis, & ſigillo alicuius prælati in dignitate ecclesiaſtica conſtituti munitis, ea fides (vbi opus fuerit) detur, quæ originalibus ipſis datetur, ſi exhibitę forent, vel oſtenſę. Datum Romę apud S. Petrum ſub annulo piſcatoris die 13. Nouembris. 1517, Pontificatus noſtri anno 5.

LEO Papa X. ad futuram rei memoriam Nuper in ſacro Lateranenſi Concilio in reformatione priuilegiorum Religioſis conceſſorum, inter alia ſtatuimus quòd fratres, & ſorores tertij ordinis, nec non mantellati corrigiati, bizocharę, cordellati, & quocunque nomine nuncupati in proprijs domibus habitantes, ſepulturam vbi voluerint, eligere valeant, ſed die paſchatis tãtum euchariſtiam, ac extremam vnctioné cęterasque eccleſiaſtica ſacramenta (pænitentię ſacramento duntaxat excepto) à proprio ſacerdote recipere, & ad onera, quę laicis incumbunt perſerenda teneantur. Et ne cenſura vileſcat eccleſiaſtica, & minoris authoritatis interdicti ſententia reputetur, ijdem dicti tertij ordinis ad diuina audienda nullatenus admittantur, ſi cauſam dederint interdicto, vel ipſam cauſam nutriant, aut ſoueant, aut dantibus auxilium, conſilium, vel fauorem quoquomodo pręſtiterint. ¶ Collegialiter uerò viuétes, ſeu cum clauſuralibus habitantes, ac mulieres virginalem, ſeu cęlibem, aut caſtam vidualem, expreſſo voto, & ſub dicto habitu vitam ducentes. Priuilegijs, quibus fratres ordinis, cuius tertiæ regulę habitum geſtant, gaudere debeant, pro ut in conſtitutione dicti lateranenſis Concilij, eodem approbante Concilio deſuper edita plenius continetur. ¶ Cum autem ſicut accepimus, à quibuſdam

Leo x. declarat, & concedit quod ſorores tertij ordinis vouétes etiã ſimplicẽ cõtinentiam, gaudét priuilegijs, ét ſi in domibus proprijs habitent.

nimirum curiosis vertatur iu dubium, an votũ prędictum de voto solemni religiosis intelligatur, cum illud tria substantialia comprehendat, obedientiam s. paupertatem, & castitatem, & circa dictas mulieres, virginalem, seu castã, & uidualem vitam ducentes, de virginitate, & castitate tantummodò mentio fiat. ¶ Nos ad tollendum omne dubium, motu proprio, & ex certa nostra scientia, ac de Apostolicę potestatis plenitudine: harum serie decernimus, & declaramus, ꝙ in præmissis de voto solemni religionis, minimè intelligi debeat, ita vt mulieres virginalem, aut cęlibem vitam simpliciter vouentes, etiam in cõsauguineorum, & affinium suorum, aut proprijs domibus, vel seorsum habitantes, priuilegijs, & immunitatibus prædictis in omnibus, & per omnia frui, & gaudere debeant, non obstantibus omnibus illis, quæ in dicta constitutione nostra voluimus non obstare, cæterisq; contrarijs quibuscumq:. Datũ Romę apud S. Petrum sub annulo piscatoris die 1. Martij 1518. Pontificatus nostri anno sexto.

Declaratio & concessio Leonis x.

LEO Papa X. Vniuersis, & singulis præsentes literas inspecturis salutem, & Apostolicam benedictionem. Romani Pontificis, in quo diuina dispositione potestatis plenitudo consistit, prouidentia circunspecta, statum personarum quarumlibet (præsertim sub religionis iugo degentium) diligenter intendens, ad ea partes solicitudinis interponit, per quæ earumdem personarum paci, quieti, & tranquillitati valeat prouideri, & ad ea quæ propterea prouidè statuta, & ordinata dicuntur fuisse, vt firma perpetuò, & illibata persistant, Apostolici minimis adijcit firmitatem, aliasque desuper ordinat, & disponit, prout personarum, & temporum qualitate pensata, id conspicit in domino salubriter expedire. ¶ Sanè per dilectum filium nostrũ Thomam tituli sancti Sixti, pręsbyterum Cardinalem; ac Magistrum generalem totius ordinis prędicatorũ nobis expositi

Leo x. prohibet ꝙ fratres nõ possint habere recursum ad curias, seculares; siue ecclesiasticas.

posito; quod licet olim Bonifacius Nonus in sua obedientia nuncupatus, statuerit, & ordinauerit, quòd nullus ex fratribus ordinis prędicatorum, aut sororibus, sub obedientia eorundem fratrum degentibus; aliquem, seu aliquam, ex fratribus dicti ordinis, vel sororibus sub dicta obedientia coram aliquo iudice, qui de dicto ordine non esset, ex quacunque causa conuenire, seu conueniri facere. nec à correctione quacumque, seu aliàs ab aliquo prælato, seu fratres dicti ordinis, quauis occasione vel causa appellare, aut contra eos querelam proponere posset, aut debere, nisi prius causá prouinciali, seu conuentuali priore, & magistro & successiuè in capitulo generali dicti ordinis, causam, vel quærelam suam, verbo vel in scriptis proposuerit, prout in litteris desuper confectis, plenius contineri dicitur. Nihilominus nonnulli fratres, & sorores ordinis; & obedientiæ huiusmodi coram priuilegiorum suarum prouintiarum congregationum, personarum, vel totius ordinis conseruatoribus, vel Cameræ Apostolicę ciuitatis nostræ Auinionensis, vel alijs ecclesiasticis, aut secularibus iudicibus, seu curijs conueniri, Nonnulli etiam, a correctione, vel absolutione, suorum officiorum appellare non formidant, Vnde ordo prędictus laboribus, & impensis plurimis grauati, obedientia, & vita regularis eneruatur, pluraq; alia inconuenientia sequuntur.

Fratres nō possunt habere iudices extra ordinē sub pœna, excōicationis

¶Nos qui ad ordinem prędictum, illiusque personas singularem gerimus deuotionis affectum, eiusque statum tranquillum plurimum desideramus, litterarum prædictarum tenorem præsentibus pro sufficienter expresso, & inserto habentes, statutum, & ordinationem huiusmodi, & prout concernunt omnia, & singula in dictis litteris contenta, authoritate Apostolica, motu proprio, & ex certa scientia tenore præsentium approbamus, & confirmamus, ac perpetuę firmitatis robur obtinere, & inuiolabiliter obseruari, decernimus.

¶Supplentes oēs, & singulos defectus, si qui forsan interuenerunt,

venerunt in eisdem. ¶ Ac pro potiori cautela, omnia, & singula, etiam sub excommunicationis latæ sententiæ pœna, eo ipso incurrenda, authoritate præfata, tenore præsentium, statuimus, & ordinamus. ¶ Inhibentes sub eadē pœna quibusuis iudicibus ecclesiasticis, & secularibus, etiam conseruatoribus priuilegiorum dicti ordinis, aut quarumcunque personarom, congregationum, aut domorum: & monasteriorum eiusdem, & Cameræ Apostolicæ Auinionensis, ne querelas huiusmodi fratrum, & sororum, contra alios fratres dicti ordinis suscipiant, vel de eis cognoscat. ¶ Et causas coram eis pendentes ad ordinarios iudices dicti ordinis remittant, ac quoscunq; processus inter fratres, & sorores præfatos, coram alijs, quàm iudicibus ordinarijs dicti ordinis habendos, & sententias faciendas, nullas, etiam inualidas, nulliusque roboris vel momenti fuisse, esse, sicque per quoscunq; iudices, & Commissarios etiam cārum palatij Apostolici auditores, in qualibet instantia pronuntiari, & diffiniri debere, sublata eis, & cuilibet eorum aliter interpretandi, & iudicandi facultate, & authoritate, ac irritum, & inane, si secùs super his à quoquàm, quauis authoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari decernimus. ¶ Et nihilo minus vniuersis, & simgulis venerabilibus fratribus nostris Archiepiscopis, Abbatibus, & alijs psonis in dignitate ecclesiastica constitutis, nec non metropolitanorum, & aliorum cathedralium ecclesiarum canonicis committimus, & mandamus, quatenus ipsi, aut eorum quilibet, dum & quotiens pro parte singulorū prouintialium, & priorum, ac aliorum superiorum dicti ordinis fuerint requisiti, litteras nostras, ac omnia, & singula præmissa, à quibusuis iudicibus ecclesiasticis, & secularibus, etiam cōseruatoribus priuilegiorum dicti ordinis, aut cuiuscunq; eius prouintiæ, vel congregationis, inuiolabiliter obseruari faciant, contradictores per censuras ecclesiasticas, & alia iuris remedia cōpescendo, Inuocato (si opus fuerit) auxilio Brachij secularis. ¶ Non obstantibus fælicis recordationis, Bonifacij Papæ octaui predecessoris nostri,

Omnes iudices debent remittere causas fratrum, & sororū ad iudiciū ordinis.

Iudices deputantur.

inter alia cauetur expreſsè, ne quis extra ſuam ciuitatem vel diœceſim, niſi in certis exceptis caſibus, & in illis vltra vnam dietam à fine diœceſis ad iudicium euocetur, ſeu ne iudices à ſede pręfata deputati extra ciuitatẽ, vel diœceſim, in quibus deputati fuerint, contra quoſcũque procedere, aut alij vel alijs vices ſuas committere præſumant. Et de duabus dietis in concilio generali editis, nec non perſonis vltra certum numerum ad iudiciũ non vocandis, & alijs conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, priuilegijs quoque indultis, & litteris, Apoſtolicis, prędicto, & quibusuis, alijs ordinibus, prouintijs, congregationibus, & perſonis cuiuscunque digni tatis, ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis fuerint, conceſsis, confirmatis, & approbatis, quibus, tenorem illorũ, ac ſi de verbo ad uerbum, pręſentibus inſererentur, pro expreſſis habentes (illis alias in ſuo robore permanſuris) hac vice dumtaxat, ſpetialiter, & expreſſè, motu, & ſcientia præmiſſis derogamus, ac nulli in præiudicium pręmiſſorum ſuffragari volumus. ¶ Aut ſi aliquibus communiter, vel diuiſim ab eadem ſit ſede indultum, quod interdici, ſubſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas, non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad uerbum de indulto huiuſmodi mentionẽ ¶ Et quia difficile foret pręſentes litteras, originaliter ad omnia loca (in quibus opus eſſent) deferri. Volumus, & prædicta authoritate decernimus, quòd earum tranſumptis, manu notarij publici ſubſcriptis, & ſiggillo alicuius in dignitate eccleſiaſtica conſtiti, munitis, ea fides indubia, in iuditio, & extra, vbicunque opus fuerit, adhibeatur, quæ originalibus ipſis adhiberetur, ſi eſſent exhibitæ vel oſtenſę, Datum Romę, Apud Sanctum Petrum, ſub annulo piſcatoris die 29. Aprilis. 1518. Pontificatus noſtri anno 6.

Dilectis

Dilectis filijs generali, ac uniuersis prouinciali bu ministris ordinis minorum regularis obseruantiæ nunc, & pro tempore existentibus.

Leo x. concedit bona immobilia alienari.

LEO Papa X. Dilecti filij salutem, & Apostolicam benedictionem. ¶ Cum sepe numero accidat quòd pro vrgenti necessitate, aut aliqua euidenti vtilitate bona immobilia conuentuum, locorum, ac monasteriorum monialium, prouintiarum vestrarum respectiuè commissarum, alienare, vel permutare expedit, & ea se offert opportunitas, quę semel prætermissa, magnam affert iacturam. ¶ Nos hoc paterno affectu considerantes, indemnitati, & vtilitati monasteriorum, conuentuum, & locorum huiusmodi, quantum cum Deo possumus, opportunè consulere cupientes, vestris in hac parte supplicationibus inclinati, vobis, vt pro emergentibus necessitatibus, & euidentibus vtilitatibus conuentuum, & locorum vestri ordinis, & monasteriorum monialium ordinis Sanctę Claræ, nec non tertij ordinis beati Francisci de pęnitentia nuncupati, in dictis prouintijs consistentium, vendere, alienare, ac permutare, quelibet bona immobilia de consensu duarum partium conuentuum domorum, & monasteriorum, quorum dicta bona fuerint, ac de consensu maioris partis earumdem, etiam vltra triennium locare (vltimis testatorum voluntatibus non obstantibus) dummodò id in conuentuum, locorum, & monasteriorum ipsorum euidentem vtilitatem, habita diligenti informatione, à duobus aut tribus bonis viris locorum, in quibus bona consistent, cedere dignoscatur, super quo prudentiam vestrã, & onorum virorum huiusmodi requirimus, & conscientiam oneramus, licentiam, & facultatem harum serie vobis concedimus.

Non obstãte voluntate testatorum.

Locationes

¶ Insuper vt locationes in præiuditium dominorum, & mo-

& monasteriorum ipsorum factas retractare. ¶ Permutationes, & venditiones, quæ per ignorantiam constitutionis fel. rec. Pauli Papę II. prædecessoris nostri, in euidentem tamen vtilitatem, & necessitatem factę fuerint, (dum id constet coram Vicario Episcopi loci) confirmare, & approbare possitis, & valeatis, pręsentium tenore, eadem authoritate indulgemus. Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, pręsertim dicti Pauli nostri prædecessoris, alijsque in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque: volumus autem quòd pręsentium transumptis, manu publici notarij subscriptis, & sigillo alicuius curię episcopalis muniti, eadem prorsus fides, tàm in iuditio quàm extra adhibeatur, quę pręsentibus adhiberetur, si illę essent exhibitę vel ostensę.

¶ Datum Romę apud Sanctum Petrum, sub annulo piscatoris die 27. Nouembris 1519. Pontificatus nostri anno octauo.

LEO Papa X. vniuersis, & singulis Christi fidelibus præsentes litteras inspecturis, salutem, & Apostolicam benedictionem. Dudum per nos accepto, quòd Romani Pontifices prædecessores nostri, aliqui ad minorum, alij verò ad Hęremitarum Sancti Augustini, alij ad beatæ Mariæ de monte Carmelo, reliqui ad prædicatorum ordinum fratres, & domos, iuxta ipsorum vota, deuotionis affectum gerentes, illorum singulis nonnullas gratias, concessiones, indulgentias, peccatorum remissiones, prerogatiuas, fauores, immunitates, exemptiones, facultates, priuilegia, indulta, ac dona, tàm spiritualia, quàm temporalia, per diuersas ipsorum litteras, respectiuè concesserunt. ¶ Nos ad singulos ordines prędictos, singulasq; ipsorum ordinum domos, vbi religiosè viuitur, indifferenter, absque acceptione personarum deuotionis affectum ęqua lance gerentes, omnes, & singulas gratias, concessio-

Leo x. declarat q indulgentijs et S. Mariæ de populo de vrbe possint gaudere fratres mendicantes, & moniales, ac tertiarij & eorum familiares.

nes indulgentias, peccatorum remissiones, prærogatiuas fauores, immunitates, exemptiones, facultates, priuilegia, indulta, tàm spiritualia, quàm temporalia, qualiacumque illa essent, quæ prędicatorum, minorum, hæremitarum Sancti Augustini, Carmelitarum, seruorum beatę Marię, ac minimorum fratrum, in domibus, & illorum ecclesijs, oratorijs, & ac ecclesias ipsas, & oratoria pro tempore visitantibus, cuiuscunque status, aut sexus existerent, seu pro eorum manutentione, & ornatu contribuentibus, nec non domibus, & prę sidentibus, non solum generalibus, & prouincialibus, fratribus q; & sororibus, nec non monialibus, & conuersis, oblatis ac utriusque sexus personis de pęnitentia, seu tertij habitus nuncupatis, à dictis prædecessoribus, aut à nobis, ipsisque successoribus, aut alias authoritatem habentibus coniunctim, vel diuisim in genere, uel in spetie cócessa fuerunt, aut in posterum concedentur, illa, & omnia singula, ac si nominanter exprimerentur, pro sufficienter expressis tunc habentes, singulis ordinibus prędictis illorumque singulis ecclesijs, oratorijs, & ecclesias, & oratoria visitantibus cuiuscunque status, aut sexus existerent, seu pro eorum manutentione, & ornatu contribuentibus nec non, domibus, & conuentualibus fratribus, etiam, & sororibus, vel monialibus, diuersis quoq; & oblatis, ac vtriusque sexus personis de pęnitentia nuncupatis, & alijs singulorum ordinum prędictorum, Motu proprio, & ex mera nostra scientia, & liberalitate, de Apostolicę authoritatis plenitudine communicauimus. Illaque omnia, & singula inter dictorum ordinum personas, pariformiter, communia esse, fuisse, & esse volumus, prout in singulis litteris prędictis plenius continetur. ¶ Et deinde, sicut accepimus, nonnulli fratres dictorum ordinum, volentes sapere plusquàm oportet, atq; ad ipsorum nutum verba ipsa interpretantes, diuersis tàm secularibus quàm etiam alijs personis publicè, & priuatè suggesserint, qui ipsi seculares visitando vnã dictorũ ordinũ domũ, oẽs, & singulas indulgentias, & re-

Idem Leo x. declarat q seculares non possũt gaudere dictis indulgentiis.

& remissiones peccatorũ, tàm per dictos prędecessores nostros, q̃ per nos domui beatę Marię de populo de vrbe cõcessas, consequi poterant, perinde, ac si dictã domũ S. Marię de populo visitarent, ꝙ pręter ipsorum pręde cessorum, & nostram menté fuisse, & esse dignoscitur. ¶ Attendẽtes igiť, ꝙ indulgentia intuitu religionis con cessa, ad seculares extendi nõ debet: volentes, menté dictorũ prędecessorũ, & nostrã declarare, & oẽm ambigui taté, & occasioné tollere, motu proprio, & ex certa nr̃a sciẽtia, volumus, & auctoritate Apoľca declaram⁹, ꝙ vniuersi, & singuli dictorũ ordinũ fratres, & moniales, tertijq; ordinis vtriusq; sexus, & familiares tñ dũtaxat, oĩbus, & singulis indulgentijs, & gratijs, per eosdẽ p̃decessores, & nos, domui B. Mariæ de populo de vrbe, vt præferť, cõcessis, & cõcedẽdis vtanť potianť, & gaudeãt, ac vti, potiri, & gaudere possint, q̃uolibet in futurũ, perinde ac si ipsi dictã domũ B. Mariæ de populo, his diebus, & festiuitatibus, quibus indulgentiæ hmõi cõcessę fore dignoscunť, p̃sonaliter visitarẽt, quòdq; vigore prædictarũ litterarũ, seculares gratijs, & indulgẽtiis hmõi vti, & gaudere non possunt: inhibentes nihilominus in virtute Sanctæ obedientię, & sub excõinis latę snĩæ pœna eo ipso per contrafaciẽtes incurrẽda, oĩbus, & singulis fratribus cuiuscũq; ordinis existentibus, & quibuslibet aliijs p̃sonis, ne deinceps, ne indulgẽtias, & gratias hmõi S. Mariæ de populo de vrbe, ad seculares extendi prædicent, aut publicè, vel priuatè nuntient. Nõ obstãtibus præmissis, aut quibusuis aliis litteris Apostolicis, priuilegiis quoque, & ĩdultis dictis ordinib⁹ cõcessis, quę quoad p̃missa reuocamus, cassamus, & annullamus, cęterisq; ĩ cõtrariũ faciẽtibus quibuscũq;. volumus aũt, & auctoritate Apľca decernimus, ꝙ p̃ñtibus trãsũptis, manu notarij publici signatis, & alicuius p̃lati, aut p̃sonæ ĩ ecclesiastica dignitate cõstitutę sigillo munitis, ea fides ꝓrsus in iudicio, & extra adhibeať, quæ adhibereť si pręsentes litterę essent exhibitę, vel ostẽsę. Datũ Romę apud S. Petrũ sub annulo piscatoris die 10. Decemb, 1519. Pont. nostri anno. 7.

SEQVITVR MODERATIO PRIVILEGIORVM OMNIVM ordinum mendicantium facta per Leonem X. in Concilio Lateranensi.

Moderationes priuilegiorum, ordinum mendicantium.

LEO Episcopus seruus seruorum dei, ad perpetuam rei memoriam sacro approbante concilio. ¶ Dum intra mentis arcana reuoluimus, & diligenti consideratione pensamus, operosa solicitudinis studia, continuosq; labores, pro diuini nominis gloria exaltatione catholicæ fidei, ecclesiæ vnitate seruanda, & institutione, ac salute fidelium animarum per Episcopos, eorumque superiores in diuersis orbis partibus, ad regimen suarum ecclesiarum à sede Apostolica constitutos, nec non fratres diuersorum ordinum, presertim mendicantium, indefessè, & indesinenter impensos, tanta ex eorum in vinea domini fructuosis operibus, & oportunè, ac laudabiliter gestis, cordi nostro peruenit satisfactio, vt iis, quę ad pacem, & quietem inter eos conseruandam concedere cognoscimus, omni studio intendamus. Nouimus enim Episcopos ipsos in partem sollicitudinis nostræ assumptos fuisse, quorum honor, & sublimitas, (testante Ambrosio) nullis poterit comparationibus adęquari, religiosos etiam in agro dominico pro Christianæ religionis defensione, & ampliatione complura fecisse, ac vberes fructus produxisse, & in dies singulos proferre, ita vt eorundem Episcoporum, ac religiosorum bonis operibus, orthodoxam fidem increre,

crementa sumpsisse, & per orbem terrarum vndique dilatatam fuisse, fidelium nullus ignoret. Et sicut ipsi sæpe numerò vigilantissima, & solerti cura: scismata in Dei Ecclesia extinguere, & ecclæ vnitatẽ reddere, & & vt eiusdem Ecclesię pacis tranquilitas daretur, innumeros labores, subire non dubitarunt. Ita quoque par est eos inter se nostris prouisionibus pacis vinculo, ac fraterna charitate, & vnitate coniūgi, vt eorum concordi doctrina, & mutuis operibus vberiores in ecclesia Dei fructus proueniant. ¶ Sanè cupientes, vt iura spiritualia, quæ ad Dei laudem, & Christi fidelium animarum salutem pertinent, & quorum exercitium prefatis episcopis, & eorum superioribus in suis diœcesibus, cum ipsi in partem sollicitudinis (vt præfertur) assumpti, ac diœceses distinctè, & cuilibet eorumdem episcoporum assignatæ fuerunt, commissum extitit, per ipsos episcopos exerceantur, & ius illa liberè exercendi, quantum fieri potest eis illæsum preseruetur. Et si aliqua dictis fratribus mendicantibus, in eorumdem episcoporum læsionem, per Romanos Pontifices predecessores nostros, & sedem Apostolicam concessa fuerint, concessiones huiusmodi eisdem religiosis factas, in subsequentibus duximus moderandas, vt ipsi fratres potius ab eisdem episcopis, omni cum charitate fouerentur, quàm aliquo modo molestentur, & inquitentur. Vna enim est regularium, secularium, prælatorum, & subditorum exemptorum, & non exemptorum vniuersalis ecclesia, extra quam nullus omninò saluatur, eorumque omnium vnus dominus, vna fides, & propterea decet eos, qui eiusdem sunt corporis vnius etiam esse voluntatis, & sicut fratres nexu inuicem charitatis astricti sunt, sic non conuenit alterum in alterius iniuriam, seu iacturam prosilire, dicente saluatore. Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos. Ad conseruandam igitur inter episcopos & eorum superiores, ac prælatos, & fratres huiusmodi mutuam charitatem, & beneuolentiam, diuinique cultus augmentum,

Religiosorum operibus catholica fides dilatata fuit.

tum, pacemque, & tranquillitatem vniuersalis ecclesiæ status. Quòd ita demum fieri posse cognouimus, si vnicuique (quantum fieri potest) sua iurisdictio conseruetur sacro approbante Concilio: statuimus, & ordinamus quòd Episcopi, & eorum superiores, & alij prælatis parrochiales ecclesias, ad eosdem fratres ratione locorum legitimè spectantes: quo ad ea, quæ ad parrochianorum curam, & sacramentorum conseruationem, administrationemque pertinent, sine tamen visitatorum insolito grauamine, vel impensa, visitare, & illorum curam gerentes, & circa illam delinquentes, si religiosi fuerint, iuxta ipsius ordinis regularia instituta, intra septa regularis loci, seculares verò presbyteros, & fratres huiusmodi beneficia obtinentes liberè, tamquàm suę iurisdictioni subiectos, punire. ¶ Ac tàm prelati quàm præsbyteri seculares, qui vinculo excommunicationis ligati non fuerint, missas in ecclesijs domorum eorumdem, deuotionis causa celebrare volentes celebrare possint. Ipsique fratres, tales celebrare volentes libenter recipere debeant. ¶ Ac ab eisdem prelatis ad processiones solennes pro tempore faciendas requisiti, dummodò eorum loca suburbana, vltra vnum miliare à ciuitatibus respectiuè non sint remota, accedere. ¶ Nec non superiores eorumdem fratrum. Fratres quos ad audiendas confessiones subditorum eorumdem prælatorum pro tempore elegerint, eisdem prelatis personaliter exhibere, ac præsentare, si eos sibi exhiberi, & presentari petierint, alioquin eorum vicarijs dummodò ad prælatos vltra duas dietas accedere non cogantur, omninò teneantur. Possintque illi per eosdem Episcopos, & prælatos super sufficienti literatura, & aliqua saltem huiusmodi sacramenti peritia duntaxat examinari, Talibusque præsentati, admisis vel etiam indebitè recusatis confitentes. Constitutioni, quæ incipit omnis vtriusque sexus, quo ad confessionem duntaxat satisfecisse censeantur, Ipsique fratres etiam forensium con-

Episcopi possunt visitare ecclesias parochiales.

Præsbyteri possunt in nostris ecclesijs celebrare.

Fratres ad processiones ire.

Presentari debent personaliter exponendi ad confessiones.

fessiones audire valeant: laicos tamen, & clericos seculares, à sententijs ab homine latis nullatenus absoluere possint. Eucharistię verò, & extremæ vnctionis, aliaque ecclesiastica sacramenta, illis quorum etiam infirmorum, ac decedentium confessiones audierint, dicentibus proprium sacerdotem illa sibi dare denegasse, dare nequeant, nisi denegatio sine legitima causa facta vicinorum testimonio probata, aut requisitio coram notario publico facta doceretur. ¶ Eorundem verò fratrum obsequio insistentibus sacramenta huiusmodi nullatenus ministrare valeant, nisi illorum durante obsequio.

Forensiũ confessiones audire.

¶ Pacta autem, & conuentiones inter eosdem fratres, & prælatos, atque curatos pro tempore inita valeant, nisi per subsecutum capitulum proximum generale, vel prouinciale refutata, per eos refutatio huiusmodi intimata debito tempore fuerint.

Famuli domorum.

¶ Parochias autem cum Cruce ad leuanda funera eorum, qui apud ecclesias domorum, & locorum eorundem, suam elegerint sepulturam, intrare non possint, nisi prius pręmonito, & requisito, ac recusante parrochiano præsbytero, & tunc sine eius, ac ordinarij pręiudicio, nisi eisdem fratribus super hoc antiqua consuetudo, quæ sit in viridi obseruantia, & cum pacifica possessione suffragetur.

Pacta & cõuentiones.

Corpora defunctorũ leuare.

¶ Volentes quoque sepeliri in habitu eorumdem fratrum, in claustro non degentes, sed in proprijs domibus habitantes, in eorum vltima voluntate sepulturam sibi liberè eligere possint. ¶ Quodque fratres ipsi ad ordines promouendi, per ordinarios de grammaticâ, & sufficientia examinari, & dummodò competenter respondeant, per eosdem ordinarios liberè admitti, ac nullatenus in eorum ecclesijs, seu domibus, aut alijs eorũ locis ab alio, quàm à diœcesano episcopo, nisi priũ ipso diœcesano episcopo, uel eius vicario super hoc cũ debita reuerentia requisito, & absq; rõnabili cã cõtradi-

cente uel eo à diœcesi absente, ad dictos ordines promoueri debeant. ¶ Nec ab alieno episcopo consecrationē ecclesię, vel altaris, aut cemiterij benedictionē petere, seu in ecclesijs p eos pro tpe edificādis primū lapidē per alienū epum poni facere possint, nisi vbi ordinarius bis, aut ter cū debitis reuerentia, & instantia requisitus, sine legitima cā id recusauerit. Et absq; curatorū consensu sponsum, & sponsā benedicere nequeant. ¶ Et vt debitus honor matrici ecclesię reddatur, tàm ipsi fratres, q̄ alij clerici seculares, ét super hoc Apostolicæ sedis priuilegio muniti: die Sabbati maioris hebdomade, anteq̄ cāpana cathedralis, uel matricis ecclesię pulsauerit. Campanis in ecclesijs suis pulsare minimè possint, contrafacientes pœnam centum ducatorum incurrant. ¶ Censurās autem per eosdem ordinarios datas, & promulgatas, ac in matrici ecclesia ciuitatū, necnon in collegiatis, & parochialibus ecclesijs castrorum, & oppidorū respectiuè solemniter publicatas: quando super hoc ab eisdem ordinarijs requisiti fuerint in ecclesiis domorum suarum publicare, ac seruare. ¶ Et vt animarum vtriusq; sexus Christi fidelium saluti vberius cōsulatur, illos quorum confessiōes p tpe audierint, cuiuscūq; status, & cōditionis fuerint, ad soluendū decimas siue aliā bonorum, seu fructuū quotā in locis, in quibus decimæ ipsæ, aut similia solui cōsueuerunt, ét sub onere conscientiarum monere, & hortari, ipsique ét illas soluere recusantibus absolutionem denegare, & super hoc requisiti in populo etiam publicè prædicare, & persuadere teneantur. ¶ Conseruatores aūt eisdem fratribus pro tpe a sede Apostolica deputandi, doctrina & probitate præstantes, & in ecclesiastica dignitate constituti esse debeant, & coram eis per eosdem fratres, quibus dati fuerint, vltra duas dietas à loco suæ solitæ habitationis nullius trahi possit, priuilegiis super hoc alias eis concessis nullatenus suffragantibus.

¶ Excommūnicati quoque ordinem mendicantium profiteri volentes, vbi de interesse tertij agetur, absolui non

possint

posſint, niſi præuia ſatisfactione. ¶ Procuratores quoq; & negotiorum geſtores, ac operarij eorundem fratrum ſeruitijs inſiſtentes, ſententijs excommunicationis promulgatis illaqueati ſint, & eſſe cenſeantur, ſi illis cauſam dederint, aut dantibus conſilium, auxilium, vel fauorem pręſtiterint. ¶ Fratres autem, & Sorores Tertij ordinis, nec non Mantellati, Corrigiati, Pizocchare, Cordellati, & alij quocunque nomine nuncupati, in proprijs domibus habitantes, ſepulturam vbi voluerint, eligere valeant. Sed die Paſchatis tantum Euchariſtiam, necnon extremam vnctionem, cœteraq; Eccleſiaſtica ſacramenta (pœnitentiæ ſacramento dumtaxat excepto) à proprio ſacerdote recipere, & ad onera, quę Laicis incumbunt perferenda teneantur, ac in foro ſeculari coram iudicibus ſecularibus conueniri poſſint. Et ne cenſura vileſcat eccleſiaſtica, & minoris auctoritatis interdicti ſententia reputetur, ijdem dicti Tertij ordinis ad diuina audienda in Eccleſiis ſuorum ordinum tempore interdicti nullatenus admittantur, ſi cauſam dederint interdicto, vel cauſam ipſam nutriant, ſeu foueant, aut dantibus auxilium, conſilium, vel fauorem quoquo modo præſtiterint. ¶ Collegialiter autem viuentes, ſeu cum clauſtrali bus habitantes, ac mulieres virginalem, ſeu celibem, aut caſtam uidualem, expreſſo voto, & ſub dicto habitu vitam ducentes priuilegijs, quibus fratres ordinis, cuius Tertiæ regulę habitum geſtant, gaudere debeant. ¶ Omnia etiam ſingula ſupradicta, ad reliquos Religioſos ordinum quorumcunque extendi, & per eos etiam ſeruari debere volumus, atque decernimus. Saluis tamen in reliquis deſuper non expreſsis, tam epiſcoporum, quàm fratrum, & aliorum religioſorum prędictorum iuribus, quibus per pręmiſſa in aliquo præiudicare, ſeu quicquàm innouare non intendimus. ¶ Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac ſtatutis, & conſuetudinibus dictorum ordinum, iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis: Priuilegijs quoque & indultis, ac litteris Apoſtolicis,

Procuratores &c. ſub ſunt ſententijs Epiſcoporum.

Fratres, & ſorores tertij ordinis.

Tertij habitus collegialiter viuentes, aut caſtitatem vouentes gaudēt priuilegijs ordinum.

cis, contra præmissa, seu aliquod præmissorum, eisdem ordinibus concessis, etiam in Mari magno contentis. Quibus etiam, si ad illorum derogationem de eis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, indiuidua ac de verbo ad verbum, non autem per generales clausulas id importantes, mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma seruanda esset, illorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis, & insertis habentes, specialiter, & expresse derogamus, cœterijsq; contrarijs quibuscunque. ¶ Decernetes ex nunc irritū, & inane, si secus super his a quoquā quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari ¶ Eosdem insuper fratres in virtute sanctæ obedientiæ monemus, vt eosdem Episcopos loco sanctorū Apostolorum subrogatos, pro debita, & nostra, ac Apostolicæ Sedis reuerentia congruo honore, & conuenienti obseruantia venerentur: Ipsos quoque Episcopos hortamur, ac per viscera misericordiæ Dei nostri requirimus, vt fratres ipsos affectu beniuolo prosequentes, charitatiuè tractent, ac benignè foueāt, seq; illis minimè difficiles, aut duros, uel morosos, sed potius faciles, mites, propitios, piaq; munificentia liberales exhibeant, ac in omnibus prædictis, tanq; in agro Dñico cooperatores, eorumq; laborum participes, prompta benignitate recipiant, eorumq; iura oī cū charitate custodiant, atq; defendant. Vt tàm Episcopi, q̄ fratres, præfati, quorum opera veluti Lucernæ ardentes supra montem positę omnibus Christi fidelibus lumen præbere debeant, ad Dei laudem, fidei catholicæ exaltationem, populorūq; salutem, de virtute in virtutem proficiant, ac exinde à largissimo bonorum omnium retributore Dño, perennis vitæ premium consequi mereantur. ¶ Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostrorum statutis ordinationis, voluntatis, derogationis, monitionis, derogationis, decreti, monitionis, exhortationis, & requisitionis infringere, uel ei ausu temerario contraire. ¶ Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipo

Fratres Episcopos uenerentur.

Epi, fratres charitatiuè tractent.

nipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorũ eius se nouerit incur. Dat. Romæ. in publica Sessione in Laterañ. sacrosancta Basilica solemniter celebrata, anno incar. Dñicę. 1565. 19. Decemb. Pont. nostri Anno 4.

CLEMENS VII. PP. 227. anno 1527. ad Pontificatum assumptus, sedit annis decem Mensibus totidem, & dedit ordini priuilegia.

Vniuersis & singulis Venerabilibus Fratribus Archiepiscopis, & Episcopis, ac dilectis filijs Abbatibus, prioribus, & alijs personis, in dignitate ecclesiastica constitutis, ac Metropolitanarum, & aliarũ cathedrali: ecclesiarũ canonicis, necnõ eorundem Archiepiscoporum, & Episcoporum officialibus, seu Vic. ĩ spũalibus generalibus ubilibet cõstitutis.

Clemens vij. mandat ordinarijs, & alijs in dignit. ecclesiastica constitutis, ut assumpti in conseruatores assistant defensiõi fratrum aduersus molestatores.

CLemens Papa vij. Venerabiles fratres & dilecti filij salutem, & Aposto. benedict. Conquestionem dilectorum filiorũ Gñalis & Prouintialiũ, ac aliorũ, correctorũ & vniuersorũ fratrũ ord. mini. S. Franc. de Paula, percepimus, q̃ nõnulli Archiepi & Epi, aliq; ecclesiarũ Prȩlati, & Rect. eorũq; Vic. & officiales, ac clerici, & alię ecclesiasticę pſonę, tã religiosę q̃ seculares, necnon laici cõia ciuitatum & diœcesũ, ac aliarũ diuersarũ partium, qui nomen dñi uacuũ recipere non formidant à prædictis correct. & fratribus quartã canonicã, seu alias portiones ex rebus, & bonis eis rõne funeraliũ, & Xpi fidelium piorũ legatorũ ad certos, & dterminatos usus, pſertim ad fabricam ecclesiarũ, domorum, & locorũ suorum, seu in eleemosynam, aut alias sibi piè relictis, uel erogatis [illegible]

deci-

decimas fructuum ex possessionibus, & petijs terrarum ad eos legitime spectantibus, & pertinētibus prouenientium cōtra priuilegia, & indulta Apostolica eis & ordini, ac domibus prædictis concessa exigunt, & in dies exigere conantur, ac relicta, & erogata huiusmodi indebitè occupata detinent, seu ea detinentibus, aut decimas, & portiones huiusmodi exigentibus præstant auxilium consilium, vel fauorem; & alias ipsis super his, ac alijs libertatibus priuilegijs, & indultis domibus, & ordini prædictis, illorumq; personis, tàm à Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris, quàm alias ritè à regibus, & alijs Principibus secularibus concessis. ¶ Nec non bonis, rebus, & alijs iuribus ad dictas domos, illarumque sacristias spectantibus multiplices molestias iniurias, & iacturas inferunt, eosque coram diuersis tàm ecclesiasticis, quàm secularibus iudicibus, ad iudicium trahunt. ¶ Nonnulli etiam dictum ordinem professi post emissam ab eis regularem professionem, apostâtes ad aliorū ordinum loca se transferunt, & sępius per secularium habitationes, secundum uana sui cordis desideria vagando, insolenterq; & scandalosè viuendo, se ab obedientia, & subiectione suorum prælatorum, etiam prætextu indultorum, seu licentiarum à sede Apostolica surreptitiè impetratarum, subtrahunt in contemptu Religionis, & animarum suarum periculum, & scandalum plurimorū. ¶ Quare Generalis, & prouintiales, ac alij correctores, & fratres prædicti, nobis humiliter supplicari fecerunt, vt non eis valde reddatur difficile pro singulis querelis ad sedem prędictam habere recursum, prouidere ipsis super hoc, paterna diligentia curaremus. ¶ Nos igitur qui pro debito pastoralis officij religiosarum personarū quorumlibet dispendijs occurrimus, & profectibus libenter intendimus aduersus exactores, occupatores, detentores, præsumptores, molestatores, & iniuriatores, ac subtrahentes se ab obedientia huiusmodi. ¶ Illis volentes eisdem correctoribus, & fratribus subuenire per quod illorum compescatur temeritas, & alijs aditus cō-

Supplicatio pro cōseruatoribus.

mictendi

mictendi similia præcludatur. ¶ Discretioni vestræ, per hæc scripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut vnus vestrum, per vos, vel alium, seu alios, etiam si sint extra loca, in quibus deputati estis conseruatores, & iudices prædictis Generali, prouintialibus, & alijs correctoribus, & fratribus efficacis defensionis præsidio assistentes, non permictatis eosdem super libertatibus, priuilegijs, indultis, rebus, & bonis prędictis ab eisdem, & quibuslibet alijs indebitè molestari, vel eis grauamina, vel damna, seu iniurias irrogari, aut coram quibuscunque iudicibus ordinarijs, vel delegatis, etiam Apostolicis, quauis occasione, vel causa, etiam criminali, eosdem fratres trahi facturi, Generali, prouintialibus, & alijs correctoribus, ac fratribus prædictis cum ab eis, vel procuratoribus suis, aut eorum aliquo fueritis requisiti de prædictis, & alijs personis quibuslibet super restitutione bonorum, ac rerum, & iurium prędictorum, nec non libertatum priuilegiorum & indultorum prædictorum & aliorum eis pro tempore concessorum, obseruatione. Nec non professorum & se ab obedientia subtrahentiũ huiusmodi ad regularia loca dicti ordinis reuocatione, & reductione de quibuslibet molestijs, iniurijs atque damnis pręsentibus & futuris, in illis videlicet quæ iudiciale requirunt indaginem summariè simpliciter & de plano sine strepitu, & figura iudicij, in alijs verò prout qualitas eorũ exegerit iustitiæ complemētũ ministrare, inhibendo etiã quibuscunq; iudicibus prædictis, tàm in principio quàm in medio, vel in fine causæ, ne in causis dictorum fratrum, etiam Criminalibus eisdem inuiti se quolibet intromictant, ac occupatores, seu detentores, exactores, presumptores, molestatores: ac iniuriatores huiusmodi. ¶ Nec non inobedientes, & rebelles cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis vel conditionis extiterint, quandocunque, & quotiescunque expedierit, auctoritate nostra per censuram ecclesiasticam, appellatione post posita, compescendo, inuocato etiã ad hoc (si opus fuerit) auxilio brachij secularis.

Conseruatores habēt potestatem etiã extra loca in quibus fuerint deputati.

Modus procedendi.

¶ Et

¶ Et nihilominus legitimis super his habendis seruatis processibus, illos, quos censuras, & pœnas per vos pro tempore latas incurrisse constiterit, eas incurrisse declarare, (& quoties opus fuerit etiam iteratis vicibus) aggrauare curetis ¶ Cœterum si per summariam Informationem super his per vos habendam etiam vobis constiterit, quod ad loca in quibus occupatores, detentores, exactores, præscriptores, molestatores, & iniuriatores huiusmodi ac alios quos præsentes litteræ concernunt pro tempore morari contigerit, pro monitionibus ipsis, & citationibus de eis faciendis tutus non pateat accessus.

Concedit facultas citandi & inhibendi etiam per edictum.

¶ Nos vobis citationes, & monitiones quaslibet per edicta publica locis affigẽda publicis, & partibus illis vicinis de quibus sit verisimilis coniectura, q͂ ad notitiam citandorum, & monendorum huiusmodi peruenire valeat, plenam & liberam concedimus, tenore præsentiũ, facultatem: ac volumus & dicta auctoritate decernimus, q͂ monitiones sic factæ perinde eosdem citatos & monitos arctent, ac si eis personaliter intimatę extitissent ¶ Non obstantibus tàm fe. re. Bonifatij Papæ xiij. prædecessoris nostri de vna, & Concilij generalis de duabus dietis, dummodo non vltra tres dietas aliquis auctoritate præsentium non trahatur, quàm alijs quibuscunq; cõstitutiõibus, & ordinationibus Apostolicis tàm de iudicibus delegatis, & cõseruatoribus, q̃ p̃sonis vltra certũ numerũ ad iudiciũ nõ vocantibus. ¶ Necnõ quibusuis priuilegijs, & indultis Apostolicis, quibusuis personis secularibus, vel regularibus, militijs, communitatibus, vniuersitatibus, capitulis, castris, villis, terris & locis prædictis, ac quibusuis cathedralibus, etiam Metropolitañ. vel collegiatis, aut alijs ecclesiis, capitulis, Conuentibus, monasterijs, hospitalibus, & alijs pijs locis, etiam Motu proprio, & ex certa scientia, etiam de non trahendis eorum subditis, vel personis ipsarum ecclesiarum, ciuitatũ, vniuersitatum, Castrorum, Villarum, & locorum respectiuè extra eas, aut coram illis iudicibus, & personis, q̃ eis etiam vigore quarũcunq; litterarum Apostolicarum, aut

Ampla est authoritas.

aut alias quibuluis modis, & qualitercunq; ac sub quibuluis verborum formis, & ecclesiasticis etiam plena expressa specialis specifica, & indiuidua, ac de uerbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quæuis alia expressio habenda foret, tenores huiusmodi præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris hac vice dûtaxat, specialiter & expressè derogamus. ¶ Quodq; vos filij canonici officiales, & Vicarij de personis quæ deputari possint conseruatores non sitis, seu si aliquibus communiter, vel diuisim a prædicta sit sede indultũ, q excommunicari, suspendi, vel interdicti non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam ac de verbo ad verbum de indulto & earũ personis, locis, & ordinibus, & nominibus proprijs mentionem, cœterisq; contrarijs quibuscunq;. ¶ Cœterum volumus, & Apostolica auctoritate decernimus, q quilibet vestrum prosequi valeat articulum etiam per alium inchoatum, quàmuis idem inchoans nullo fuerit impedimento canonico impeditus, quodq; à datis præsentium si vobis & vnicuique vestrum in præmissis omnibus, & eorum singulis, cęptis, & non cęptis pręsentibus, & futuris perpetua potestas, & iurisdictio attributa vt eo vigore, eaq; firmitate possitis in præmissis omnibus cęptis, & non cęptis præsentibus & futuris & pro prædictis procedere, ac si prædicta omnia & singula coram vobis cępta fuissent, & iurisdictio vestra, & cuilibet vestrum in prædictis omnibus, & singulis per citationem, & modum alium perpetua legitimum extitisset, constitutione prædicta super conseruatoribus, & alia qualibet in contrarium edita non obstantibus volumus etiam, & apostolica auctoritate decernimus, quòd ipsarum transumptis manu notarij publici subscriptis & sigillo alicuius Curiæ ecclesiasticæ, aut personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis in iuditio, & alibi, vbi opus fuerit, eadẽ prorsus fides adhibeatur quę adhi-

Ampla authoritas.

beretu

beretur eisdem presentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Datum Romæ, apud Sanctum Petrum sub Anulo piscatoris Die 19. Martij 1524. Pont. Nostri anno primo be. el. cremon.

Dilectis filijs fratribus ordinis minimorum S. Francisci de Paula.

Clemés 7. approbat missam, & & officiũ proprium B. Franc. de Paula, & concedit indulgentias.

CLemens Papa vij. Dilecti filij salutem, & Apostolicam benedictionem. Libenter ad ea concedenda inducimur que deuotionis respiciunt incrementum. Cum itaque postquàm felicis recordationis Leo Papa x. prædecessor noster vniuersis, & singulis, Archiepiscopis, Episcopis, & alijs quibuscunque prælatis ecclesiasticis, quatenus ipsi, & eorum singuli, festum S. Francisci de Paula cum offitio proprio, cum illud de sedis Apostolicæ mandato ordinatum foret, alias cum officio unius confessoris non Pontificis cum propria oratione in eius canonizatione ab eodem predecessore edita. Die secunda Aprilis annuatim (nisi tunc occurreret maior hebdomada, uel octaua Paschæ) & tunc secunda feria post octauam Pasche huiusmodi in suis solemniter, in vestris verò ecclesijs sub ritu festi duplicis, & cum octaua annuatim celebrarent, seu celebrari facerent, & mandarent, expresse per suas in forma breuis litteras commisserat, & mandauerat. ¶ Vos de sedis prefate mandato missam, & officium eiusdem S. Francisci de Paula in dictis ecclesijs (vt prefertur) deuote celebrandam, & recitandam pie & laudabiliter ordinari, & instituí procuraueritis ¶ Nobis humiliter supplicari fecistis, vt ordinationi, & institutioni missæ, & huiusmodi officij, potestatis nobis credite auctoritatem impartiri, de benignitate apostolica dignaremur, ¶ Nos igitur qui pijs deuotarum personarum, presertim religiosarum votis libenter

Litteræ Leonis supra car. 74

Supplicatio.

Approbatio.

libenter annuimus, huiusmodi supplicationibus inclinati, ordinationem, & institutionem officij huiusmodi (quod diligentur inspici, & examinari fecimus) auctoritate Apostolica tenore præsentium, approbamus & cõfirmamus. ¶ Ac vobis, necnon omnibus, & singulis alijs Christi fidelibus, qui pro sua deuotione voluerint vt missam, & officium, S. Francisci de Paula, huiusmodi dicere, & recitare liberè, & licitè valeatis, & alij prędicti valeant cuiusuis licentia super hoc minimè requisita, auctoritate, & tenore præsentiũ concedimus, pariter & indulgemus. ¶ Et nihilominus de omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, tàm vestrum singulis, quàm omnibus, & alijs singulis Christi fidelibus pręfatis, qui missam, & officium huiusmodi in festo, & octaua prædictis deuotè cęlebrauerint uel recitauerint. Pro singulis festi, & octauæ huiusmodi diebus: quibus id fecerint centum dies de iniunctis eis pœnitentijs, misericorditer in domino relaxamus. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscunque, præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Datum Romæ, apud Sanctum Petrum sub Annulo piscatoris. Die 17. Maij 1528 Pontificatus nostri anno sexto Deo gratias.

Indulgentia centum dierum.

Dilectis filijs fratribus ordinis minimorum Sancti Francisci de Paula.

CLemens Papa VII. Dilecti filij salutem, & Apostolicam benedictionem. Deuotionis augmentum vobis, Deo propitio prouenire cõfidimus, si in his quę status vestri tranquillitatem concernunt Nos vobis gratiosos, & fauorabiles exhibuerimus, cũctaq; sicut

Clem. vij. declarat & de nouo concedit, quòd concessa vni domuitelli

 nobis

nobis nuper exponi fecistis, licet dum fęlicis recordationis Iulius II. & Leo X. Rom: Pont. prædecessores nostri, omnia, & singula priuilegia, immunitates, & indulgētias, exemptiones, & indulta alicui domui vestri ordinis minimorum S. Franc. de Paula particulariter, seu domibus alicuius prouintiæ eiusdem ordinis specialiter concessa, ad oēs, & singulos domos ipsius ordinis extēdi voluerit. ¶ Ac idē Leo pdecessor oībus, & singulis vtriusq; sexus Xpi fidelibus, ecclesias vestrarum domorum in Penthecoste, & Annuntiationis, & Assūptionis gloriosę Virg. M. festiuitatibus, necnon in festiuitate omnium sanctorum deuote visitantibus decem annorum, & totidē quadragenarum indulgētiam misericorditer elargitus fuerit. ¶ Necnon correctoribus earūdē domorū, sex, aut plures idoneos cōfessores pro dictorū Xpi fideliū cōfessionib' audiēdis deputādi facultatē concesserit. ¶ Nihilominus à nōnullis nimiū curiosis, hesitet, an dom' post cōcessionē pdictā, de nouo cōstructę, seu susceptę, eisdē priuilegijs gaudere, & correctores pfati tpe indulgētiarū hmōi tot cōfessores, quot necessarij fuerint, deputare possint. ¶ Nos dicti vestri ordinis vberes fructus, in militāti ecclesia afferētes, prosperū & tranquillū statū, ac fęlicē successum, paterno zelātes affectu, ac ne sup pmissis aliqd hesitationis dubiū exoriri posit, prouidere volentes, vris in hac pte supplicationibus īclinati oīa & singula priuilegia, immunitates, indulgētias, exēptiones, & indulta vni, aut pluribus domibus ordinis hmōi spēaliter cōcessa, ad oēs, & singulas ipsius ordinis domos de nouo susceptas, & suscipiēdas, eadem author. Apost. per pńtes de nouo extendimus, & ampliamus, ipsasq; domos susceptas, & suscipiēdas eisdē priuilegijs, imunitatibus, gratijs, & indulgētijs, & īdultis alijs domib' spēaliter cōcelsis, pariformiter, & equè principalr potiri, & gaudere, ac si singulis domibus susceptis, & suscipiēdis, & Xpi fidelibus illorū ecclesias visitantib', spēaliter cōcessę fuissent. ¶ Ac tpe ipsarū indulgētiarū, correctores domorū hmōi, tot, quot iuxta multitudinē populi, necessarij fuerint cōfessores, deputare

Margin notes:

gantur concessa omnibus domibus eiusdē ordinis.

Supra cart. 71.

Indulgētia supra cart. 54.

Facultas eligendi confessores.

deputare posse; & sic ab oíbus censeri debere, author. & tenore prædictis decernimus, & declaramus: non obstan. quibusuis, ac in Prouinc. & sinodalibus const. editis Gñalibus, vel spetialibus constitutionibus, & ordinationibus, cœterijsq; contrarijs quibuscunque. Datis Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo piscatoris. Die 22. Settembris 1532. Pontificatus nostri anno nono. Blasius.

Clemens Papa VII.

VNiuersis, & singulis Christi fidelibus pñs litteras inspecturis, saluté & Apost. beñ. Saluatoris nostri Domini Iesu Christi, qui pro redéptione generis humani de summis cœlorum ad hmôi infima descendere, & in Ara Crucis temporalem mortem sponte subire dignatus est uices (licet inmeriti) gerentes in terr s oues gregis sui curæ nostrę diuinitus commissas, ad sinceritatis deuotioné, ac pia meritoria opera exercenda spiritualibus muneribus indulgentijs videlicet, & peccatorum remissionibus inuitamur, ut per illa redéptionis suæ fructum, salutem videlicet ab omnibus desideratam consequi, & ad æternæ beatitudinis gaudia fæliciter peruenire mereantur. ¶ Cupientes igitur, vt ecclesia domus S. Ludo. Neapolitan. ordinis fratrũ minimorũ S. Fran. de Paula, ad quam, sicut accepimus, sextis ferijs magnus Christi fidelium concursus habetur in debita veneratione habeatur, & à Christi fidelibus congruis frequentetur honoribus, & ipsorum Christifidelium ad ecclesiam ipsam confluentium deuotio feruentius inualescat, & animarum salus peramplius propagetur, de omnipotentis Dei misericordia ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, omnibus, & singulis vtriusq; sexus Christi fidelibus vndecunq; existentibus, verè pœnitentibus & confessis, seu confitendi propositum habentibus, qui singulis sextis ferijs cuiuslibet hebdomadę totius anni ecclesiam prędictam deuotè visitauerint,

Clemens Papa vij. cõcedit, visitantibus ecclesiã S. Ludouici de Neapo. ordinis S. Franc. de Paula sextis ferijs centũ dies de indulgentia.

Idem de alijs ecclesijs ordinis vt ipsemet in supiori bulla concessit.

Indulgentia centum dierum.

tauerint, & inibi ſemel orationem Dominicam, & tantundem ſalutationem Angelicam recitauerint, pro ſingulis ſextis ferijs, quibus id fecerint, centum dies de iniunctis eis pœnitentijs miſericorditer in domino relaxamus. Præſentibus, quas ſub quibuſuis reuocationibus ſuſpenſionibus, & derogationibus ſimilium, vel diſſimilium indulgentiarum per nos, & ſedem prędictam, etiam in fauorem expeditionis contra infideles, aut fabricę baſilicæ Principis Apoſtolorum de urbe, ſeu aliarum eccleſiarum, vel piorum locorum, ſeu ordinum quorumcunque, & ex quibuſuis cauſis, etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, & alias quomodolibet factis, & faciendis nullatenus comprehenſas, ſed ſemper ab illis exceptas exiſtere, & quotiens illę emanabunt totiens in priſtinum ſtatum reſtitutas, & de nouo conceſſas eſſe, & cenſeri debere, ac Chriſtifidelibus prætatis ſuffragari debere, decernimus, perpetuis futuris temporibus valituris. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo piſcatoris. Die 26. Iunij 1533. Pōti. noſtri anno 10.

Dilectis filijs Magiſtro Generali, & Prouintiali Romano reformato ordinis Prædicatorum.

Pater Generalis pōt dare licentiam vēdendi bona immobilia in Italia.

CLemens Papa vij. Dilecti filij, ſalutem & Apoſtolicam benedictioné. Exponi nobis nuper fecit, Dilectus filius Thomas de Strozijs ordinis prædicatorum profeſſor. Quod licet alias, fe. re. Leo Papa X. prędeceſſor noſter, per ſuas in forma breuis litteras, tàm Magiſtro Generali, quam Vicario congregationis Sancti Marci de Florentia ordinis prædicti pro tempore exiſtentibus, facultatem ſibi ſubditis in Italia conuentibus, fratribus, monaſterijs, ſororibus, ſeu monialibus. Necnon collegijs ac perſonis vtriuſque ſexus de pœnitentia dicti ordinis

cti ordinis nuncupatis, bona immobilia, pro euidenti vtilitate ipsorum locorum, ac personarum permutare, & vẽdere possent, licentiam dandi, sub Dat. diei vigesimæ quintæ Iulij, Pontificatus eiusdem anno secundo concesserit. Quia tamé à nonnullis in dubium reuocari posset, an litteræ prædictæ censeantur reuocatæ eò q̃d nos nuper, certis ex causis tunc expressis, congregationem ipsam Sancti Marci suppresserimus, ac pœnitus extinserimus domosque, ac loca. Necnon vtriusque sexus personas quascunque, congregationis suppressæ & extinctæ huiusmodi sub Prouintia Romana perpetua existere, ac per prouintialem dictæ prouintiæ Romanæ reformatum perpetuò reggi, per nostras sub plumbo litteras, sub Dat. Sexto. Cal. Nouemb. Pont. nostri anno septimo, instituimus, & voluimus. ¶ Nos ad huiusmodi dubiũ tollendum author. Apost. tenore pręsentium concedimus, vt pro tempore existens, tàm Magister Generalis, quàm prouintialis prouintię Romanæ reformatę hmõi, sibi subditis in Italia conuentibus, fratribus, monasteriis, sororibus seu monialibus. Necnon collegijs, ac personis vtriusque sexus de pœnitentia dicti ordinis nũcupatis, dicta facultate vti possint videlicet licentiam concedendi bona conuentuum, & locorum huiusmodi ad certum tempus, ac in perpetuum locandi, vel in emphiteosim ad lineam masculinam concedendi, siue commutandi, aut vendendi, vel quomodocunq; alio titulo alienandi bona immobilia, & præciosa mobilia minus vtilia quæ nunc habent, & in posterum iusto titulo habituri sunt, tàm pro satisfactione debitorum alias pro necessitate, seu vtilitate conuentuum, & locorum prædictorum contractorum, aut eadem utilitate suggerente contrahendorum, quàm alia euidendi vtilitate ipsorum conuentium Monasteriorum, vel collegiorum. ¶ Prouiso tamen quòd prætium ipsorum bonorum immobilium (si vendantur) vel alias quouismodi alienentur, centum ducatorum auri de Camera secundum communem extimationem ualorem annuum non excedat,

& in emptionem, reparationem, aut augmentum aliorũ immobilium, aut necessariorum bonorum, seu præfatorum debitorum realem solutionem cum effectu conuertatur. ¶ Et ad hoc accedat consensus duarum partium vocalium conuentus monasterij, vel collegij, cuius sunt: constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis specicaliter felicis recordationis Pauli II. præeecessoris nostri, contra alienantes res ecclesiasticas, cœterisq; in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub Annulo piscatoris. Die xxv. Februarij M. D. XXXI. Pont. nostri Anno Octauo.

Consensus capituli.

FORMA DANDI FAcultatem alienandi in casibus permissis iuxta prædictum breue Clementis VII. nobis communicatum per communionem priuilogiorum, poterit esse talis

Ista forma reperitur ĩ formulario fratrũ prædicatorum, Iussu Illust. Card. Iustiniani olim Magister Generalis Per P.F.Fę

IN Dei filio sibi dilectis. Venerandis patribus, priori, & fratribus nostri conuentus, N. ordinis pręedicatorum. Exposuisti nobis, quòd pro victu, sustentatione, & necessitatibus fratrum vestri conuentus, coacti fuistis multa exponere, propter quod, ære alieno, ac debitis obnoxij remansistis, & remanetis, ad quorum solutionem cum redditus annui, ac eleemosynæ quotidianæ minimè sufficiant; necesse est vendere aliquid immobile, ut creditoribus pro iustitia satisfiat, ideoq; rogastis nos, vt

agrum

agrum,seu fundum terræ, quem conuentus vester habet in loco N. inter alia bona ad ipsum spectantia minus vtilem, vendendi licentiam vobis concedere vellemus Nos igitur, qui iustitiam per debitorum solutionem seruari cupimus, & agrum seu fundum illum in loco N.cuius valor annuus centum aureos non excedere, & vobis minus vtilem esse credimus, authoritate Apostolica nobis per litteras in forma breuis à fęlicis recordationis Clemente VII. concessa, & præsentium tenore vobis dictum agrum, seu fundum sub suis finibus, & terminis latius in contractu exprimendis, vendendi, seu aliàs iusto cõtractu alienandi, licentiam,& facultatẽ concedimus. Dispositione fe.re. Pauli Papæ secundi cui per easdem liiteras derogatur, & alijs in contrarium facientibus, non obstantibus quibuscunque. Dummodo ad hoc accedat assensus duorum tertiorum vestri capituli, & prætium in dictorum debitorum solutionem realiter,& cum effectu conuertatur. In quorum fidem:

licẽ de Castro franco ædito.

ALIA PRO EODEM.

In Dei filio,&c. Exposuistis nobis, habere uos prę manibus vnam domum,uel possessionem uestro conuentui accommodam,quam si emeretis, non modica uobis proueniret utilitas, sed cum prætium pro eius emptione non possitis habere,nisi ex aliorum immobilium uenditione, rogastis nos, ut agrum,seu hortum, seu syluam, uel domum, &c. in loco N. positam minus utilem,& incommodam, uendendi licentiã uobis dare uellemus. Nos igitur bonam spiritualium dispositionem, quæ ex temporalibus benè dispositis, & administratis seruatur, in conuentu uestro teneri,& augeri cupientes, & de prudentia,atq; conscientia uestra confidentes,qđ non nisi utilitatem publicam,& commodum commune quæretis, petitionibus uestris facilè condescendimus, Ideo auctor. Apost. &c. sequere, ut supra.

PAVLVS III. PAPA anno 1534. ad summum præsulatũ assumptus, rexit ecclesiam annis 15. & confirmauit priuilegia ordini.

Paulus III. confirmat omnia priuilegia ordini minimorũ, tàm in genere, q̃ in spetie concessa à suis prędecessoribus.

PAulus Papa III. Ad perpetuam rei memoriam. Regimini uniuersalis ecclesiæ, disponente domino, pręsidentes circa statum fidelium quorumlibet, præsertim religiosorum, studio piæ vitę uacantium pro spere dirigendum attentius cogitamus, & eos vt quietius altissimo uota sua persoluere possint, eorumq; domos, & loca benignis fauoribus confouemus, ac his, quæ propterea per prædecessores nostros prouidè concessa fuisse dignoscuntur, ut firmiora persistant, cum à nobis petitur, Apostolici muniminis pręsidium propensius impartimur. Dudum siquidem fęlicis recordationis Sixto Papa Quarto prædecessori nostro, pro parte quondam Francisci de Paula ordinis fratrum mini. Institutoris, inter alia exposito, q̃ antea bonę me. Pyrrhus Archieps Consentinus, tunc in humanis agens, eidé Francisco, ut oratorium sub uocabulo Sancti Francisci in tenimento de Paula Contentinensis diœcesis ædificare posset, per suas litteras licentiam concesserat, ipseque Franciscus oratorium huiusmodi proprijs manibus, ac expensis, cum dormitorio pro ipsius, & sociorum suorum vsu, & habitatione pro magna parte ædificauerat, & nonnullos socios uitam ęremiticam ducentes ibidé receperat. ¶ idem prædecessor, tunc Episcopo S. Marci, eius proprio nomine non expresso, per quasdam litteras dedit in mandatis, vt si uocatis, qui forent euocandi, de præmissis sibi legitimè, constitisset, concesionem, & literas dicti Pyrrhi Archiepi, ac in eis contenta, quæcúq;

Expositio supra ca. 4.

cum ſuppletione defectuum auctor. Apoſtolica approbaret, & confirmaret, ipſeque prędeceſſor in euentum approbationis, confirmationis, & ſuppletionis huiuſmodi Franciſco, & ęremitis prædictis, vt omnibus, & ſingulis priuilegiis, & gratiis, quibus frater Petrus de Piſis, cæterique æremitæ potiebant, & gaudebāt, vti, & gaudere poſſent, conceſſit, ac illius fratribus, & domibus per eorumdem Sixti, & Alexandri prędeceſſorum, ac ſuas litteras huiuſmodi quomodolibet conceſsis, vti, potiri, & gaudere poſſēt, ac ſi illa omnia eis expreſſa conceſſa fuiſſent, de nouo indulſit, extendit, & ampliauit, pro vt in ſingulis litteris prędictis plenius cōtinetur. cum autem ſicut dilecti filii moderni generalis, & zeloſus ordinis fratris mini. huiuſmodi nobis nuper exponi fecerunt, ea firmiora conſeri, quę eiuſdem ſedis confirmatione ſæpius roborantur, Iidem generalis, & zeloſus nobis humiliter ſupplicari fecerunt, vt prædictis priuilegiis, immunitatibus indulgētiis, facultatibus, libertatibus, īdultis, exēptionibus, fauoribus, conceſſionibus, & gratiis, nec non ſingulis Sixti, Alexandri, & Iulii prædeceſſorum huiuſmodi litteris, noſtrę approbationis robur adiicere, aliasque in præmiſsis opportunè prouidere, de benignitate Apoſtolica dignaremur.

¶ Nos igitur ad fructus vberes, quos ordo fratrum mini. huiſmodi in agro militantis eccleſię producere non ceſſat, debitum reſpectum habentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, prædicta oīa, & ſingula priuilegia, immunitates, indulgētias, facultates, libertates, indulta, exemptiones, fauores, & gratias, eidē ordini fratrū mini. ac illius eccleſiis domibus, & perſonis tam in genere, q̄ in ſpecię per eoſdem prædeceſſores noſtros, (vt pręfert) conceſſa, nec nō prædeceſſorū hmōi de ſuper confectas litteras, quarū omnium tenores, ac ſi de verbo ad verbū nihil pœnitus omiſſo, inſerti forēt pn̄tibus pro expreſsis habere volumus ex certa ſcīa nr̄a, Ap̄lica autho. tenore pręſentium approbamus, & confirmamus, ac illis ꝑpetuę firmitatis robur adiicimus, eaque perpetuis futuris tempo

Cōfirmat omnia priuilegia ipſi ordini cōceſſa tàm in genere quàm in ſpetie.

temporibus inuiolabiliter obſeruari debere, ac generali, zeloſo, fratribus, & perſonis ordinis minimorum huiuſmodi, nec non aliis quibuscunque quos illa concernunt ſuffragari. Et ſic per quoſcumque iudices quauis author. fungentes ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi, & facultate, iudicari, & diffiniri debere. Nec non quicquid ſecus ſuper his, à quoquã quauis authoritate ſcienter, vel ignoranter cótigerit attentari irritum, & inane decernimus. ¶ Nec non priuilegia, immunitates, indulgentias, facultates, libertates, indulta, exemptiones, fauores, & gratias huiuſmodo, & forma, quibus conceſſa ſunt, ad domos, & loca quęcunque dicti ordinis fratrum minimorum hactenus recepta, & in poſterum recipienda, extendimus, & ampliamus.. Non obſtantibus præmiſsis, ac quibusuis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, etiam generalis Concilii Lateranen. vltimò celebrati, ac ordinum prædictorum iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatuente, & conſuetudinibus, nec non omnibus illis, quæ ſingulis prædeceſſores prædicti, in ſuis litteris prędictis voluerunt non obſtare, cæterisque contrarijs quibuscunque. ¶ Cæterum quia difficile foret, præſentes litteras, ad quecumque loca, vbi illæ neceſſariæ fuerint, deferre: volumus, & prædicta Apoſtolica author. decernimus quòd earumdem prædictarũ litterarum tranſumptis, manu notarij publici ſubſcriptis, ac ſigillo alicuius prælati eccleſiaſtici munitis, ea prorſus in iuditio, & extra fides adhibeatur plenaria, ac illis ſtetur in omnibus, & per omnia, ſicut ipſis originalibus litteris adhiberetur, & ſtaretur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ, apud Sanctum Marcum, ſub annulo piſcatoris die. 25. Iulij. 1540. Pontificatus noſtri Anno 6.

Conceſſa vni domui intelliguntur conceſſa omnib⁹ eiuſdẽ ordinis ſupra Clem. car.

Paulus III. visitãtibus cappellam S. Frãcisci de Paula conuentus S. Aloysij Neapolis spetialiter concessit ĩdulgentias conuentus Sãctissimæ Trinitatis de vrbe.

PAulus Papa III. Supra Gregem Dominicum nostræ vigilantiæ diuinitus creditum prout nobis desuper conceditur intenti exercentes, speculatoris officium, ad ea per quæ animarum saluti consulitur, & vt illæ domui lucrifiant nostri ministerij partes solertius impartimur: nuper siquidem nobis pro parte dilectorum filiorum correctoris, & fratrum domus Sancti Aloysij prope, & extra muros Neapolitan. ordinis fratrum minimorum S. Francisci de Paula, exposito quòd alias felicis recordationis Leo Papa X. prædecessor noster, omnibus, & singulis vtriusque sexus Christifidelibus, ecclesiam Sãnctissimæ Trinitatis, in Montepincio de urbe ordinis prædicti singulis diebus, a mediætate quadrag. vsque ad, & per totam octauam paschatis resurrectionis Domini nostri Iesu Christi, annuatim deuotè visitantibus, & ibidem in honorem eiusdem Sanctissimæ Trinitatis ter orationem Dominicam, & toties salutationem Angelicam recitantibus, easdem indulgentias, & peccatorum remissiones per suas sub plumbo litteras concesserat, & elargitus fuerat, quas, si alias almę vrbis nostræ, & extra eam pro stationibus visitari solitas, nec non, Beatę Marię de populo, ecclesias singulis diebus eisdem visitarent, consequentur. ¶ Nos tunc cupientes, vt ecclesia dictę domus Sancti Aloysij, & cappella Sancti Francisci de Paula in ea constructa in debita veneratione haberetur, & à Christi fidelibus congruis frequentaretur honoribus, ipsiq; Christifideles eò libétius deuotionis causa, ad ecclesiã domus Sancti Aloysij hmôi confluerent, & capellã ipsam visitarent, quo exinde pro animarum suarum salute maiora spiritualia dona adipisci posse, cognoscerent, omnes, & singulas indulgentias, & peccatorum remissiones per eundem Leonem prædecessorem ecclesiam Sanctissimæ Trinitatis huiusmodi diebus prędictis visitantibus, vt præfertur, concessas omnibus, & singulis vtriusque sexus Christifidelibus verè pęnitentibus, & confessis seu, statutis à iure temporibus

confi-

confitendi propositum habentibus, qui eisdem diebu ecclesiam Sancti Aloysii, & cappellam prędictam perpe t[illegible]is futuris temporibus visitarent, & ter orationem Dominicam, & totiens salutationem Angelicam deuotè recitarent, per alias nostras litteras, in forma breuis concessimus, & elargiti fuimus, pro vt in eisdem litteris plenius continetur. ¶ Cum auté, sicut accepimus, idem Leo prædecessor Christi fidelibus præfatis, qui etiam prę fatam ecclesiam Sanctissimæ Trinitatis, & etiam iu singulis diebus Dominicis cuiuslibet Quadragesimę, ac in resurrectionis, & Ascensionis Domini nostri Iesu Christi, nec non Pentecostes, ac eiusdem Sanctissimę Trinitatis, ac Natiuitatis eiusdem Domini nostri Iesu Christi, festiuitatum diebus a primis vesperis singularum Dominicarũ, & festiuitatum, seu dierum huiusmodi vsque ad occasum solis cuiuslibet earum deuotè visitarent, ac similiter ibidem in honorem Sanctissimę Trinitatis, ter orationé Dominicam, & totiens salutationem Angelicam deuotè recitarent annuatim singulis earundem Dominicarum, & festiuitatum diebus huiusmodi, plenariam, & verã omniũ peccatorũ suorũ remissionem, & indulgentiã cócesserit, & elargitus fuerit. ¶ Alijs verò singulis Dominicis diebus cuiuslibet respectiuè Anni ecclesiam ipsam modo prædicto visitantibus, triginta annos, & totidem quadragenas de iniunctis eis pœnitentijs, misericorditer in Domino relaxauerit, pro vt etiam in eisdem litteris plenius continetur. ¶ Nos cupientes, vt deuotio fideliũ ad cappellã ipsam feruentius inualescat, & animarum salus peramplius propagetur, de omnipotentis Dei mĩa, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius authoritate confisi plenariam Christi fidelibus in singulis dictis cuiuslibet quadragesimæ, ac Natiuitatis Resurrectionis, & Sanctissimę Trinitatis festiuitatum diebus, nec non triginta annorum, & totidem quadragenarum in alijs diebus Dominicis cuiuslibet anni, nec non, omnes, & singulas alias quas haberi volumus pro expręssis indulgentias, & peccatorum remissiones tàm per priores prædictas, quam

Leo x. supra car. 71.

Extensio litterarum Leonis.

q̃ per quascunq; alias litteras ab eodem Leone prędecel sore, Christifidelibus ecclesiam Sanctissimę Trinitatis, quibuscumque alijs diebus, & temporibus visitantibus, & quibusuis modis, & formis nullis prorsus exceptis, quomodolibet concessas ad cappellā præd.ctā Ita quòd omnes, & singuli Christifideles pręfati, pœnitentes, & confessi, seu propositū confitendi, vt præfertur, habentes dictam capellam singulis diebus Dominicis cuiuslibet quadragesimę, ac Natiuitatis Resurrectionis Ascensionis Domini nostri Iesu Christi ¶ Necnon Pentecostes, & Santissimę Trinitatis festiuitatum diebus à primis vespe ris singularum Dominicarum, & festiuitatum seu dierū huiusmodi vsque ad occasum solis, cuiuslibet earum deuotè visitantes, ac inibi ter orationem Dominicam, & totiens salutationem Angelicam recitantes plenariam, & veram omnium peccatorum suorum. ¶ Singulis verò aliis Dominicis diebus cuiuslibet anni triginta annorū, & totidem Quadragenarum. ¶ Aliis aūt temporibus, & diebus prædictis visitantes, omnes, & singulas alias indulgentias, & plenarias peccatorum remissiones, consequantur quas consequerētur, & consequi possent si Dominicis, & festiuis, ac aliis diebus, & temporibus supradictis, prętatam ecclesiam Sanctissimæ Trinitatis personaliter visitarent, & inibi orationem Dominicam, & salutationem Angelicam, ut pręmittitur, recitarent, authoritate Apostolica tenore pręsentium extendimus, & ampliamus, illasque concedimus, & elargimur. ¶ Et vt Christi fideles præfati, indulgentiarum huiusmodi commodius, participes esse possint, correctori pro tempore existenti, & fratribus domus Sancti Aloysii huiusmodi confessores religiosos dicti ordinis, qui eosdem Christifideles ad cappellam prędictam pro huiusmodi indulgentiis consequendis festiuitatum, & Dominicarum Quadragesimę, diebus prędictis cuiuslibet anni, & à medio Quadragesimę usque ad octauam Paschę inclusiuè etiam cuiuslibet anni singulis diebus accedentes in, eorum confessionibus, audire, ac illis diligenter auditis, ipsos, & illorum

Visitātibus capellā. S. Aloysii de Neap. indulg. conceduntur.

Facultas eligēdi cō fessores p correctorē

lorum singulos in quibusuis casibus, etiã sedi, Apostolicæ reseruatis, exceptis contentis in litteris cenæ Domini, legi solitis, absoluere, & eis pro commissis pœnitentiam salutarem iniugere possint, deputandi authoritate, & tenore prędictis facultatem concedimus. ¶Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quibusuis reuocationibus, & suspensionibus similium, vel dissimilium, Indulgentiarum pro tempore factis, cęterisque contrarijs quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum, liceat hanc paginam nostræ voluntatis extensionis ampliationis, concessionis, elargitionis, infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nonerit incursurum. Datum Romę apud Sanct. Petrum anno incarnationis Dominicæ. 1539. quarto Nonas Iunij, Pontificatus nostri anno 5.

Cõfessores taliter deputati absoluerẽ possunt à casibus sedi Apost. reseruatis.

Paulus III. sub pœna excõicationis prohibet ne fratres, qui tamquàm apostatæ ab ordine se subrahũt, deferãt caputium cõ simile nostro.

PAulus Papa III. uniuersis & singulis vener. fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, ac dilectis filijs Abbatibus, & alijs ecclesiarum, nec non metropolitanarum, & aliarum cathedralium ecclesiarum canonicis, ac eorumdem Patriarcharũ, Archiepiscoporum, & episcoporum officialibus, seu Vicariis in spiritualibus, generalibus, & eorum cuilibet salutem, & Apostolicam benedictionem ¶Cum sicut dilecti filii generalis, & Prouintiales correctores, ac zelosus ordinis fratrum minimorum Sancti Francisci de Paula nobis nuper exponi fecerũt, diuersi ipsius ordinis professores, post emissam ab eis in ipso ordine professioné diuersis prætestibus ab obedientia suorũ superiorum, se subtrahãt, & cum habitu eiusdem ordinis illius regularé obseruantiam, soli per plateas, & vicos ad eorum libitũ discurrant. ¶Nec non priuilegiis, gratiis, & libertatibus præfato ordini à Sede Apostolica concessis abutantur, ac di-

ac diuersis medijs, alios ipsius ordinis ꝓfessores sub obe diétia suorum superiorũ degentes, in eorum societatem, ac consimilem vitam trahere satagant, in grauem Dei offensam, & animarum periculum, ac professorum sub obediétia degentium maximã perturbationem, nec non scãdalum plurimorum: correctores, & zelosus prædicti nobis humiliter supplicari fecerunt, vt premissis occurrere aliasque opportunè prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. ¶ Nos igitur eorumdem correctorũ, ac zelosi in hac parte supplicationibus inclinati, uobis per presentes committimus, & mandamus, quatenus vos vel duo, aut vnus vestrum per vos, vel alium, seu alios, omnes, & singulos dicti ordinis professores, qui post emissam ab eis in ipso ordine professionem quocunque pretextu se ab obediétia suorũ superiorum hactenus subtraxerunt, vel in posterum subtrahent, extra loca, & domos eiusdem ordinis degẽdo, in virtute Sãctę obediétię & sub excommunicationis pęna, per eos, nisi monitionibus vestris paruerint, eo ipso incurrenda, a qua non, nisi per Romanum Pontificem pro tempore existentem, aut in mortis articulo constituti absolui possint, authoritate nostra moneatis, & requiratis, pro vt etiam eos harum serię monemus, & requirimus, quatenus infra terminum per vos eis arbitrio vestro præfigendum, caputium, cæteris caputijs, per ipsos professores gestari solitis, aliquantò breuius, ita quod solum ad medium pectoris extendatur, vt ab alijs ipsius ordinis professoribus sub obediétia degentibus dignosci possint gestare debeant eum effectu. & si monitionibus, & requisitionibus vestris hmõi nõ paruerint, elapso termino prędicto, eos excõcationis sñiam hmõi, incidisse, & incurrisse declaretis. ¶ Et nihilominus legitimis super his habendis seruatis, processibus eandẽ excõicationis sñiam, etiã iteratis uicibus, pro ut expediens fuerit, aggrauare curetis, inuocato ẽt, vt monitionibus nostris hmõi pareatur, si opus fuerit, auxilio brachii secularis, Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis,

Hoc breue fuit impetratũ ad instãtiã capituli generalis bonon. I. celebrati.

ac qui-

ac quibus uis litteris per eosdem professores extra domos,& loca huiusmodi,degentes, super subtractionem sui ab obedientia superiorũ suorum,ét à dicta sede, sub quibuscũque verborũ formis,& expressionibus, ac quibusuis ét derogatoriarum derogatorijs, alijsque fortioribus,& insolitis clausulis irritantibus quoq;, & alis decretis,& in forma breuis pro tempore obtentis, quas illarum tenores præsentibus pro expressis habentes, nemini aduersus præsentes suffragari posse decernimus, cæterisque contrarijs quibuscunque. ¶ Et quia difficile foret,pręsentes litteras,ad singula loca,in quibus de eis forsan facienda erit fides, deferre,volumus,& author.Apostolica decernimus, q̃ ipsarum transumptis, manu notarij publici subscriptis,& sigillo alicuius personę in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, in iudicio, & alibi (vbi opus fuerit,) eadem prorsus fides adhibeatur, quæ eisdem præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensę pręsentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris Die 6. Augusti 1539. Pontificatus nostri anno quinto.

SEQVENTIA PRIVILEGIA PAVLI III. INTELLIGVNtur communicata.

Dilectis filijs, Magistro generali, et prouincialibus, & conuentualibus prioribus, uniuersisq; fratribus ordinis prædicatorum.

Paulus III. declarat qđ vota sororũ ter

PAulus Papa Tertius. Dilecti filij salutem, & Apostolicam benedictionem. Exponi nobis nuper fecistis, quòd licet alias fe. re. Sixtus Papa

Papa IIII. prędecessor noster accepto per eum, quòd quidam fratres, & sorores tertij ordinis Sancti Francisci, ex eius, vel prædecessorum suorum Rom. Pontifi. speciali concecessione collegialiter viuentes, post annum probationis, in manibus sui ministri, seu ministrę ab eorũ collegio canonicè electi vel electę, coram toto suo collegio tria substantialia vota emittebant, & quòd à plerisq; dubitatur an talia vota essent solennia, & religionis obseruãtiæ obligarent, per suas litteras decreuerit, & statuerit, vota præfata, vt præmittitur emissa, vel quæ in futurum emitterentur de cętero, eam vim, & efficatiam habere, quam solemnia vota habent, & oẽm inducere effectum, quem inducunt ipsa vota solemnia facta per quoscunque religiosos, & religiosas de religionibus à sede Apostolica approbatis. ¶ Mãdans omnibus, & singulis cuiuscunq; gradus, dignitatis, conditionis, ordinis essent, sub quorũ cura vel iurisdictitione fratres, vel sorores prefati degebant vel morabantur, aut degere, vel demorari contingeret in futurum, ne de cætero fratres, vel sorores præfati, præfata uota, modo præfato emittentes, matrimonium de cætero contrahere, seu antea contractum post emissa vota huiusmodi consumare, vel religionem ipsam dimittere, & ad secularẽ vitã redire permitterẽt. ¶ Quòd que si ipsi fratres, & sorores contrarium fecissent, matrimonium hmôi nullum fuisse, & esse Apostolica authoritate decernerẽt, ac ipsos fratres, & sorores id faciẽtes, ex cõis sñia innodatos tandiu denuncient, donec ad cor reuertentes, habitum dictę religionis resumerent, & votũ, ac professionem suã, iuxta statuta, & consuetudines dicti ordinis obseruarent, meruissentq; ab hmôi excõinis sententia à suis superioribus absolutionem obtinere, prout in eisdem litteris plenius continetur, ac omnia, & singula priuilegia, & indulta, Apostolica auctoritate eidem ordini S. Francisci, quomodolibet concessa, vobis, & ordini vestro generaliter cõicata fuerint ¶ Nihilominus quia litterę prędecessoris huiusmodi, vobis, & ordini vestro pdictis, ac sub cura degẽtibus sororib[9] tertij ordinis

Tij ordinis collegialiter viuentes sollennia sunt.

Dubitatio.

seu tertię regulæ Sancti Dominici, & specialiter communicatæ non reperiuntur, à nonnullis hæsitatur, an litterę prędecessoris huiusmodi, et in fratribus, & sororibus dicti tertij ordinis, seu tertiæ regulæ S. Dominici collegialiter (vt præfertur) viuētibus qui tria vota hmōi emittere consueuerunt locum sibi vendicent. ¶ Quare nobis humiliter supplicari fecistis, vt omnem hæsitandi materiam tollere, aliasq; uobis, & ordini vestro præfato, in præmissis opportunè, prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. ¶ Nos igitur quarumcunq; animarum salutem ob nubilancia dubia, de cordibus fidelium tolli cupientes, hmōi supplicationibus inclinati, dicta authoritate Apostolica, tenore præsentium, decernimus, ac statuimus, q̄ vota per fratres, & sorores tertij ordinis seu tertię regulæ S. Dominici hmōi, eo modo emissa, secundumque uota per fratres, & sorores dicti tertij ordinis S. Francisci emissa, iuxta decretum prædecessoris hmōi solemnia sint, & censeantur, ac eundem effectum prædictum faciant, & ad religionis obseruantiam arctent, & obligent, ¶ Mandantes omnibus, & singulis, sub quorum cura aut iurisdictione, fratres, aut sorores tertij ordinis seu tertiæ regulæ S. Dominici hmōi degunt, & morantur, seu in posterum degere, vel morari contigerit, cuiuscunque gradus, dignitatis, ordinis existant, ne de cętero fratres vel sorores tertij ordinis, seu tertiæ regulæ S. Dominici hmōi, qui prædicta uota, modo præfato emiserunt, matrimonium contrahere, seu antea contractum pòst emissionem hmōi consumare, aut religionem ipsam dimittere, & ad secularem vitam redire permittant. ¶ Quodque si ipsi fratres vel sorores contrarium fecerint, matrimonium hmōi nullum fuisse, & esse eadem authoritate decernentes, ac fratres, & sorores hoc faciētes excōis sententiam innodatos esse tandiu denuntient, donec ad cor reuersi habitum religionis S Dominici resumpserint, & votum ac professionem suam secundum statuta, & consuetudines dicti tertij ordinis, aut tertiæ regulæ modo prędicto collegialiter viuent, mereanturque

Suplicatio.

Concessio.

Vota sollēnia sunt.

Matrimonium earū nullū est.

ab

ab hmői excōis sententia à suis prioribus absolutionem obtinere. ¶ Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac omnibus illis quæ dictus prædecessor noster in litteris suis voluit non obstare, cæterisq; contrarijs quibuscunque. Datum Romæ apud S. Marcū sub annulo piscatoris Die 26. Iulij. 1542. Pontifi. nostri anno octauo.

Paulus tertius eximit fratres à solutione cuiuscunque portionis legatorum ac ēt sorores moniales.

PAulus Papa Tertius. Ad perpetuam rei memoriam. Honestis petentium votis libenter annuimus, eaque fauoribus prosequimur opportunis. Exponi siquidem nobis fecerunt dilecti filij, generalis, & ministri prouintiales ordinis fratrum minorum de obseruantia nuncupatorum, nec non dilectæ in Christo filiæ, Abbatissæ, & Priorissę, ac moniales, & sorores S. Claræ, & tertij ordinis S. Francisci, quòd licet domus, & loca ordinis fratrum minorum de obseruantia nuncupatorum, eorumque guardiani, & fratres, nec non monasteria, & Domus ordinis S. Clarę cuiuslibet regulę, ac tertij ordinis S. Francisci de pœnitentia nuncupati, eorumq; abbatissę, & Priorissæ, ac moniales, & sorores, eisdem fratribus de obseruātia subiecta, ex priuilegijs Apostolicis, eis, seu eorum ordinibus commissis fuerint, & exempta à solutione, seu p̄stațione cuiusuis quartæ, seu quintæ legatorū eis pro tempore factorum ordinario loci, vel quibusuis alijs quomodolibet facienda, ac in pacifica possessione, seu quasi exemptionis huiusmodi.

¶ Nihilominus cum diuersi Basilicæ Principis Apostolorum de vrbe. Et domus Sancti Ptholomæi Nepesin. ordinis prædicatorum, ac Sancti Feliciani, nec non hospitalis Sancti spiritus in saxia, etiam de vrbe, ac alij quęstores, seu commissarij, prætextu diuersorum priuilegiorum eis desuper concessorum prętendunt, Quartas vel quintas legatorum huiusmodi sibi deberi: Generalis & ministri prouinciales nec non Abbatissæ, & priorissæ, ac moniales, & sorores, prętati dubitant superinde ab eis vexa

Supplicatio pro nó soluendis legatis.

ri seu molestari, aut alias diuersimodè perturbari posse tempore præcedente. ¶ Quare pro parte eorumdem, generalis, & ministrorum, ac Abbatissarum & priorissarum, ac monialium, & sororum huiusmodi, nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus tranquilitati eorum consulere, ac alias ipsis in pręmissis opportunè tunc prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. ¶ Nos igitur eosdem generalem, & ministros, ac Abbatissas, & priorissas, nec non moniales, & sorores spetialibus fauoribus, & gratijs prosequi volentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, eisdem omnibus, q̄ ipsi de cętero de, & super legatis, & alijs relictis eis per quoscunque quomodolibet pro tempore factis, prætextu quartarum, seu quintarum huiusmodi ab eisdem, seu quibusuis aliis quæstoribus, seu commissariis etiam pro Sancta Cruciata, aut alias quomodolibet deputatis vexari, seu molestari, aut alias quomodolibet perturbari, non possint, nec quicquam ab ipsis peti valeat, authoritate Apostolica tenore præsentium perpetuò concedimus.

Cócesio.

Mare magnum sup. car. 41.

¶ Ac eisdem, & quibusuis aliis quęstoribus, & commissariis cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, & conditionis existant, & quacumque iurisdictione, & facultate fungantur, etiam si Cardinalatus honore præfulgeant, ne generalem, & ministros, Abbatissas, & priorissas, ac moniales, & sorores præfatos, occasione quartarum seu quintarum, legatorum, seu relictorum huiusmodi, directè uel indirectè, aut alias quomodolibet uexare, seu molestare, perturbare, seu quicquam ab ipsis petere possint sub excommunicationis, & aliis sententijs & pœnis ecclesiasticis districtius inhibemus, decernentes ex nunc irritum, & Inane quicquid secus super his à quoquam quauis authoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

¶ Quo circa vniuersis, & singulis Patriarchis, & Archiepiscopis, & Episcopis, & aliis locorum ordinarijs, per pręsentes committimus, & mandamus, quatenus ipsi, duo, aut vnus eorum, per se vel lium, seu alios, prę-

pręsentes litteras, & in eis con tenta quæcunque vbi, & quando opus fuerit, & quoties, pro parte generalis, & ministrorum, ac Abbatissarum, & Priorissarum, ac monialium, & sororum huiusmodi, seu alicuius eorum fuerint requisiti, solemniter publicantes, eisque in pręmissis Efficacis defensionis pręsidio assistentes, faciant authoritate nostra præfatos generalem, & ministros, ac Abbatissas, & priorissas, ac moniales, & sorores, & eorum quemlibet, concessione, & indulto, ac omnibus præmissis, pacificè frui, & gaudere, non permittentes eos, vel eorum aliquem desuper quomodolibet indebitè molestari, contradictores, molestatores, quoslibet, & rebelles, per censuras ecclesiasticas, ac alia opportuna iuris remedia, appellatione postposita, compescendo, ac etiam pecuniarias pœnas, eorum arbitrio imponendas, moderandas applicandas, ac legitimis super his habendis, seruatis processibus, censuras, & pœnas ipsas, etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc (si opus fuerit) auxilio brachii secularis.

¶Non obstantibus felicis recordationis Bonifatii Papę octaui prędecessoris nostri de vna, & in Concilio Generali ædita de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis authoritate præsentium, ad iuditium non trahatur, & aliis ordinationibus, & constitutionibus Apostolicis, ac Basilicæ, & ordinis fratrum prędicatorum, nec non Sancti Feliciani, & Sancti Spiritus, ac quorumuis aliorum hospitalium, & monasteriorum, aliorumque regularium locorum, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate roboratis alia, statutis, & consuetudinibus, priuilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis, nec non facultatibus, & authoritatibus, etiam quęstoribus, & commissariis pręd ictis sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis clausulis, & decretis, & aliàs

quomodolibet concessis, confirmatis, approbatis, & innouatis: Quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione, de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma, ad hoc seruanda foret, tenores huiusmodi ac si de verbo ad verbum insererentur, præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dútaxat, harum serie specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Datum Perusiæ sub annulo piscatoris die 12. Septembris 1544. Pontificatus nostri anno decimo.

IVLIVS III. PAPA 229. Anno 1550. de mense Februarij assumptus iam sextum annum egit in eo, & confirmauit priuilegia ordini minimorum.

Iulius III. confirmat omnes immunitates, & grãas cõcessas ordini minimorum à suis prædecessoribus.

IVlius Episcopus seruus seruorum Dei Dilectis filijs gñali, & prouincialibus correctoribus, ac zeloso, nec non vniuersis fratribus ordinis mini. salutem & Apostolicam benedictionem.

¶ Cum à nobis petit ꝙ iustũ est, & honestum, tam uigore æquitatis, quàm ordo exigit rationis, vt id per solicitudinem officij nostri, ad debitum perducatur effectũ. Ea pro-

Ea propter dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, personas vestras & loca, in quibus diuino estis obsequio mancipati, cum omnibus bonis, quæ in præsentiarum in communi rationabiliter possidetis, & in futurum iustis modis, præstante Domino, poteritis adipisci, sub beati Petri protectione suscipimus, atque nostra, omnes quoque libertates, & immunitates à fe.re. Sixto quarto, Alexandro Sexto. Iulio secundo. Leone decimo, Clemente septimo, & Paulo tertio prędecessoribus nostris Romanis Pontificibus, siue per priuilegia, concessiones, & alia indulta vobis, & domibus vestris communiter concessa.

¶ Nec non libertates, & exemptiones secularium exactionum, ab imperatoribus, Regibus, ducibus, principibus, ac aliis Christi fidelibus, vobis, & domibus prædictis, etiam in communi rationabiliter indultas, specialiter autem decimas, primitias, obuentiones, affictus renouationes, census, fructus, redditus, prouentus, vineas, domos, hortos, virgulta, prata, pascua, olíueta, viridaria, nemora, syluas, lacus, stagna, piscarias, & alia bona ad uos, & domos vestras hmói etiam communiter spectantia, sicuti ea omnia iustè, & pacificè possidetis, uobis, & eisdem domibus vestris, authoritate Apostolica confirmamus, & pręsentis scripti patrocinio communimus. Salua in prędictis decimis moderatione Concilij generalis. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ suppletionis, confirmationis, & communicationis infringere, vel ei ausu temerario cõtraire. Si quis autẽ hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Romæ Apud S. Petrum anno incarnationis Dominicę. 1553. Quintodecimo kalendas Maii. Pontificatus nostri anno 4.

Mare Magnum. 38. 39. & 41. car. supra.

PAVLVS IIII. PAPA 231
Anno 1555. de mense Iunij Pontifex creatus est, sedit Annos IIII. Menses II. Dies 27. & confirmauit priuilegia ordini minimorum.

Paulus iiij. approbat omnia priuilegia cócessa à suis predecessoribus ordini minimorum.

PAulus Episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filijs generali, & prouintialibus, correctoribus, ac zeloso, nec nó vniuersis fratribus ordinis mini. salutẽ, & Apostolicam benedictionem. ¶ Cum à nobis petitur quod iustum est, & honestum, tàm vigore æquitatis, quã ordo exigit rationis, vt id per sollicitudinem officij nostri, ad debitum perducatur effectum, ea propter dilecti in domino filij, vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, personas vestras, & loca, in quibus diuino estis obsequio mancipati, cum omnibus bonis, quæ in præsentiarum in communi rationabiliter possidetis, & in futurũ iustis modis pręstante domino, poteritis adipisci, sub beati Petri protectione suscipimus, atq; nostra, omnes quoque libertates, & immunitates, à felicis recordationis Sixto quarto, Alexandro vj. Iulio ij. Leone decimo. Clemente vij. Paulo iij. & Iulio ét iij. prædecessoribus nostris Rom. Pontificibus, siue per priuilegia, concessiones, & alia indulta vobis, & domibus vestris communiter concessa. ¶Nec non libertates, & exemptiones secularium exactionum ab imperatoribus, Regibus Ducibus, Principibus, & alijs Christi fidelibus, vobis, & domibus prædictis, etiam in communi, rationabiliter indultas, specialiter autem decimas, primitias

tias, obuentiones, affictus annuos, responsiones, census, fructus, redditus, prouentus, vineas, domos, hortos, virgulta, prata, pascua, olivueta, viridaria, nemora, siluas, lacus, stagna, piscarias, & alia bona ad vos, & domos vestras huiusmodi, etiam communiter spectantia, sicuti ea omnia iustè, & pacificè possidetis, vobis, & eisdem domibus vestris, author. Apostolica confirmamus, & praesentis scripti patrocinio communimus. ¶ Salua in praedictis decimis moderatione Concilij generalis. ¶ Nulli ergo omninò hominum liceat, hanc paginam, nostrae suppletionis, confirmationis, & communitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Romę, apud S.Marcum, anno incar. Dominicę 1555. quinto decimo Calendas Octobris Pont. nostri, anno primo.

Mare magnum supra car. 38. 39. & 41.

PIVS V. PONTIFEX 233 *ordinis praedicatorum, anno 1566. die 24. Ianuarij creatus, multa in fauorem omnium ordinum cōcessit, & declarauit.*

Bulla S. D. N. D. Pij Diuina prouidentia Papę V. super clausura, & reformatione quarumcunq; Monialiū.

Pius Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Circa Pastoralis officij nobis (meritis licet imparibus) desup cōmissi curā (q̃tū nobis ex alto permittit) inuigilātes assiduè ad ea, p quę singulis erroribus & excessibus obuiāt, ac psonis quibuslibet pręsertim foeminei sexus virginitatē suā altissimo vouentibus sub religionis

S.N.D.PP. Gre. multa statuit & declarat, sup hmōi bulla quam vide infra:

gionis iugo, Christo Saluatori in castitatis holocaust. famulari affectantibus, à semita iustitiæ, & honestat. declinantibus, ne quicquam in eis reperiatur incongruũ, quod in regularis ponat honestatis gloria maculam, & diuinam meritò possint offendere maiestatem, opportunè succurrere, libenter intendimus, ac in his nostræ vigilãtiç partes propensius ĩpartimur, pro ut id ĩ Domino salubriter expedire conspicimus. Hac igitur perpetuò valitura constitutione inhærentes etiam constitutioni fel. re. Bonifacij Papæ VIII. prædecessoris nostri, quæ incipit. Periculoso, & decretis Concilij Tridentini super clausura monialium æditis, authoritate Apostolica tenore presentium statuimus, atque perpetuò decernimus, vniuersas, & singulas moniales præsentes, atq; futuras cuiuscunq; Religionis, ordinis, vel militiarum, etiã Hierosolimitan. sint, quç vel iam receptç sint, vel in posterum in quibusuis monasterijs, siue domibus recipientur, & tacitè, vel expresse Religionem professç, etiam si conuersæ, aut quocunq; alio nomine appellentur; etiam si ex institutis, vel fundationibus earum regulæ ad clausuram non teneãtur, nec vnquàm earum monasterijs, seu domibus etiam ab immemorabili tempore, ea seruata non fuerit, sub perpetua in suis monasterijs, seu domibus, de cçtero debere permanere clausura iuxta formam dictæ constitutionis fç re. Bonifacij Papæ VIII prædecessoris nostri, quæ incipit. Periculoso, in Sacro Concilio Tridentinensi approbatæ, & innouatæ quàm nos authoritate præfata etiam approbamus, & innouamus in omnibus, & per omnia ac illam distinctè obseruari mandamus. ¶ Quod si aliquæ Moniales forsan reperiantur, quæ consuetudine etiam immemorabili, aut instituto, vel fundatione Regulæ suæ fretæ animo obstinato huic clausuræ resistant, aut quoquo modo reluctentur. ¶ Ordinarij vnà cũm superioribus eorum omnibus iuris, & facti remedijs cõpellant easdem tanquàm rebelles, & incorrigibiles ad præcisè subeundum dictã clausuram, & perpetuò obseruandum. Mulieres quoq;

Cõc. Trid. sess. vltim. de regul. cap. 5.

quæ

quæ tertiarię, seu de pœnitentia dicuntur, cuiuscunq; fuerint ordinis in congregatione viuentes, si & ipsę professę fuerint, ita vt solemne votum emiserint, ad clausuram præcise (ut præmittitur) & ipsę teneantur. ¶ Quòd si votum solemne non emiserint, ordinarij vnà cum superioribus earum hortentur, & persuadere studeant, vt illud emittant; & profiteantur, ac post emissionem, & professionem eidem clausuræ se subijciant. ¶ Cœteris autem omnibus sic absq; professionis emissione, & clausura viuere omnino volentibus, interdicimus, & perpetuò prohibemus, ne in futurum vllā aliam prorsus in suum ordinem, Religionem, congregationem ue recipiant. ¶ Quòd si contra huiusmodi nostrā prohibitionem, & decretum aliquas receperint, eas ad sic viuendum omninò inhabiles reddimus, ac illarum quaslibet professiones, & receptiones irritas decernimus, & nullas, prout etiam præsenti decreto irritas facimus, & annullamus.

Mulieres tertiarię in congregatione viuētes tenent ad clausuram.

¶ Porrò ne moniales, & tertiarię prędictæ propter hanc clausuram detrimentum, aut incōmodum aliquod in earum necessitatibus maximè in pertinentibus ad illarum victum patiantur, sed vt eis opportunè consulatur. ¶ Authoritate Apostolica pręfata statuimus, decernimus, præcipimus, atque mandamus ordinarijs, & superioribus earum, vt curēt colligi fideliū eleemosynas per cōuersas, quę non sint professę, uel si professę fuerint, sint tamen annorum quadraginta, & in domibus contiguis, extra tamen Monasterium degant, & non ingrediantur clausuram aliarum monialium, nisi in casibus ex earum constitutionibus permissis, & de earum domibus exire non possint pro huiusmodi eleemosynis colligendis, nisi de licentia ordinarij, uel earum superiorum. ¶ Et de cętero nullę alię conuersæ professę recipi amplius etiam de consensu suorum superiorum, vel prælatorum possint. ¶ Quòd si aduersus hanc nostram prohibitionem receptæ fuerint, illarum receptio nulla, irrita, & ina

S. Noster Gregorius optimè pꝛuidit eorū necessitati.

In bulla gregorij dclaratur intelligendū esse prętes

nis

illas quę ex tra monasterium in domibus contiguis degerent.

nis fit, prout ex nunc nullam, irritam facimus, & annullamus. ¶ Quòd si prędicto modo necessitatibus Monialium, & mulierum tertiariarum prædictarum succurri sufficienter non poterit, mandamus ipsis ordinarijs, & superioribus earum, vt ipsi prouideant de alijs personis pijs, & Deo deuotis, quæ fidelium eleemosynas colligant, vel aliàs eo meliori, & commodiori modo, quo fieri poterit, etiam ex opere manuum ipsarum monialium, & mulierum prędictarum, arbitrio ordinariorum, & superiorum earundem, & prout eis congruentius expedire videbitur, prouideatur, & succurratur. ¶ Et ne propter monialium numerum excessiuum clausuræ obseruatio violetur, inhærentes etiam similiter dispositioni dictæ constitutionis Bonifacij, & Concilij Tridentini decreto, monialibus prædictis, & illarum superioribus, & ordinarijs districtè inhibendo præcipimus, & mandamus, ne plures in earum monasterijs recipiant, & admittant, seu recipi, & admitti permittant, quàm ex proprijs redditibus ipsorum Monasteriorum, vel consuetis eleemosynis commodè substentari possint.

Numerus monialium moderatur

Sess. vlti. de regul. c.5.

¶ Mandantes propterea in virtute sanctæ obedientię sub obtestatione diuini iudicij, & interminatione maledictionis æternæ vniuersis venerabilib⁹ fratribus, Patriarchis, primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, quatenus in ciuitatibus, & diœcesibus proprijs, præsentes litteras nostras publicari faciant, ac in monasterijs monialium sibi ordinario iure subiectis. ¶ In his veró, quæ ad Romanã mediatè, vel immediatè spectant ecclesiam, sedis Apost. authoritate vnà cum superioribus eorundem monasteriorum clausuram (vt præmittitur) quàmprimum poterint, seruari procurent. ¶ Contradictores, atque rebelles per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo, inuocato ad hoc (si opus fuerit) auxilio brachij sæcularis. ¶ Ac vt hoc tàm salutare decretum facilius obseruetur, omnes principes seculares, & alios dominos, & magistratus tẽporales, rogamus, requi-

Auxiliatores deputã

requirimus,& obsecramus per viscera misericordiæ Domini nostri Iesu Christi,eisdem in remissionem peccatorum iniungentes, quòd in præmissis omnibus eisdem Patriarchis,primatibus,Archiepis,Epis, & alijs monialiũ superioribus assistant,ac suum fauorem,& auxilium præstent. Ac impedientes, pœnis ét tpalibus afficiant, præmissis constitutionibus Apost. statutis, & consuetudinibus,etiam immemoralibus ,etiã per sedé Apost. approbatis, & confirmatis, priuilegijs quoq; indultis, & litteris Apost.etiam in fundatione, & institutione eisdem monasterijs,vel domibus,& monialibus,sub quibuscũq; verborum formis, & clausulis irritantibus, & alijs decretis quibuslibet concessis, confirmatis, ac ét iteratis vicibus approbatis, & innouatis.¶ Quibus omnibus ét si pro sufficienti illorum derogatione de illis,eorumq; totis tenoribus,specialis,specifica,expressa,& indiuidua, non aũt per clausulas generales idé importantes,mentio,seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua exquisita forma ad hoc seruanda foret,tenores hmõi, ac si de verbo ad verbum insererentur pro sufficienter expressis habentes, quo ad effectum validitatis nostræ constitutionis tñ derogamus,contrarijs quibuscunq;.¶ Aut si aliquibus cõiter, vel diuisim ab eadem sit sede indultũ,qꝫ interdici aut suspendi non possint per litteras Apostolicas nõ facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Per hoc autem in monasterijs exemptis ordinarij locorũ, quod aliã sibi nullam credant iurisdictionem,vel potestatem aliquatenus eis attributam. Volumus autem, quòd præsentes litteræ ad valuas Basilicæ B.Petri Apost. principis, & in Cãcellaria nostra ,ac acie Campi Floræ publicentur,& inter constitutiones extrauagantes perpetuò valituras conscribantur. ¶ Et quia difficile foret præsentes ad singula quæcunq; loca deferri, volumus, et etiam declaramus, quòd earum transumptis etiam impressis manu alicuius Notarij subscriptis, ac sigillo alicuius prælati munitis eadem prorsus fides vbicunq; adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur,

Transumpti fides adhibenda.

hiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensę. ¶ Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, innouationis, statuti, decreti, mandati, interdicti, prohibitionis, annullationis, pręcepti, inhibitionis, requisitionis, obsecrationis, iniunctionis, derogationis, declarationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Romę, apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Millesimo, Quingentisimo, Sexagesimo sexto. Quarto Calendas Iunij, Pontificatus nostri anno primo.

Visa de Curia Io.P. Riuetius ll.

Cæ. Glorierius.

H. Cumyn.

Publicatio bulle. Anno à Natiuitate Domini 1566: indictione nona, die verò nona mensis Iunij, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Nostri Domini Pij diuina prouidentia Papę Quinti anno primo. Retroscriptę litterę, affixæ, & publicatæ fuerunt ad valuas Basilicæ Principis Apostolorum Sancti Petri de Vrbe, Cancellariæ Apostolicę, & in acie Campi Florę dimissis copijs earundem in retroscriptis locis affixis per nos Io. Guerardi, & Nicolaum de Mattheis Cursores.

Antonius Clerici Magister Cursorum.

BVLLA CONFIRMATIONIS, & nouę concessionis priuilegiorum omnium ordinum mendicantium.

CVM CERTIS DECLARATIONIBUS, decretis, & inhibitionibus S. D. N. D. Pij Papa V. Motu Proprio.

PIVS EPISCOPVS SERVVS SERVOrum Dei, Ad perpetuam rei Memoriam.

ET si mendicantium ordines, qui sedulum in vinea Domini quotidiè exhibere non cessant famulatum, summo semper studio (etiam dum in minoribus essemus) amplexi sumus ad summi tamen Apostolatus apicem (meritis licet imparibus) diuina fauente clementia assumpti, dum id mente recolimus, facere non possumus, quin eos propensiori charitate, & paterno affectu amplectamur, ac exinde pro suis sanctis studijs, honestisq; laboribus proq; salute aĩarum, ab Apostol. Sede (cuius continuè pacem, & dignitatem ordines ipsi fortiter tutati sunt) tàm spiritualia, quàm temporalia subsidia, ornamentaq; acceperint, & accipiant, quibus, & sancta sua officia, ac vitam suam regularem facilius, atque expeditius exequi, & transigere possint: & cęterę, reli-

ræ religiosę personæ, ordinesq; alij, exemplo ipsorũ promptiores, alacrioresq; ad sua officia persoluenda reddantur. Hinc est, quòd nos attendentes, plerisque ex venerabilibus fratribus nostris Archiepiscopis, & Episcopis, qui eosdem ordines precipuè tamquàm fructiferos in agro domini palmites: & colere, & adiuuare deberent, non solum id exequi negligere, verum etiam Concilij Tridentini decretis in prauum sensum retortis eos, & eorum quemlibet varijs afficere incommodis, & perturbationibus, eorumq; priuilegijs non modicum afferre grauamen, conantur.

¶ Quidam enim Episcopi (vt accepimus) nolunt admittere quosdam regulares ad predicationem, & in suis Ecclesijs faciendam, quamuis de eorum habilitate ad huiusmodi opus exercendum, habeant bonum testimoniũ à suis superioribus. ¶ Alij verò volunt, vt nedum semel, sed etiam pluries in anno, coram ipsis, vel eorum Vicarijs predicatores presententur, ac pro licentia predicandi (quam non nisi in scriptis dare volunt) aliquid quandoque exigunt. ¶ Alij etiam Episcopi, maximam regularibus iniuriam irrogare videntur, dum preter ordinem, & veterem consuetudinem absque vlla ratione quosdã reijciunt, & quosdam (pro eorum libito) admittunt ad predicationem huiusmodi debendam in locis suæ diœcesis. ¶ Quorundam etiam locorum ordinarij, quosdã Religiosos probos viros, & idoneos (etiam à suis superioribus approbatos) ad confessiones audiendas admittere nullo modo volunt. ¶ Quidam ex eis uolunt, non solum singulis annis, sed etiam pluries in anno, in aliquibus partibus eosdem confessores sibi presentari. ¶ In aliquibus uerò oppidis tàm Episcopi seu eorum Vicarij, quàm presbyteri Curati nolunt, vt fratres mendicantes vocati ad audiendas confessiones infirmorum (maximè si infirmitas est grauis) aut etiam sanorum in priuatis illorum domibus, uel alibi, preterquam in suis Ecclesijs, aut Monasterijs possint accedere. ¶ Nonnulli etiam audent Confessores Monialium (qui pleno iure subsunt regulari-

gularibus) examinare, cum tamen id minimè per concilium decernatur, ſicut & de fratribus, qui ſunt audituri confesſiones aliorum fratrum. ¶ Qui etiam in aliquibus partibus nituntur aſſerere, ſeu facere, ne quiſquam infra annum posſit ſacram Euchariſtiam in eccleſijs mendicantium recipere, neque etiam moniales tertiarias nuncupatas ſuorum ordinum (vt aliqui aſſerunt.) in aliquibus partibus fieri, cum tamen ſolum in Paſchate (quo ad ſeculares dumtaxat) iuxta priuilegia ſummorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum eiſdem ordinibus conceſſa, id obſeruare debeant. ¶ Alij verò Epiſcopi, ſeu eorum Vicarij audent ad eorum libitum dare licentiam quibuſcunque, quæcunque Monaſteria Monialium, etiam Sanctæ Claræ ingrediendi, etiam ſi regularium curæ ſubdita ſint. ¶ Quidam verò ſub prætextu exquirendi voluntatem puellarum, ante profesſionem earum voluntas extrahere à monaſterijs, & per longum tempus alibi detinere. ipſaſque puellas ſeu nouitias de plerиſque rebus interrogant, & neque neceſſarijs, neque in decreto Concili Tridentini deſuper contentis, ex quibus non modica poteſt oriri occaſio ſcandali. ¶ Alij verò plerique noluerunt, quoſdam regulares aliarum diœceſim ſacris ordinibus initiare: ac etiam à ſuis Prælatis approbatos, admittere nolunt. ¶ Aliqui verò ſingulis dominicis diebus in ſuos Parrocchianos ad ſonum campanæ excommunicationem promulgant, vt non poſsint intereſſe miſsis, concionibus, & diuinis officijs, niſi in propria Parrochia. ¶ Alij verò ipſis prohibent, vt omnino in alijs Eccleſijs (etiam requiſiti) non celebrent. ¶ Alij verò in aliquibus partibus in eorum Eccleſijs conciones ſacræ ſcripturæ, & ſermones pro mortuis haberi nolunt, & ſi aliquid ipſis relictum fuerit, vt ab ipſis miſſæ dicantur, vel alia officia pro mortuis celebrentur, ipſi ſibi ea vſurpant, eicientes, quod ipſi ea exequi nõ poſſunt, quia ipſi ſunt paſtores. ¶ Alij vero ſub excõicationis latæ ſententiæ, & exilij p decẽniũ a diœceſi pęna ĩhibuerũt ne miſſę ĩ eorũ eccle

ſijs cęlebrantur, in diebus feſtiuis, antequam rector Parrochialis Eccleſię cęlebrauerit. ¶ Alij etiam nolunt, vt dum prędicatio in Eccleſia Cathedrali habetur, alibi prędicetur. Ac inſuper in quibuſdam locis omnem ordidem, & quietem perturbant, dum controuerſias, iam diu ſopitas, & extinctas ſuper pręcedentia excitarunt, & vbi nullæ erant, pepererunt, dum pro arbitrio, & voluntate eorum, hos illis præferre voluerunt.

¶ Quidam etiam Epiſcopi volunt regulares à cura animarum excludi, & illam ſolis presbyteris ſæcularibus, committi, ¶ Quidam verò quartam funeralium extendere volunt etiam ad miſſas, legata, & alia quæcunque domibus regularium relinquuntur. ¶ Alij autem volunt quartam partem omnium, eorumque etiam pro ornamento eccleſię palliorum, planetarum, cortinarũ, pannorum, & eorum etiam quæ pro victu fratrũ relinquuntur. ¶ Aliqui etiam in quibuſdam partibus, etiam volunt vt non ſolum ius ſepulturæ ſolui conſuetum, quod ſemper ſoluitur, neque denegatur, ſed etiam omne illud, quod eccleſijs ordinum ad eorum libitum partes dant, quando ſepeliuntur ibidem defunctorum corpora, id totum curatis etiam de nouo ſoluatur, inſtanter conantur, impedientes ne aliter corpora defunctorum, ad Monaſteria fratrum deferantur, vnde in hoc maximè tàm partes, quàm ipſos fratres grauari contingit. ¶ Aliqui verò etiã ex locis mendicantium, qui curam habent animarum, volunt pro ſeminario decimas exigere, ac in caſu retinentiæ etiam pignus exigunt. ¶ Alij autem præfatos fratres ac moniales ſub eorum cura degentes ſubſidium regium perſoluere cogunt, cum multæ earundem monialium vix habeant pro earum victu, & veſtitu neceſſaria vitæ. ¶ Alij etiam in quibuſdam partibus pauperes mendicantes eleemoſynas petere prohibent pro eorum dumtaxat ſubſtentatione, & ſi inuenerint eos panem, vel aliquid aliud ſimile amore Dei ſibi collatum portantes, quandoque ab eis auferre minantur, afficientes eos graui iniuria, & contumelia, ¶ Non nulli verò Epi-

ſcopi

ſcopi vel capitula canonicorum pauperes mendicantes tàm fratres quàm moniales ſuorum ordinum, tam de redditibus bonorum ſi quæ habent, Quàm đ poſſeſsionibus, vineis, agris, & alijs ſuis bonis quibuſcunque non ſolum largitione fidelium ſibi conceſsis, ſed etiam aliàs iuſtis de cauſis ab eis acquiſitis ac pecunijs emptis ſibi decimas ac primitias alijs reſpectiuè ſoluere coguntur. ¶ Alij autem auſi ſunt inquirere, & proceſſus facere contra aliquos regulares, intra clauſtra delinquẽtes, vel de quorum delictis aliqua erat ſuſpicio, non expectata aliorum ſuperiorum cenſura. ¶ Alij vero Epiſcopi monialium monaſteria ingredi, & illa ingrediendi licentias alijs concedere, & aduerſus illas proceſſus formare, ipſorum ordinum ſuperioribus irrequiſitis, præſumunt. ¶ Aliqui etiam dominium temporale ſuper moniales habere prætendunt. ¶ Nonnulli verò frequentisſimè regulares citant, & iuriſdictioni ſuæ ſubijcere tentant, ac eorum conuentum occupant, ipſos expellendo, ac in ipſos iuriſdictionem vel poteſtatem exercent. ¶ Aliqui uerò, ipſos carceribus (abſque cauſæ cognitione) mancipant, ac manibus pedibuſque laborant, vt regulares mendicantes ſuæ ditioni ſubijciant, & vſque adeo ſe intromiſerunt in gubernatione conuentuum, & in correctionibus fratrum, ut Prouincialibus, & Generalibus nullus amplius videatur relictus locus, aut ulla iuriſdictio. ¶ Aliqui autem, conuentuum Priores, & Guardianos rationes, & computa facere cum ſyndicis cõuentuum huiuſmodi prohibent. Fratres quoque qui ad Epiſcopos huiuſmodi recurſum habent à Prioribus, & Guardianis præfatis caſtigari, & puniri interdicuntur. ¶ Inhibent quoque ſuperioribus ordinum, ne faciant proceſſus contra fratres, ac in ipſos imperium, & brachium ſeculare exerceãt. ¶ Alij verò, ipſos extra clauſtra degentes ſub eorum protectione recipiunt, eoſq; ſic permanere permittunt, eoſq;, etiã inuitis ſuis ſuperioribus, detinent. ¶ Aliqui uerò, bonorum ipſorum fratrum tamquam ad eos (ſi extra clauſtra defuncti fuerint)

cti fuerint) spectantium, possessionem occupare præsumunt, & ad habitum religionis reuersis, sua bona consignare nolunt. ¶ Ac etiam vniones à sede predicta, aut alias ritè factas, de beneficijs Ecclesiasticis impediunt, & sibi relaxari debere nolunt, & contradictores excommunicationis gladio feriunt. ¶ Alij verò regulares campanas diebus festiuis pulsare, vel eodem tempore quo ipsi celebrant, missas celebrare nolunt. ¶ Aliqui etiam prò licentia danda ædificandi quandam domum regularem, triginta, vel quadraginta ducatos exigere, nó erubuerunt. ¶ Alij verò eos mortuorum corpora associare, alij autem illos cum Parocho similia munera subire non permittunt, nisi maior canonicorum pars interuenerit. ¶ Alij verò mortuorum officia in regularium Ecclesiis peragi nolunt, nisi cum ipsorum presentia, & ipsorum moniales, vel alias personas etiam, si in earum funere Parrochus interuenire non deberet, sepelire prohibent, nisi ipsi Parrocho prius certum quid solutum fuerit; & si aliquem, ipsi sciuerint, in regularium Ecclesijs sepulturam eligisse, eum (vt dicitur) non ante ad illas deferre sinunt, quàm ad Parrochi Ecclesiam delatū, inibique officium peractum fuerit. ¶ Postremò verò, testamenta sine presbyterorum præsentia fieri, prohibent, & si quid ipsis regularibus relictum fuerit, id asserentes contra Concilij Tridentini canones esse, reuocare omninò procurant.

¶ Ac propterea volentes, premissis, ac alijs similibus excessibus, & grauaminibus ex nostri pastoralis officij debito prouidere; attendentes etiam, illos, qui onus diei & æstus tàm in predicationibus, quàm in cœteris spiritualibus muneribus quotidiè sustinent, nisi etiam aliquantū piè subleuentur, facilè fore, vt oppressi, à suis officijs omninò desistant, ne in posterum eis aliquod inferatur grauamen. Concilij Tridentini euiusmodi decreta quorum falsa, seu minus vera intelligentia premissa irrepserunt quorumq; declaratio non nisi ad nos spectat, modo & forma infrascriptis, declarandum censuimus.

¶ Nos

¶ Nos igitur Motu proprio, non ad alicuius instantiã, sed de mera deliberatione, & ex certa scientia nostris, ac de Apostolicę potestatis plenitudine, declaramus Canonem Sessionis xxiiij. cap 4. per quem omnibus regularibus etiam in suorum ordinum Ecclesijs contradicente Episcopo prædicationis officium interdicitur, mendicantium ordinum fratres huiusmodi, quando à suis Generalibus, vel eorum ministris Prouincialibus, ad id deputati fuerint, non comprehendere, neque eos afficere. Immò uolumus quod in suis Ecclesijs, quando eis placuerit, licitè, & absque ullo impedimento, uel contradictione, etiam Epi (nisi ipse prædicauerit) ꝑdicare possint. Declaratur aliqua decreta Concilij Trid. Mendicantes in suis possunt ꝑdicarẽ ecclesijs absque aliqua contradictiõe.

¶ Quod uerò in sessione 23. cap. 15. circa confessiones à regularibus non audiendas statuitur hoc etiam dictorum ordinum fratres, à pręfatis suis Generalibus, uel ministris Prouintialibus audiendas confessiones utriusque sexus Christifidelium approbatos (ut pręmittitur) minimè comprehendat, ita ut à confessionibus audiendis tàm intra eorum Ecclesias, & domos, quàm extra, minimè prohibeantur, super hoc litteras fęlicis recordationis Pauli Papa iiij .etiam prædessoris nostri, concedentes eisdem fratribus mendicantibus regularis obseruantię, posse confessiones secularium personarum, etiam infirmarum, etiam extra domos, & monasteria sua, & vbi libet audire, & approbando, & de nouo concedendo. Cõfessiões tã intra domos quam extra audire possunt.

¶ Statuimus etiam quod ille qui semel in vna diœcesi admissus per Episcopũ fuerit, semper in eadem diœcesi habeatur pro admisso, nec amplius examinari, uel præsentari, in dicta diœcesi debeat, tàm quo ad prędicationes faciendas, quàm quo ad confessiones audiendas, nec aliquid pro prędictis exigi, vel recipi debeat. Admissus semel in una diœcesi nõ tenetur amplius examinari, uel ꝑsentari ĩ eadem.

¶ Confessores uerò monialium, quę degunt sub cura regularium ab ordinario examinari nolumus, quemadmodum neque etiam fratres si debeant audire confessiones aliorũ fratrũ examinari debẽt. Cõfessores monialium & fratrum, nec examinari, nec ꝑsentari tenentur.

¶ Lectores insup ex eisdẽ fratrib⁹ & ĩ theologia graduati q̃ cũ licẽtia suorũ supiorũ ad gradũ admissi fuerint cũ de ipsorũ doctrina ambi-

Lectores aut graduati examinari non tenētur. Quid de ingressu monasteriorum monialiū quo ad Episcopos, & de licentia ingrediendi nō dāda. Processus aduersus moniales uel fratres, Episcopi facere non possunt.

gendum non sit tam confessiones audituri quam prædicationis munus subituri ab Episcopis minimè examinentur.

¶ Cumque inhonestum sit quemlibet in alienam messem falcem inijcere, cunque monialium monasteria non nisi de Episcopi vel superioris licentia, & in casibus necessarijs, aliquis ingredi præsumat, in sessione xxv. cano 5. prohibetur, hoc tantum in illis monasterijs locum habere volumus, quæ ordinarijs ipsis pleno iure subsunt, in quibus, in casibus necessarijs ipsi dare licentiam possint, & non in alijs monasterijs. Ita ut in præfatis monasterijs quę ordinarijs ipsis pleno iure non subsunt, ipsi ordinarij illa ingredi non possint, prout in regulis earum seu de iure statuitur, & eis aliquos processus aduersus moniales ipsas, seu fratres huiusmodi, propterea seu alias ipsorum ordinum superioribus irrequisitis, quoquomodo formare, aut facere, omnino prohibemus, ita vt aliquam iurisdictionem, seu aliud quodcunque dominium, in moniales, & fratres huiusmodi, respectiuè habere exercere, aut exequi, nullatenus possint, aut debeāt imo illas, & illos omnes, ab eorum superioritate, dominio, & iurisdictione, & potestate, eximimus, & liberamus, prout eis concessum est, per sua priuilegia, à sede præfata obtenta, & ita præfate moniales, ac fratres sint exclusi à superioritate, & iurisdictione ordinariorum respectiuè huiusmodi, ut etiam in illarum, uel illorum sindicis, aut procuratoribus deputandis, uel in disponendis illorum facultatibus, vel alia sibi non competentia facienda, ullatenus non se intromittant.

Episcopi iurisdictionē uel superioritatem in fratres uel moniales non habēt, citare non

¶ Nec etiam ordinarij ipsi, regulares præfatos citare & iurisdictioni suæ subijcere, ac eorum conuentus occupare ipsos ab eis expellendo, ac in ipsos iurisdictionem aliquam & potestatem exercere (ut prēmittitur) aut ipsos carceribus mancipare, & contra eos aliquid aliud facere possint, vt suę ditioni subijciantur.

¶ Neq; etiam se intromittant ullo pacto, aut aliqua ratione, in gubernatione conuentuum tàm fratrum, quam

monialium

monialium huiusmodi, & illorum co rrectionibus, sed omnia ista, & alia necessaria ad correctionem, & gubernationem fratrum, aut monialium huiusmodi, & eorum generalibus, ac ministris seu Prouincialibus, uel alijs eorum aut earum respectiuè superioribus, etiam ratione computa faciendi cum sindicis conuentuum huiusmodi, omnino relinquantur, nec ullo modo in præmissis, & alijs, fratres, & moniales huiusmodi tangentibus ordinarij prędicti per se uel alios se intromittant. ¶ Fratres quoque si contigerit, eos ad huiusmodi ordinarios recursum habere, à prefatis Generalibus ministris, seu Prouincialibus, Prioribus, Guardianis, & alijs suis superioribus, castigari & puniri posse, & debere, neque ipsos ordinarios præfatis superioribus ordinũ huiusmodi ullatenus inhibere quinimmò prefatos superiores processus contra fratres suos, & moniales huiusmodi, quando opus fuerit, circa delictorum inquisitionem, uel castigationem facere posse; decernimus, inuocato etiam ad hoc (si opus fuerit) auxilio brachij secularis.

posſũt nec conuenctus occupare. Episcopi non se intromittant in gubernatione conuentuum fratrum uel monialium Regulares habentes recursum ad Episcopos posſũt a suis superioribus puniri.

¶ Inhibemus etiam ipsis ordinarijs, ne fratres extra claustra degentes, sub eorum protectione recipiant, eosque inuitis suis superioribus detineant. ¶ Prohibemus quoque eisdem ordinarijs, ne aliquo modo se intromitant in bonis dictorum fratrum extra claustra suorum monasteriorum pro tempore degentium siue decedentium, & quãuis in habitu siue absq; habitu moriantur uolumus qđ eorũ bona mobilia, & ĩmobilia, ad ordinẽ quẽ professi sunt pertineant disponenda, iuxta constitutiones, seu ordinationes præfatorum ordinum, neque illa ordinarij prefati occupare presumant, immò huiusmodi, & ad habitum religionis reuertentium bona omnia monasterijs ipsis, cum ea quæ acquirit Monachus de iure monasterio acquirantur, pertinere etiam decernimus.

Epi non recipiant fratres extra claustra degentes sub protectiõe sua inuitis superiorib.

Bona regularium đcedẽtiũ siue in habitu, siue extra habitum ad ordinem quem professi sunt.

¶ Ac ipsis ordinarijs, ne quascunque uniones etiam ppetuas à sede prædicta uel alias (ut præfertur) hactenus factas, & pro tempore faciendas de beneficijs Ecclesiasticis, seu illorum fructibus, quin suum sortiantur effe-

[pertineant. Episcopi non impediant vnione beneficiorum.]

ctum impediant, omninò etiam prohibemus, & censuras Ecclesiasticas, & alias pœnas per eos in contradictores pro tempore latas, nullius esse roboris, vel momenti, similiter decernimus & declaramus.

[Regulares possunt exercere curã animarum.]

¶ Insuper volumus quod præfati regulares quibus cura animarum incũbit, possint per seipsos iuxta suorum superiorum ordinationem, aut alios Vicarios, seu Cappellanos seculares ipsorum regularium nutu ammouibiles, ab eis deputatos, & ab ordinario pro idoneis nominatos, & approbatos, prefatam curam exercere, neque in eorum deputatione, vel amotione, neque alicuius partis fructuum consignatione, pro præfatis Cappellanis, seu Vicarijs secularibus, si per tales curam exerceri contigerit, Episcopi vllo pacto se intromittant.

[Possunt cãpanas pulsare, missas celebrare. mortuorũ corpora associare:]

¶ Prohibemus insuper eisdem ordinarijs, ac alijs quibuscunque personis, ne impediant ipsos fratres, quando eis placuerit, tam in diebus dominicis, seu festiuis, aut alijs totius anni temporibus, campanas pulsare; & etiam tempore quo ipsi celebrauerint, missas celebrare, necnõ mortuorum corpora associare, & illa per fratres ipsos, quando in ecclesijs suis præfatis delata fuerint, etiam absque præsentia rectorum ecclesiarum huiusmodi sepeliri facere, ac officia mortuorum huiusmodi peragi posse, necessariamq; presentiam rectorum, aut aliorum clericorum, quin infirmi liberè sua posint condere testamenta minimè esse, ac ipsos regulares legata, aut quęuis alia sibi in testamentis relicta, exigere, & obtinere posse, neque aliquod ius contrarium esse, decernimus & declaramus.

[Quomodo nouitię sint examinandę antè ꝓfessionem ab ordinarijs.]

¶ Volumus etiam, quòd puellarum Deo dicandarum, an scilicet coactę vel seductę fuerint, examen faciendum, non nisi intra quindecim dies postquam iuxta Concilium Tridentinum, Episcopi, vel eorum Vicarij requisiti fuerint, fieri possit, quibus elapsis amplius in hoc illis se intromittere non liceat, cuius occasione nec Episcopus, nec eius Vicarius intra septa monasteriorum ingrediantur, sed stent ante cratem ferream, & interrogationes alias quàm eas, quæ prefatum Concilium

cilium Tridentinum iubet, eis fieri omninò prohibemus, ac similiter volumus, quòd puellæ, seu nouitię ipsæ, ad alias interrogationes respondere minimè teneantur.

¶Sessionis verò 23. c. 8 neminem nisi à proprio episcopo ordinari posse statuens, in regularibus locum non habere omninò declaramus, ita quod fratres huiusmodi pręfatos etiam sacros ordines, à quolibet Antistite gratiam, & communionem Apostolicæ sedis habente, (ordinarij loci minimè requisita licentia) in locis, seu domibus fratrũ huiusmodi, aut alibi, recipere possint.

Regulares a quocũq; Episcopo ordinari possunt.

¶Et insuper sessionis 22. decretum per quod populum sepe ad suas ecclesias, saltem dominicis, & maioribus festiuis diebus, cõuenire debere monet insequendo. ¶Volumus quod fratribus mendicantibus huiusmodi, non solum prohiberi non possit, ne missas, & alia diuina officia faciant in eorum ecclesiis, verum etiam in quibuscunq; aliis, vbi celebrari missas solitum est, etiam ipsis non vocatis, seu ad id requisitis celebrare valeant. ¶Ac etiam quòd conciones, & lectiones sacræ scripturæ, & sermones pro mortuis, etiam in ecclesijs suis facere, ac eleemosinas pro celebrandis hmõi missis, & aliis diuinis officijs peragendis, si eis illas donari, seu relinqui contingat, recipere, necnon missas, & diuina officia huiusmodi etiam in diebus dñicis, vel festiuis, ét antequàm rector Parrochialis ecclesiæ celebrauerit, celebrare, & celebrari facere, & quando eis videbitur, ét si tunc in ecclesia cathedrali prædicetur, prædicare, ac etiam quicunque utriusque sexus Christi fideles, totius anni tempore illas, & illa in ecclesiis fratrum huiusmodi, audire possint, ipsiq; Christi fideles vllatenus desuper molestari, aut impediri per locorum ordinarios, seu rectores Parrochialium ecclesiarũ, aut alios quoscunq; vllo pacto, cã; vel occasione nõ valeant, seu debeant, sed pfati Christifideles audiendo missas, & alia diuina officia in ecclesijs fratrum huiusmodi diebus dñicis, aut festiuis, pcepto eccle de illis audiendis,

Quod fratres missas in festiuis diebus celebrare possunt in quibuscunque ecclesiis, antequam rector Parrochialis celebret.

[illegible] satisfe-

satisfecisse censeantur. ¶ Ipsique Christi fideles, sacramentũ Eucharistiæ, (resurrectionis Dominicę festiuitate dumtaxat excepta) sumere, eisque illud per fratres huiusmodi administrari valeat, nec ad aliud faciendum per locorum ordinarios aut ecclesiarum rectores pręfatos, seu alios quoscunque (illorum licentia minimè requisita) etiam sub censuris ecclesiasticis, & alijs pœnis, cogi vel compelli possint, seu debent, etiam decernimus, & declaramus.

¶ Et licet in sessione 25. cap. 12 caueatur, quòd censuræ & interdicta ecclesiastica etiam à locorum ordinarijs promulgata mandante Episcopo, à regularibus in eorũ ecclesiis publicari debeant, tamen si tempore celebrationis alicuius ex festis sanctorum ordinum eorundem, ac aliàs in alijs festiuitatibus iuxta eorundem ordinum priuilegia Apostolica, interdictum huiusmodi emanauerit, illud in præfatis festiuitatibus, & eadem sessione 25. cap. verò 13. per Episcopum terminari mandantur, non nisi durantes, per illum dirimi, finitas autem, nullo pacto innouari posse statuimus.

¶ Cumque licet cap. 11. sessionis 25. statuit, quod in domibus virorum seu mulierum, quibus animarum personarum secularium cura imminet, nulli etiam ad nutum amouibiles, inibi deputentur, nisi de ordinarij consensu, ac pręuio examine huiusmodi pręcedente, ac curam huiusmodi admitti posse oĩno volumus præfatos regulares.

¶ Quartam autem funeralium de qua sess. 25. cap. 13. nequaquam soluere teneantur monasteria, quæ ad quadraginta annis citra fundationẽ existunt postq̃ Concilium ipsum loquitur tantum de monasteriis ante annos quadraginta fundatis, quæ ipsam quartam soluere consueuerunt, & vbi solui consueuit, id tantum ceræ, & aliorum quæ in aliquibus partibus deferri contigerit, tempore quo defunctorum corpora ad sepulturam deferuntur, non autem de Missis, seu legatis, vel aliis fratribus ipsis seu monialibus huiusmodi relictis, aut alias quomodolibet donatis solui debet. Sicque intelligi Concilij decretum

Celebrare possunt ẽt antequã celebretur ĩ parrochiali. Prædicare possunt si in cathedrali pręd icetur

In diebus festiuis oẽs Christifideles audire possũt missas ĩ ecclesijs fratrũ Satisfaciũt pręcepto ecclesię.

Possũtque infra annũ sacramẽtũ Eucharistię a regularibus sumere.

Interdicta suspẽdũt in festiuitatibus sãctorũ ordinũ, & in aliis ad quæ habẽt priuilegia.

Cõtrouersiæ præce-

cretum

cretum, quo ad quartam huiuſmodi ſoluendum debere decernimus.

¶Vbi verò non eſt conſuetudo ſoluendi quartam huiuſmodi, de nullo ſupraſcriptorum ſolui debere declaramus. ¶Nec ad quartam ſeu aliam partem omnium eorũ,q́ ét pro ornamento eccleſiæ, palliorũ,planetarũ,cortinarũ,pannorũ, & aliorum quæ dictis eccleſijs relinqui, vel dari contigerit, etiam ſi pro veſtrarũ, aut aliàs relinquamur,aliquid contribuere teneantur. ¶Ac etiam ius ſepulturæ ſolui tantum conſuetum curatis, & non aliquid aliud eis ſolui debeat, quam partes ad earum libitum eccleſiis ordinum huiusmodi, ſeu eorum fratribus, alia quæcunque tribuant, ſeu eleemoſynas elargiantur, quando ſepeliuntur ibidem corpora mortuorum huiuſmodi, nec propterea impediri debeant, quin poſſint defunctorum corpora præfata ad eorum eccleſias tumulanda deferri facere.

¶Inhoneſtũ quoq; eſſe cenſentes, Mendicantiũ ordines ad aliquorũ onerũ contributionem teneri, illos, illorũq; loca, ét ſi curam animarum habeant, ac quæcunque beneficia illis vnita, ad contributionem pro ſeminaria, aut decimarum aliquarum ſolutionem, immo illos, & eorum domos, monaſteria, beneficia, & loca quęcunque, & ab illis quomodolibet dependentia, eorumque poſſeſsiones vineas, agros, & prata, ac alia bona quæcunque tàm ad ipſos quàm ad moniales præfatas etiam largitione fidelium, ſeu alias iuſtis de cauſis ab eis acquiſita, ac pecunijs empta, vel alias quomodolibet pertinentia, minimè teneri, illoſque, & illas, a quibuscunque decimis, primitiis, quartis, medijs, & alijs fructuum partibus, nec non ſubſidijs charitatiuis, etiam per nos conceſsis, ad quoruncunque etiam regum, principum, & dominorum temporalium inſtantiam, quacunque etiam vrgentiſſima, & de neceſſitate exprimenda cauſa, ac etiam alijs quibuſcunque oneribus, tàm ordinarijs, quàm extraordinarijs, etiã ratione fructuum, olerum, virgultorum, lignorum, beneficiorum, & aliarum quarumcunque rerum tam pro vi-

dentia dirimantur.

Regulares ad curã animarum admitti debent.

Quarta funeraliũ nõ ſoluenda.

Neç quartã nec partẽ aliquam eorũ quæ fratribus relinquuntur tenent tribuere.

Ius ſepulture ſoluẽdũ

Mẽdicãtes curã animarũ habẽtes non tenentur ad aliquã contributionẽ ꝑ ſeminario.

Decimas aut ſubſidia minimè ſoluere tenentur.

ctu

ctu quàm vestitu, aut alias sibi necessarium quomodolibet etiam auctoritate Apostolica nunc, & pro tempore impositis, ita vt pœnitus, & omninò ad alicuius rei contributionem minimè teneantur, omninò eximimus, & liberamus, illosq;, & illas, ad illos, & illa etiam si seculares, aliæ personę quæcunq; in eas exigendi possessione fuerint, minimè teneri debere volumus, nec sub cap. 11. sessionis 25. comprehendi posse, vel debere decernimus.

Eleemosinas petere possunt.

¶Quòd verò de vsu quęstorum eleemosynarum autèrendo loquitur sessionis 21. cap. 8. id ad mendicantium ordines nullo modo referri posse, vel debere, etiam decernimus, quin potius cum ex eleemosynis huiusmodi viuere cogantur, eis id facere, liberum omninò esse declaramus,

¶Quoniam verò ex nimia episcoporum sibi irrogata auctoritate ipsi personas regulares suæ iurisdictioni subijcere omninò student ac decreto Concilij pręfati sessionis 25. cap. 14. edito, quo cauetur, ꝙ si regularis intra claustra existens, & extra ea ita notoriè deliquerit, vt populo scandalosus sit, termino ab Episcopo præfigendo, à suo superiore omninò puniatur, sin minus, ab ordinario delinquens puniri possit, confisi varijs indebitisque grauaminibus regulares afficiàt: ordinarios pręfatos aliquid contra regulares in claustris degentes huiusmodi quouis prętextu occasione, vel causa innouare non posse, vel debere, nec aliquos processus contra ipsas personas regulares formare, aut facere posse volumus, nisi ꝓpter manifestum scandalum, & suorum ordinum superioribus prius consultis, & negligentibus, alioquin, omnia, & singula, contra præmissa facta, & gesta, ac facienda in futurum, pro nullis, & infectis habeantur.

Regulares delinquentes à suis superioribus puniantur.

Epi contra regulares ꝓcessus facere non possunt.

Licẽtias ꝓ construendis domib⁹ gratis dare debent.

¶Licentias verò pro construendis domibus regularibus quæ 4. c 25. sessionis nisi de ordinarij licentia construi prohibent, gratis omninò dari, & non nisi legitima subsistẽte causa (superioribus explicanda) illas recusari posse, necnon fratres pręfatos (et solos) mortuorum corpora associare. Ac mandatum in die cœnę Domini fieri solitum,

tũ,in ecclesiis,seu domibus fratrũ cuiuslibet ordinis,prędictorũ,solénitet facere, & prędicta die prædicare hora qua eis videbitur ,nec per locorum ordinarios,aut rectores ecclesiarum , seu alios quoscunque prohiberi posse, ẽt decernimus,& declaramus. ¶ Mandantes ẽt vniuersis locorum ordinariis, ne mortuorum offitia agere Rectores parrochialiũ in ecclesiis ipsorũ fratrũ(contra illorum voluntatẽ)permittãt. Ac moniales dictis fratribus subditas,vel personas sepulturã in eorũ ecclesiis eligẽtes(nulla soluta Parrocho portiõe)sepelire,vel si fratres ad mortuorũ corpora associãda vocati fuerint , illa absq; fratrũ hmõi præsentia sepeliri facere,audeant, vel præsumant. ¶ Cum quę maximè decent, liberã eã cuiusuis testantis voluntatẽ,prauũ illũ vsũ,paruo adhuc tpe(vt præfertur) introductum , per quẽ testamenta absq; præsbyterorum præsentia fieri interdicuntur , omninò abrogamus.

¶ Postremò ꝙ c.13.sess.25.cautũ fuit , ꝙ oẽs scilicet tã clerici,q̃ regulares quicũq; ad publicas processiones vocati,accedere cõpellant̃,id quo ad fratres præfatos de illis tñ processionibus intelligi volumus,ad quas ſm consuetudinẽ antiquã locorũ,soliti sũt accedere,vel pro bono pacis ecclesiæ,vel pro victoria cõtra infideles indicũtur,ꝙ ẽt de illis conuentibus(qui collegia,nuncupat̃)minimè intelligi volumus, ĩ quibus fratres sub arctiori clausura degunt,ita vt nec in choro cantent,nec ad mortuos accedant,sed tantum studijs,& lectionibus vacent.

¶ Pręterea si fortè inter Epos,vel collegia, aut capitula, vel alias quasuis personas, & præfatos fratres, seu moniales,aut eorum aliquos , super præmissis vel aliquo eorum corã quocunq; seu quibuscunq; iudicibus,ẽt cãũ palatij Apostolici Auditoribus,ac S.Rom.Eccl.Cardinalibus tàm in Romana curia q̃ extra eã,vbilibet lis, seu lites respectiuè pendeãt,nos litẽ seu lites,& cãm, vel cãs hmõi ad nos aduocamus,ac illã,& illas,quarũ statum, ac nomina cognomina iudicũ,& collitigantiũ præsentibus haberi volumus pro sufficiẽter expressis,cassamus,& extinguimus,ac partibus ipsis perpetuũ silentiũ.desup imponim⁹.

¶ Ac

Mandatum in die cenę domini facere, & prædicare possunt.

Portio nõ soluẽda ꝓ sepultura monialium vel aliorũ personarũ

Abrogatur vsus facien di testamẽta absque presbyterorũ pñ̃ntia.

Ad quas ꝓcessione cõpelli posŝit regulares.

Fratres qui sũt in collegiis ad nullas tenentur ire.

Aduocatio & extictio litium sup aliquo præmissorum.

Confirmãt & de nouo conceduntur omnia priuilegia quę decretis concilii Tridētini expressè nō contrariantur aliàs q̄ superius est dictum cōcessum, & declaratū,

¶ Ac insuper vt facilius præmissa omnia illibata persistant, oīa, & singula priuilegia, immunitates, indulgentias facultates, libertates, indultas dispēsationes, fauores, & gratias, quę decretis Conc. Trid. alias q̄ vt superius est dictū, cōcessū, & declaratū, nō cōtrariantur expressè eisdē fratribus, nec non monialibus quibuscunque, & sororibus tertii ordinis prædictorum ordinum respectiuè ordinibus, ac illorum ecclesiis, domibus, & personis, etiam viuæ vocis oraculo in genere, vel in specie tam per re. me. Eugenium 4. Sixtum 4. Leonem 10. Paulum 3. ac dictum Paulum 4. & Pium etiam 4. quàm alios quoscunque Romanos Pontifices, etiam prædecessores nostros, ac nos, & sedem eandem quomodolibet concessa, confirmata, & innouata, nec non nostras, & prædecessorum nostrorum, ac aliàs quascunque desuper confectas litteras, quarum omnium tenorē, ac eorundem prędecessorum nostrorum nomina, & alia de necessitate exprimenda, ac si de verbo ad verbum (nihil pœnitus omisso) & in forma in illis tradita obseruata, inserti forent, etiam pręsentibus pro sufficienter expressis haberi uolumus, auctoritate Apostolica tenore pręsentium perpetuò approbamus, & confirmamus, illisque perpetuę, & inuiolabilis firmitatis robur adijcimus, eaquę perpetuis futuris temporibus inuiolabiliter obseruari debere, ac fratribus superioribus, & personis ordinum huiusmodi, necnon aliis quibuscunque, quos illa concernunt, suffragari debere, seu posse volumus. ¶ Necnon priuilegia, immunitates, facultates, libertates, indulta, dispensationes, exemptiones, fauores, & gratias tàm spirituales quàm temporales, modo, & forma quibus concessa sunt, etiam per viam communicationis, & extensionis, actiuè, & passiuè inter se, & alios quoscunque ordines respectiuè, de nouo concedimus, illaque omnia, & singula ad domos, & loca quęcunque dictorum mendicantium ordinum, & monialium quaruncunque, ac sororum de tertio ordine nuncupatarum in congregatione viuentium dictorum, ordinum, (vt pręfertur) hactenus recepta, & imposterum reci-

De nouo conceduntur.

recipienda. ¶Necnon eorum personas, & bona, etiam si priuilegiorum, & aliarum gratiarum præfatorum auctentica originalia, propter temporis antiquitatem, vel varias Vrbis ruinas, de perdita existãt (dũmodò de eis alias legitimè constet) extendimus, & ampliamus. Et sic in premissis omnibus, & singulis per quoscunque iudices, & personas quauis auctoritate fungentes, etiam Cardinales, & Auditores prefatos, sublata eis, & eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & diffiniri debere, necnon quicquid secus super his a quoquam, quauis auctoritate scienter uel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus.

¶Quò circa dilectis filiis nostro predicatorum Cardinali Protectori, & Sancti Hieronymi Generali ordinum, ac curię causarum Camerę Apostolicę etiam Generali Auditori, nunc, & pro tempore existentibus, per Apostolica scripta motu simili mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum per se, vel alium seu alios, pręsentes litteras, & in eis contenta quęcunque, vbi & quando opus fuerit, ac quoties pro parte eorundem fratrum, aut monialium, vel alicuius eorum fuerint desuper requisiti solemniter publicantes, eisq; in pręmissis efficacis defensionis pręsidio assistentes, faciant (auctoritate nostra) pręsentes, & in eis contenta huiusmodi firmiter obseruari, ac singulos quos litterę ipsę concernunt, pacificè frui, & gaudere, non permittentes eos, vel aliquem eorum desuper, contra pręsentium tenorem per quoscunque (etiam locorum ordinarios) quomodolibet indebitè molestari, contradictores quoslibet, & rebelles, & per censuras, & pœnas ecclesiasticas, aliaque opportuna iuris remedia (appellatione postposita) cópescendo, legitimisque super his habendis, seruatis processibus, censuras, & pœnas ipsas (etiam iteratis uicibus) aggrauando, & interdictum ecclesiarum apponendo, inuocato etiam ad hoc (si opus fuerit) auxilio brachii secularis, Non obstantibus pręmissis, & alijs Apostolicis, necnon in prouintialibus, & sy-

Iudices assignantur.

& synodalibus Conciliis editis, generalibus vel spetialibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac etiam iuramento confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, priuilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis eisdem Episcopis, vel quibusuis aliis personis sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis in genere vel in spetie, etiam motu simili, ac aliàs quomodolibet concessis, approbatis, & innouatis. ¶Quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis specifica, expressa, & individua non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma, ad hoc seruanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad uerbũ (nihil pænitus omisso) & forma in illis tradita obseruata, insertę forent; prętentibus pro sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice duntaxat, specialiter, & expresse derogamus. ¶Nec non omnibus illis, quę in litteris confirmationis, & innouationis, priuilegiorum eorundem, alias per eosdem Paulum iiij. & Pium etiam quartum prędecessores nostros prędictos, ordini fratrum minorum huiusmodi concessorum, concessum est, non obstare cõtrariis, quibuscũq;, aut si locorum ordinarijs, vel quibusuis aliis communiter, vel diuisim ab Apostolica sit sede indultum, quòd interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas, non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem ¶Et quia difficile foret, earundem præsentium litterarum notitiam ad quascunque personas peruenire, & vbique illas præsentare, etiam motu, & scientia similibus volumus, & decernimus, quòd transumptis earumdem pręsentium litterarum, (etiam per impressioné factis) manu alicuius Notarii publici subscriptis, aut sigillo

lo alicuius personę in dignitate ecclesiastica constitutæ sigillatis, quemadmodum adhiberetur pręsentibus litteris originalibus (si præsentarentur vbique) adhibeatur tam in iudicio quàm extra illud, plena, & indubitata fides. ¶Nulli ergo omninò hominum liceat, hanc paginā nostrę declarationis, prohibitionis, exemptionis, liberationis, inhibitionis, suspensionis, statuti, decreti, mandati, abrogationis, auocationis, cassationis, extinctionis, impositionis, approbationis, confirmationis, adiectionis, concessionis, extensionis, voluntatis, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare pręsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romę apud Sanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ 1567. Decimosept. Kalen. Iulij. Pontificatus nostri anno 2.

Cæ. Glorierius. H. Cumyn.

Registrata apud Cæsarem Secretarium.

BREVE SANCTISS. D. N. PII. V. super declaratione ordinum mendicantium.

Post menses, & aliquot dies à declaratione pręsentiū fuit declaratus ordo S. Fr. de Paula esse, & connumerari debere inter ordines mēdicātes vt infra est videre.

PIus PaPa V. Ad perpetuam rei memoriā. ¶ Romanus Pontifex tàm vniuersalis Christianę, q̄ singularū eius religionū pręcipuus defensor, oībus illarū incōmodis pro sui pastoralis officij debito libenter occurrit, & indēnitati salubris, iuxta tpum, morūq; exigētiā declaratiōib⁹, & alijs remedijs cōsulet solet opportunis. Sanè licet dilecti filij oīum mēdicātiū ordinū fratres à cōtributione seminarij clericorum in qualibet ciuitate iuxta eiusdem Concilij formā erigendi per Tridentini Concilij decreta eximantur.

¶ Nosque inter alia eisdem mendicantium ordinum fratribus concessa priuilegia, eos, & eorum quemlibet tàm à seminarij huiusmodi cōtributione, quàm subsidio quomodolibet, necnon in decimis quibuscunque & certis aliis oneribus apostolica authoritate similiter exemerimus, & liberauerimus, eosque ad illorum omnium contributioné nullo vnquam tempore cogi, & compelli posse decreuimus: cú tamé sicut, non sine animi nostri molestia, nuper accepimus, nonnulli locorum ordinarii, & forsan in prouintialibus Concilijs eò forsan sub praetextu, quòd ordinum mendicantium fratres huiusmodi bona stabilia ex indulto, seu dispensatione apostolica retinere possunt, & praeterea mendicantes re uera non sint, eos ad seminarij, subsidij, decimarum, & aliorum onerū huiusmodi contributioné cogere forsan praesumpserunt, & in dies praesumunt, in graue ipsorum ordinū grauamé, & praeiuditium non modicum.

¶ Nos animo reuoluentes eos ex fructibus bonorum huiusmodi varias reipublicę Christianae vtilitates afferre, cum ex ipsis varios magros, & doctores manuteneant, ex quorum doctrina ipsorum fratres nouitii eruditi postmodum effecti gregem Dominicū praedicationibus suis, Consilijs, confessionibus, orationibus, alijsque innumeris pietatis operibus iuuent, & pascant, eorumque domos non minus, immó magis quàm ea quae per ordinarios erecta sunt seminaria, vocari posse, propterea mendicantium nomen amittere nullo modo debere.

Tolliť occasio dubitandi circa ordines mēdicantium.

¶ Volentes idcircò omnem dubitandi materiam amputare, oēs & singulos mendicantiū ordinum fratres huiusmodi, ac eorum singulos à quibusuis excōmunicationis suspensionis, & interdicti, alijsque ecclesiasticis suijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt ad effectum praesentium duntaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutos fore censentes, necnon quaruncunq; litium, & causarum coram quibusuis iudicibus, & vbicunque quomodolibet pendentium status,

Auocatio, & extinctio litiū, & cārrū sup pę missis.

statũs,& merita nominaq; , & cognomina iudicum, & collitigantiũ,necnon quorũcunq; priuilegiorũ,indultorũ,exéptionũ, & immunitatũ eorumdem ordinũ mendicantium fratribus hactenus qũolibet concessorũ,tenores psẽtibus pro expressis habentes,lites quoq;, & cãs prefatas(vt præfert)pendentes,ad nos harũ serię auocantes, illasq; penitus extinguentes, & collitigãtibus hmõi perpetuum super pręmissis silentium imponentes.

¶ Motu proprio non ad ipsorũ fratrum,vel alicuius eorum nobis super hoc oblatę petitionis instantiam,sed ex certa nostra scientia,ac de Apłicę sedis potestatis plenitudine,oẽs,& singulos quatuor mendicantiũ ordinũ,videlicet S. Dñici, & S.Frãc.ac ęremitarum S.Augustini, nec nõ Carmelitarũ , & quos ẽt recẽseri volumus seruorũ B.Mariæ noĩbus comprehensos fratres,eorũq; domus monasteria,& loca ẽt si in cõi propria bona(tàm mobilia,q̃ immobilia,& stabilia, ac alia quęcũq; possèrint mẽdicantiũ vocabulo,& oĩbus, & singulis mendicantiũ priuilegijs eis qũolibet concessis vti posse , & debere,nec super præmissis vllo vnquàm tempore molestari posse authoritate Apostolica per præsentes statuimus, & declaramus,ac tàm Concilij Tridentini , q̃ omnia , & singula alia decreta , statuta,ordinationes,priuilegia,& iura, de mendicantibus loquentia ad oẽs,& singulos ordines præfatos , eorũq; domos,& loca etiam propria bona, in cõi tamen retinentes,extendimus,& ampliamus, illaq; de illis loqui ẽt authoritate pręfata per easdem pręsentes declaramus. ¶ Ac insuper eisdem ordinarijs , & quibusuis alijs tàm ecclesiasticis, q̃ secularibus , quauis authoritate fungentibus,in virtute Sanctæ obedientiæ , & aliis arbitrio nostro moderãdis pœnis similiter per pręsentes mãdamus, vt si quid per eos tàm nostro quàm prædecessoris nostri tpibus,tàm ratione seminarij,subsidij , & decimarũ,q̃ aliorum onerũ huiusmodi exactum fuit , id totũ eisdem fratribus (omni mora,& dilatione postposita) restituant. districtius inhibentes eisdem locorum ordinarijs,cęterisq; personis tàm ecclesiasticis , quàm seculari-

Qui sint ordines mendicantium.

Declaratio, & extensio priuilegiorũ, & statutorum,& aliorũ omniũ de mendicãtibus loquentium.

Præcipit oĩbus ne p̃fatos ordinesrõne seminari,subsidii, & decimarũ, & aliorum onerũ molestẽt, & si quid suo, aut sui præ

onerū molestent, &

Si quid suo aut sui prædecessoris tēpore extctum est restituant.

bus, quauis authoritate fungentibus, & cuiuslibet dignitatis, gradus, & conditionis existentibus, ne eosdem mendicantium ordinum fratres prelatos, bona huiusmodi retinentes, quouis pretextu, super Seminarij subsidij, & decimarum contributione molestare, inquietare. vel perturbare audeant, vel presumant.

Præsentes litteræ de surreptione, &c. notari non posint, & quòd vim validi, & efficacis cōtractus inter sedem apostolicā, & prefatos ordines habeant.

¶ Decernentes quoq; presentes literas nullo vnquā tempore de subreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis nostre, vel quopiā alio defectu notari, vel impugnari nullatenus posse, minusue sub quibusuis similium, vel dissimilium gratiarum reuocationibus, modificationibus, limitationibus, restrictionibus, & alijs contrarijs dispositionibus tàm per nos, quàm etiam successores nostros quolibet, ac cum quibusuis etiam derogatoriarū derogatorijs, alijsq; efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusq; decretis pro tempore factis, & faciendis, quorumcunq; tenorum existant includi, sed illis non obstantibus in suis robore, & efficacia persistere, & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum statum restitutas, repositas, & plenariè reintegratas etiam sub Datum, etiam per ipsos eligenda de nouo concessas esse, & ita incommutabilis voluntatis, & intentionis nostre esse, & ad hoc, vt perpetua firmitate subsistant, vim validi, & efficacis contractus inter sedem Apostolicam, & prefatorum ordinum mendicantium huiusmodi fratres habere debere, sicque per quoscunque iudices, & commissarios quauis authoritate fungentes, etiā causarum Palatij Apostolici Auditores, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & authoritate, iudicari debere, irritum quoque & inane, quicquid secus super his à quoquam quauis authoritate scienter, vel ignoranter contingerit attentari.

Quo-

¶Quocircà dilectis filiis Curiæ causarum Cameræ Apostolicæ generali auditori, nec non quaruncunque tàm cathedralium, quàm collegiatarum ecclesiarũ Decanis, pręposítis, Archipresbyteris, Archidiaconis, Thesaurariis, & quibusuis aliis in eisdem ecclesijs dignitates obtinentibus ubilibet, & in quibuscunque regionibus, terris, & locis existentibus per presentes motu simili damus, quatenus ipsi, & eorum quilibet per se, vel alium, seu alios pręsentes litteras, & in eis contenta quęcunque, vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte dictorum fratrum, vel alicuius eorum fuerint requisiti solemniter publicantes, eisque in pręmissis efficacis defensionis pręsidio assistentes, faciant authoritate nostra eosdem fratres, & eorum singulos præmissis omnibus pacificè frui, & gaudere, non permittentes eos, vel eorum quempiam super illos quomodolibet indebitè molestari. ¶Contradictores quoslibet, & rebelles per sententias, censuras, & pœnas ecclesiasticas, aliaque opportuna iuris, & facti remedia, appellatione postposita, compescendo.

Iudicũ deputatio.

Per ipsos iudices, vel de eorum mãdato pót hoc breue solemniter & efficaciter publicari.

¶Et nihilominus legitimis super his habendis seruatis processibus, sententias, censuras, & pœnas ipsas, etiam aggrauando, inuocato etiam ad hoc (si opus fuerit) auxilio brachii sæcularis. Non obstan. fęlicis recordationis Bonifacij Papæ viij. prædecessoris nostri de vna, & concilii generalis de duabus dietis, dummodò vltra tres dietas, quis vigore præsentium ad iudicium non extrahatur, & aliis Apostolicis, nec non in prouincialibus, & synodalibus Conciliis editis specialibus, vel generalibus constitutionibus, & ordinationibus, ac quibusuis etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, priuilegiis quoque indultis, & litteris Apostolicis sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisq; efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis in genere, vel in specie, etiam motu simili, & ex

Hui c breui nihil unquam obstare pót.

certa scientia, ac Apostolicæ potestatis plenitudine, ac alias quomodolibet, etiam consistorialiter concessis, approbatis, confirmatis, & sæpius innouatis. ¶Quibus omnibus etiam si de illis, illorumque totis tenoribus specialis specifica, & expressa mentio, seu aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil pœnitus omisso, & forma in illis tradita obseruata inserti forent, præsentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, contrarijs quibuscunque. Aut si aliquibus communiter, vel diuisim ab Apostolica sit sede indultum, quòd interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. ¶Volumus autem quod presentium transumptis manu alicuius notarij publici subscriptis, aut alicuius prelati, vel in dignitate ecclesiastica constituti, sigillo munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ eisdem præsentibus adhiberetur, si forent exhibitę, vel ostensę. Quodque eædem prȩsentes in valuis Cancellarię Apostolicę, & & Basilicę principis Apostolorum de vrbe, nec non in acie Campi Florę per aliquem ex cursoribus nostris publicétur, & inter extrauagantes constitutiones perpetuò valituras conscribantur ac postquam publicatæ fuerint plenam, & indubiam fidem faciant, nec non omnes, & singulos illa concernentes perinde ligent, ac si essent personaliter intimatæ. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die 1. Octobris 1567. Pontificatus nostri anno 2.

Fides adhibenda trãsumptis manu Notarij aut personæ indignitate ecclesiastica cõstitutæ sigillo munitis.

Hoc breue perpetuò valiturũ inter extrauagantes conscribitur.

I.O. Alf. Naldi.

A. Calorius.

Anno

ANno à Natiuitate Dñi, 1567. Indictione decima, die verò mẽsis Octob. 16. Pontificatus Sanctissi mi in Christo patris, & Domini nostri D. Pij diuina prouidentia Papę Quinti Anno eius secundo, Retroscriptę litterę in forma Breuis affixæ, & publicatæ fuerunt in retroscriptis locis, vt moris est, per me Alexandrum Astancollum præfati S. D. N. Papæ cursorem. Philibertus chappius Magister Curs. Idem Cursor.

Publicatio bullę.

P I V S P A P. V.

AD Perpetuam rei memoriam. Sedis Apostolicæ solertia dum ad Salutare quorundam remedium extructa, in eorum detrimentum vergere cõspicit, ne quod illis profuturum maturitate summa prodiis se comperitur noxium incauto ministerio efficiatur cæleris prouisionis opem afferre consueuit, pro ut in domino conspicit salubriter expediri. ¶ Sanè accepimus ꝙ cum aliquando contingat aliquos fratres religiosos tàm ordinis S. Franc. cappuccinorum, quàm eiusdem S. Francisci de Paula minimorum nuncupatorum de vno loco ad alium, etiam forsan absque suorum superiorum licentia transferri, exinde perturbationes, & mala exempla inter eosdem fratres sępius oriri solent. ¶ Nos cupientes perturbationibus, & malis exemplis huiusmodi quantum cum Deo possumus, obuiare. Motu proprio, nõ ad alicuius instantiam, sed de nostra mera liberalitate, & ex certa nostra scientia, quòd de cætero perpetuis futuris temporibus nullus ex fratribus Cappuccinis ad dictũ ordinem S. Srancisci de Paula, nec è conuerso, ꝙ nul'us fratrer eiusdẽ S. Fran. de Paula ad ordinem fratrum Cappuccinorum huiusmodi vllo unquam tempore, & quacũque etiam, & quantuncunque iustissima cã, ét de licentia suorum superiorum, se transferre posse Apostolica authoritate tenore pręsentium perpetuò statuimus, & ordinamus. ¶ Decernentes statutum, & ordinationem huiusmodi per fratres pręfatos sub indignationis nostrę

Pius v. prohibet ingressũ fratrum Cappuccinorũ ad ordinẽ S. Francisci de Paula, & è, cõtra.

pœna inuiolabiliter obſeruari debere, ac ex nunc irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his à quoq; quauis authoritate tàm ordinaria, q̃ delegata, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. ¶ Non obſtantibus Apoſtolicis, ac in prouincialibus, & ſynodalibus editis, generalibus, vel ſpiritualibus conſtitutionibus, & ordinationibus, ac ſtatutis, & conſuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscunque. ¶ Cęterum quia difficile foret, preſentes literas ad ſingula quæq; loca, in quibus de eis fides forſitã facienda foret, deferri, volumus, per ipſarum tranſumptis manu publici Notarij ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis in iudicio, & extra (vbi opus fuerit) eidem prorſus fides adhibeatur, quę præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitę, vel oſtenſæ. Datum Romę apud Sanctum Petrum ſub annulo piſcatoris. Die 6. Octobris 1567. Pontificatus noſtri anno 2.

¶ Fabricius Galletus Curię cauſarum Camerę Apoſtolicę Notarius. Cęſar Glorierius.

PIVS V. DECLARAT ORDInem minimorum S. Franciſci de Paula eſſe, & connumerari debere inter ordines mendicantes.

PIus Papa V. Ad perpetuam rei memoriam. Apoſtolicæ ſedis benignitas ſicut ex debito paſtoralis offitij erga omnes fideles Generaliter effectum charitatis extendit

èxtendit: ſic eos quos ſub regularis obſeruantię iugo diuino cultui emancipatos eſſe cognoſcit, ſpetiali tenetur patrocinio cõfouere. Exponi nobis ſanè nobis nuper fecerunt, dilecti filij fratres ordinis minimorum San cti Franciſci de Paula Iamdudum Apoſtolica authoritate approbati, quòd licet inter alia eis conceſſa priuilegia, & indulta omnia, & ſingula quatuor mendicantium ordinum priuilegia ad ordinem minimorum huiuſmodi ac illius profeſſores, & domos eorumque eccleſias per ſedem Apoſtolicam extenſa, & ampliata fuerint, & propterea fratres ordinum huiuſmodi, etiam ſub mendi cantium nomine comprehendi debeant, ne ſuper præmiſsis, à quoquàm moleſtari poſsint. ¶ Cũ tamen (ſicut eadem expoſitio ſubiungebeat) ex eò quòd nos nuper in quadam declaratione per nos ſub mendicantium fra trum ordinibus, certis tunc expreſsis de cauſis facta, præter Sancti Dominici, Sancti Franciſci, ac ęremitarũ Sancti Auguſtini, nec non Carmelitarum mendicantium ordines, etiam in illis Beatę Marię ſeruorum inſeri voluerimus, ac propterea facilè à quibuſdam dubitari meritò poſſet, quòd ſi ordinis minimorum fratres huiuſmo di ſub illis comprehendi voluiſſemus, nos ſpetialem etiã de illis mentionem omninò feciſſemus. Quare ne ſuper præmiſsis vnquàm dubitari contingat, idem fratres nobis humiliter ſupplicari fecerunt, vt ſibi in præmiſsis op portunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. ¶ Nos attendentes, eos (cum actu mendicent) nõ niſi honeſta de cauſa in mendicantium ordinem eſſe adſcriptos, ac propterea ſua priuilegia illæſa conſeruare volentes, eoſque, & eorum quemlibet a quibuſuis excõ municationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſque eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine, quauis occaſione, uel cauſa latis, ſi quibus quo modolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes, necnon quarumcunq; litium, & cauſarum ſtatus, ac merita, nomina, & cognomina iudicum

Han clar vide car.

iudicum, coram quibus illæ pendent, collitigantium, aliorumq; . ¶ Nec non quorumcumque priuilegiorum, indultorum exemptionum, & immunitatum eis concessorum, præsentibus pro expressis habentes, causasque huiusmodi ad nos harum serie auocantes, illasque penitus, & omninò extinguentes, ac litigantibus huiusmodi perpetuum super præmissis silentium imponentes; huiusmodi supplicationibus inclinati, omnia, & singula priuilegia, immunitates, exemptiones, facultates, gratias, libertates, indulta, & alias gratias tàm per nos nuper, quàm quoscumque Romanos Pontifices prædecessores nostros, & sedem eandem quomodolibet mendicantibus ordinibus concessa, ad prefatũ minimorũ ordinem de nouo extendimus, & ampliamus ipsosque verè mendicantes esse, & sub mendicantium ordinibus esse, & comprehendi debere. ¶ Nec non omnia, & singula Concilij Tridentini decreta pro mendicantibus ordinibus declarata, & modificata, ét pro ordine minimorum hmôi declaramus, & modificamus. ¶ Districtius in virtute sanctæ obedientiæ, ac alijs arbitrio nostro infligen. pœnis, inhibentes quibusuis locorum ordinarijs, ac alijs quibuscunque ne eosdem fratres ordinis minimorum contra eos sic concessa priuilegia molestare, inquietare, vel perturbare audeant, vel præsumant. ¶ Decernentes quoque presentes litteras, vllo vnquàm tempore de surreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis nostræ, vel quopiam alio defectu notari, vel impugnari vllatenus possint, minus nè sub quibusuis similium, vel dissimilium gratiarum reuocationibus, modificationibus, limitationibus, restitutionibus, & alijs contrarijs dispositionibus, tàm per nos, quàm etiam successores nostros quomodolibet, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficatioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque decretis pro tempore factis, & faciendis, quorumcunque tenorum existant, includi, sed illis non obstantibus, in suis robore, & efficatia persistere, & quoties, illę emanabunt, toties in pristi-

Concessa ordinibus mendicantium nobis concessa esse intelliguntur.

Validitas huiusmodi concessionis.

pristinum statum restitutas, repositas, & plenariè reintegratas, etiam sub data per ipsos fratres ordinis minimorum eligenda, de nouo concessas esse, & ita incommutabilis voluntatis, & intentionis nostrę esse, & ad hoc, vt perpetua firmitate subsistant, vim validi, & efficacis contractus inter dictam sedem, & prętatorum ordinum mendicantium fratres huiusmodi habere. sicq; per quoscunque iudices, & commissarios, quauis auctoritate fungentes, etiam causarum palatij Apostolici auditores, ac S. R. E. Cardinal. sublata eis, & eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & diffiniri debere. irritum quoque, & inane, si secus super his à quoquam, quauis auctoritate sciẽter, vel ignoranter contigerit attentari.

¶ Quocirca venerabilibus fratribus Archiepiscopo Theatino, & Episcopo Amerino, ac dilecto filio curię causarum Camerę Apłicæ Gñali auditori per pręsentes cõmittimus, & mãdamus quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum per se, vel alium, seu alios, pñtes litteras, & in eis contenta quęcumq;, vbi, & qñ opus fuerit, & quotiens pro parte eorũdẽ fratrum ordinis mini. fuerint requisiti, solemniter publicantes, eisq; in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra ipsos fratres ordinis mini. hmôi, voluntate, statuto, declaratione, & aliis præmissis, oĩbus & singulis pacificè frui, & gaudere. Nõ permittẽtes eos per quoscũq;, qũolibet molestari, contradictores quoslibet, & rebelles per sententias, censuras, & pœnas ecclesiasticas, aliaque oportuna iuris, & facti remedia, appellatione postposita, compescendo. ¶Et nihilominus legitimis super his habendis seruatis processibus, censuras, & pœnas ipsas, etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc (si opus fuerit) auxilio brachij secularis. ¶Non obstantibus præmissis, ac fęlicis recordationis Bonifatii PP. viij. prędecessoris nostri, de vna, & Concilii generalis de duabus dietis, dummodo vltra tres dietas, quis vigore præsentiũ ad iudicium non extrahatur, & aliis, nec non in prouincialibus

cialibus, & synodalibus Concilijs æditis spetialibus, & generalibus, constitutionibus, & ordinationibus, ac quibusuis etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & litteris Apostolicis sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatoriis, alijsque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibus quoque, & alijs decretis, in genere, vel in spetie, & quomodolibet per quoscunque Romanos Pontifices prędecessores nostros prętatos, ac nos, & sedem præfatam, etiam motu proprio, & ex certa scientia, etiam concistorialiter, & de fratrum nostrorum consilio nec non Apostolicę potestatis plenitudine concessis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus, spetialis, specifica, & expressa mentio, seu aliqua alia exquisita forma, ad hoc seruanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum inserti forent, præsentibus pro expressis habentes illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat, specialiter, & expresse derogamus, contrarijs quibuscunque, aut si aliquibus, comuniter, vel diuisim, ab eadem sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excomunicari non possint per litteras Apostolicas, non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiusmodi mentionem. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub Annulo piscatoris. Die 9. Nouembris 1567. Pontific. nostri anno secundo.

B. Cyrillus.

Da. Hanieti.

ISTE Pontifex dispensauit super statutis regulæ nostræ, ꝙ ad capitulum Generale non accedant colleggę Prouin. nec duo cõmissi, sed tm̃ Prouĩcia. cũ vnico cõmisso, & ꝙ capitula ĩtermedia cęlebrarẽt ꝑ

Pro-

rouintiales, & diffinitores dumtaxat, & certè fuit con ſiderata diſpenſatio. ¶ Et breue ſuper hoc eſt impreſſum cum alijs bullis, quas nuper poſuimus in fine ſtatutorum ordinis, per nos nouiter impreſſorum.

S.D.N.D. PII PAPÆ V.

Reuocatio priuilegiorum de recipiendis, & retinendis fratribus alterius ordinis.

> Pius V. priuilegia omnium ordinum recipiédi fratres alterius ordinis prę ter iuris cómunis diſpoſitionem emanata reuocat & ad ius commune quo ad hoc reducit.

PIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Quæcunque ſacrarum Religionũ ſtatum offendere noſcuntur, noſtrum nos incitat officium de medio remouere. Quanquàm enim de cohibendis regularibus ad alium ordinem translatis Sancta Synodus Tridentina ſalubri conſilio decreuit, vt nemo cuiuſcunque ordinis prę latus, vel ſuperior vigore cuiuſuis facultatis, illorum quempiam ad habitum, & profeſſionem admittere poſſit, niſi vt de ordine, ad qué transfertur, ſub ſui ſuperioris obedientia in clauſtro perpetuò maneant. ¶ Multi tamen ſuperiores, & prælati, obtentu priuilegiorum, quàmplurimos apoſtatas, & alios diuerſorum ordinum ad ſe obiurgia, contentiones, leuitates, & malefacta, vt maximè fugientes eo etiã conſilio receptare non deſinunt, vt illorum opera in curandis infirmis, gerendiſq; eorum locorum rebus, & negotijs vtantur, ex qua re plerique ſolutiores effecti, & quaſi impunitatem aſſecuti, non perſonas tantùm eorũ ordinum, vnde animaduerſionis metu forte exierant, ſed & ipſorum ordinum ritus, moreſq, maledictis inſequuntur. ¶ Quocirca cum eiuſmodi priuilegia veniant

abrogãda.

abroganda, quandocunque insigniter comperiuntur nocere, vel etiam scandala generare.

¶ Nos his, alijsque rationabilibus causis adducti, & vt quibuslibet huiusmodi effugia præcludamus, de nobis attributæ potestatis plenitudine reuocamus, & abolemus omnia, & quæcunque priuilegia, facultates, dispensationes, & indulta, præter iuris communis dispositionē emanata, recipiendi, vel retinendi fratres, monachos, canonicos, etiam laxiorum ordinum professores, quibuscunque ordinibus Monasterijs, Hospitalibus, Militijs, & pijs locis etiam Sancti Antonij Viennensis, sancti spiritus in Saxia de vrbe, sancti Ioannis Hyerosolimitani, Iesu Christi, Sancti Iacobi de Spatha, Sancti Lazari Hyerosolimitani, eorumque ecclesiis, membris superioribus, & personis per quoscunque Romanos Pontifices prędecessores nostros, ac nos, & sedem Apostolicam, tàm in ipsorum Monasteriorum, Hospitalium, & locorum institutione, quàm deinceps quomodocunque, aut quotiescunque etiam per modum statuti perpetui, ac initi, & stipulati contractus, & aliàs sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibuscunque restitutionibus, pręseruationibus, mentis attestationibus, derogatoriarū derogatorijs, alijsque fortioribus, efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, necnon irritantibus, & alijs decretis etiam motu proprio, & ex certa scientia, deq; simili potestatis plenitudine, etiam pauperum infirmorum miserabilium, & cuiuscunque alterius pij operis intuitu, ac etiam ex quibuscunque alijs causis, quantumuis grauibus, & charitatiuis, & necessarijs, etiam consideratione, vel ad supplicationem Imperatorum, Regum, aliorumque Principum, nec non Sanctę Romanæ Ecclesię Cardinalium, deq; illorum consilio, & matura deliberatione prius habita, concessa, confirmata, ac etiam multiplicatis vicibus innouata, extensa, vel etiam moderata. ¶ Cassamus quoque, & annullamus, quo ad illa, omnes Apostolicas, & alias literas super ijs confectas, ac processus, & alia inde secuta

Cassatio priuilegiorum pręter ius emanata.

quæ-

quæcunque. ¶ Ac volumus ea omnia vires, & effectũ de cetero non habere, ita ut post hac illorum sic reuocatorum prætextu prælati, & superiores prędicti, aut alij quicunque nullum prorsus alterius, etiam laxioris ordinis, vel obseruantiæ regularem, etiam specialem transeundi ad ipsos licentiam, iuxta huiusmodi priuilegia dumtaxat ferentem ad habitum, & professionem regularem, in suis quisque monasterijs, domibus, locis, vel ordinibus, etiam vt in claustro perpetuò maneat, admittant, nec omninò quenquam recipiant, vel retineãt. ¶ Eos verò, quos in aliquo ex casibus supradictis vigore huiusmodi priuilegiorum tantum, ac pręter iuris communis dispositionẽ iam habent translatos, ad eorum superiores, & loca eius ordinis, vnde erant profecti, quàmprimum remittant. Remissio præcipitur.

¶ Decernentes admissiones, receptiones, & retentiones huiusmodi nulla firmitate subsistere, neminemquè prorsus vlli voto, vlliuè regulæ, vel obseruantia, etiam iuramento, alia ue solemnitate promissa obligare, nec non irritum, & inane quicquid secus per prædictos, aut quoscunque alios quauis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. ¶ Quicunque verò aliquem contra huius nostræ reuocationis tenorem admiserint, aut receperint, aut illos, aut quos iam habent modo prædicto translatos, aut receptos retinuerint, ipsos omnibus, & singulis dignitatibus, administrationibus, beneficijs, officijs, fructibus, & pensionibus ecclesiasticis præsentium authoritate priuamus, & ad futura inhabiles esse volumus eo ipsò. Contrafacientibus pęna imponitur.

¶ Quo circa omnibus locorum ordinarijs, in quorum diocœsibus loca prædicta consistunt, per Apostolica scripta mandamus, vt per se, vel alium, seu alios de translatis prædictis authoritate nostra cognoscentes, in eos;, quos contra hoc præscriptum nostrum degere inuenerint, ac etiam recipientes, uel retinentes, reiecto quocunque exemptionis priuilegio animaduertant, ipsosque præterea translatos, vel retentos ad Priores ordi- Iudices deputantur.

ordines, & disciplinam remittere procurent. ¶ Contradictores quoscunque per censuras, & pœnas ecclesiasticas, cœteraq; iuris, & facti remedia opportuna quacunque appellatione postposita, compescendo. Inuocato etiam ad hoc (si opus fuerit) auxilio brachij sæcularis.

¶ Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ad Monasteriorum, Hospitalium, Militiarum, ordinum, & locorum prędictorum iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, consuetudinibus, stabilimentis, vsibus, & naturis, quodque prælatis, & superioribus prædictis, vel quibusuis alijs communiter, vel diuisim à prędicta sit sede indultum, quòd litteris reuocatorijs sub quacunquè formula æditis nullatenus vel nisi modis, & formis in huiusmodi indultis contentis parere, & ob non paritionem aliquas censuras, & pœnas incurrere, aut alias interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad uerbum de indulto huiusmodi, nec non Monasterijs, Hospitalibus, Militijs, & ordinibus hujusmodi, mentionem, & quibuslibet alijs priuilegijs exemptionibus, indulgentijs, & litteris Apostolicis Generalibus, & specialibus, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudiue prędictis concesis, cuiuscunque tenoris existant, per quæ pręsentibus non expressa, vél omninò non inserta, effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri, & de quibus, quorumque totis tenoribus habenda sit in nostris litteris mentio specialis, quæ omnia nolumus cuiquàm contra prædicta in aliquo suffragari, cœterisque contrarijs quibuscunque. ¶ Volumus autem, vt ipsarum præsentium exempla edantur, eademque etiam impressa notarij publici manu, & prælati Ecclesiastici, cuiusue curiæ sigillo obsignata, eandem illam vbique locorum fidem in iudicio, & extra illud faciant, quam ipsæ pręsentes facerent, si essent exhibitæ, vel ostensę.

fides transumptorũ.

¶ Nul

¶ Nulli ergo liceat omninò hominum hanc paginam nostræ reuocationis, abolitionis, cassationis, annullationis, priuationis, voluntatis, mandati, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Romæ, apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ 1569. Pridie idus Octobris pontificatus nostri anno quarto.

Cæ. Glorierius. H. Cumyn.

Anno à Natiuitate Domini 1569. indictione duodecima, die verò prima mensis Decembris pontificatus S. in Christo patris, & D. N. D. Pij diuina prouidentiæ Pape Quinti anno quarto, retroscriptæ literæ apostolicæ lectę, affixæ, & publicatæ fuerunt ad valuas basilicarum Lateran. Principis Apostolorum de vrbe, & Cancellariæ Apostolicæ, ac in acie Campi Floræ, dimissis in omnibus supradictis locis earundem retroscriptarum copijs affixis per nos Iulium Parisium, & Ioannem Bornotum prædicti S. D. N. Papę Cursores. Publicatio bullę.

Scipio de Octauianis magister cursorum.

S. D. N. PII PAPAE Quinti constitutio super confessorum approbatione.

PIus Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. ¶ Romani Pontificis prouidentia circunspecta non nunquam gesta per eum rationabilibus, & honestis suadentibus causis

Moderātur hic circa confessorū approbatio né ea que sup. cócesserat sup. car. 107.

moderatur, & commutat in melius, pro vt in Domino salubriter conspicit expedire. ¶ Nuper siquidem quasdam declarationes, & moderationes circa nōnulla Concilij Tridentini decreta, regulares personas ordinum mēdicantium, eorumq; instituta concernentia edidimus, & promulgauimus. ¶ Et quia vti accepimus, illarum vigore sacerdotes regulares prædictorum ordinum, quandoq; minus idonei, & inhabiles confessionibus sæcularium audiendis ab eorum superioribus præpositi absquè aliqua Episcoporum, sed sola magistri ordinis Generalis, aut Prouincialium ministrorum approbatione admittūtur. ¶ Nos super his pro debito Pastoralis officij, pro ut tenemur, salubriter prouidere volētes, tenore præsentium hac nostra constitutione perpetua sancimus, decernimus, & declaramus, decretum Concilij Tridentini de approbatione regularium, audiendis confessionibus sæcularium præpositorum ab Episcopis facienda obseruari debere, etiam in omnibus regularibus quorumuis ordinum, etiam mendicantium, etiam sub regulari disciplina viuentibus, etiam si sint lectores, aut in theologia, etiam de superiorum suorum licentia, graduati, vel promoti, vel à suis magistris Generalibus, vel Prouincialibus ministris, secularium confessionibus audiendis expositi. ¶ Volumus tamen eos, qui semel ab Episcopo in ciuitate, & diœcesi suis præuio examine approbati fuerint, ab eodem Episcopo iterum non examinari. ¶ Ab Episcopo autem successore, pro maiori cōsciētiæ suæ quiete examinari de nouo poterunt. Inhibentes quibuscunq; regularibus quorumuis ordinum, etiam mendicātium, (vt præfertur) ne vigore deputationis, & approbationis ab eisdem magistris, & ministris Prouincialibus, etiam quòd illarum occasione ab ordinarijs hucusquè tolerati fuerint, absq; speciali in posterum licentia, & approbatione ab ordinarijs obtinenda, sæcularium confessiones audire præsumant. Decernentes irritum, & inane, si secus super his, à quoquam quauis authoritate scienter, vel ingnoranter contigerit attentari. ¶ Non

Lectores aut graduāti examinari tenētur.

Approbatus semel non tenetur iterum approbari.

A successore Epicopo semel approbatus potest de nouo examinari.

¶ Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac nostris literis prædictis, & alijs, postea quibuscunque regularibus concessis, & forsan extēsis, quas, quò ad ea, quę pręsentibus aduersantur, & cōtrariantur penitus, & omninò reuocamus, cassamus, & irritamus, nec non monasteriorum, & aliorum regularium locorum, ac ordinum quorumcunq;, etiam iuramēto, confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alias roboratis statutis, & consuetudinibus, Priuilegijs, quoque indultis, & litteris Apostolicis, etiam Mari Magno, seu bulla aurea, aut aliàs nuncupatis, quibusuis monasterijs, & regularibus locis, sub quibuscunq; tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarū derogatorijs, alijsq; efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus, & alijs decretis, etiam Motu Proprio, & ex certa scientia, ac de apostolicę potestatis plenitudine, aut alias quōlibet concessis, ac etiam iteratis vicibus approbatis, & innouatis, quibus omnibus etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumq; totis tenoribus, specialis, specifica, expręssa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas Generales, idem importantes, mentio, seu quæuis alia expręssio habenda, aut aliqua exquisita forma seruanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita obseruata, inserti forent, pręsentibus pro sufficienter expręssis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice duntaxat specialiter, & expręssè derogamus, cōtrarijs quibuscunque. Validitas huius bullæ.

¶ Vt autem præsentes literæ ad omnium, quorum interest, notitiam deducantur, nec aliquis earum ignorantiam pretendere, aut contra eas se excusare valeat, dicta authoritate statuimus, & decernimus, vt ipsęmet literę, uel earum transumptum in Basilica Principis Apostolorum de urbe, Sancti Ioannis Lateranensis, ac Cancellarię apostolicę, ac acie Campi Florę per aliquos ex Cursoribus nostris publicentur, earum exemplo in Publicatio præcipitur

singulis valuis, & acie prædictis affixo, & dimisso.

Transumptis fides adhibenda.

¶ Verū qa difficilè foret pñtes litteras ad singula queq; loca, in quibus de eis fides facienda erit, deferri, volumus, & dicta authoritate decernimus, q̄ earundem litterarum transumptis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & siggillo alicuius prælati, seu persone in dignitate ecclesiastica constitutę munitis, eadem prorsus fides adhibeatur in iudicio, & extra illud, quę eisdem præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensę ¶ Nulli ergo omninò hoīum liceat hāc paginā nostræ sanctionis, decreti, declarationis, inhibitionis, reuocationis, cassationis, irritationis, statuti, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire, si quis autem hoc attentare pręsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Romę, apud S. Petrum, Anno incarnationis dominicę 1571 octauo idus Augusti, Pontificatus nostri, anno sexto.

Cę. Glorierius.

H. Cumyn.

Publicatio bullæ.

Anno à Natiuitate Domini 1571. indictione 14. die verò 22. Mensis Augusti, Pontificatus sanctissimi in Christo Patris, & domini nostri, Domini Pij diuina prouidentia Papę Quinti, anno eius sexto, retroscriptæ litterę affixæ, & publicatæ fuerunt in locis retroscriptis, per nos Ioannem Guerardū, & Alamanū de Alamanis Cursores.

Philibertus Chappius Magister Cursorum.

Sequentia Priuilegia Pij V. concessa fratribus prædicatoribus intelliguntur concessa fratribus minimis.

Pius V. concedit quòd

PIus V. Ad perpetuam rei memoriam. ¶ Sūmi sacerdotij cura meritis licet impari-

bus nobis ex alto commissa, requirit, vt votis illis, per quæ animarum Christi fidelium, præsertim sanctimonialium virtutum domino sub suaui religionis iugo, virgineaq; perpetuę castitatis laureola famulantium, saluti, spiritualiq; consolationi, consulitur libenter annuamus, illaque fauoribus prosequamur opportunis. Sanè exhibita nobis nuper pro parte dilectarum in Christo filiarum monialium nouitiarum nuncupatarum ad regulam profitendam ordinis Sancti Dominici fratrum prędicatorum præparaturum petitio continebat. Quòd quoniam aliquando accidit, vt illę, durante tempore probationis illarum ad emittendam professionem regularem, & ante illius emissionem, ab hac vita migrantur, & in dicto tempore probationis obstantibus constitutionibus, siuè statutis, & ordinationibus dicti ordinis, non valentes dictam professionem emittere, carent cęlesti merito, quo ex dono, & benignitate sedis Apostolicæ cœteræ dicti ordinis moniales professæ in dicta professione, & regula decedentes gaudent.

Nouitię moniales in articulo mortis, etiã ante tẽpus probationis possint emittere professionem, & decedentes consequantur indulg. plen. in forma iubilei.

¶ Quare nobis humiliter supplicari fecerunt, vt sibi in præmissis opportunè prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. ¶ Nos igitur (qui salutem animarum dictam monialium nouitiarum, sic ante professionis emissionem, & durante tempore probationis earundem decedentium sincero desideramus affectu) ipsasq; moniales nouitias, & earum singulas à quibusuis excommunicationis suspensionis, & interdicti, alijsque ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet, innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutas fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, eisdem monialibus nouitijs nunc, & pro tempore existentibus, & earum singulis, vt quando, & quoties aliqua ex eis nondum professa de alicuius medici consilio, ab hoc seculo transitura conspicitur, ipsa pro consolatione animæ suę, professionem prædictam ante tempus

Supplicatio.

Conc. Tri den. sess. vlt. de re gul. c. 15. requisitum (quatenus tamen in ętate legitima constituta sit) ad illam emittendam in manibus Abbatissę, seu Priorissę, vel alterius superioris nouitiarum ipsius Monasterij, seu domus, Ità tamen quòd ipsę moniales nouitiæ sic decedentes indulgentiam, & alias gratias, quas moniales verè professas decedentes consequuntur, consequi posint, emittere in articulo mortis liberè, & licitè ualeant, apostolica authoritate tenore pręsentium perpetuò concedimus, & indulgemus. ¶ Nec non eisdem monialibus nouitijs ità tunc professis decedentibus plenariam peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem in forma iubilei misericorditer in domino eisdē auctoritate, & tenore elargimur. ¶ Ac concessionem indultum, & elargitionem huiusmodi, ac pręsentes litteras sub quibusuis similium, vel disimilium indulgentiarum, & gratiarum, suspensionibus, reuocationibus, & limitationibus, etiam in fauorem quorumcunq; factis, & faciendis nullatenus compræhensas, sed semper, ab illis exceptas, & quoties illę emanabunt, toties in pristinum, & validissimum statum restitutas, repositas, & de nouo concessas existere, ipsisq; monialibus, & professionem emittentibus suffragari posse, & sic per quoscunq; iudices, & commissarios quauis auctoritate fungētes, etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, & sacri Palatij Apostolici causarum auditores, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & diffiniri debere, ac quicquid secus super his, à quoquàm quauis auctoritate scienter, vel ignoranter attentari contigerit, irritum, & inane decernimus. ¶ Non obstan: constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ac monasterij seu domus, & ordinis huiusmodi etiam iuramento, confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, Priuilegijs quoq; indultis, & litteris apostolicis, illis, eorumq; superioribus, & personis, sub quibuscunq; tenoribus, & formis, ac cum quibus uis clausulis, & decretis in contrarium

Indulgētia plenaria.

rium quomodolibet concessis, approbatis, & innouatis, Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores, ac si de verbo, ad verbum nihil penitus ommisso, & forma in illis tradita obseruata, inserti forent, præsentibus pro sufficienter expræssis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & exprçsse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunq;. Datũ Romæ apud Sanctum Petrũ sub annulo piscatoris die 23. Aug. 1570. Pontificatus nostri Anno quinto.

S. D. N: D. PII PAPAE. V. FACVLTAS.

QVOD SVPERIORES ORdinis fratrum prędicatorum, in vna quaque Prouincia, possint constituere etiam plures sui ordinis fratres, ab eis approbatos, in notarios publicos, pro intimandis mandatis, & rescriptis Apostolicis, publicam vel priuatam dicti ordinis vtilitatem concernentibus.

PIus Papa V. Ad perpetuam rei memoriam. ¶ Debitum pastoralis officij nobis (meritis licet imparibus) ex alto commissi nos admonet, & inducit, vt circa religionum quarumlibet, pręsertim ordinis fratrũ Prędicatorũ sãcti Dominici, ad qué patrio quodã iure peculiaré gerimus paternæ charitatis affectũ, statũ prosperè dirigẽdum, &

ſcripta Apoſtolica quæcunque publicam, ac alias priuatam dicti ordinis, & fratrum, ſiue monialium eiuſdem vtilitatem concernentia per probos, & idoneos eiuſdem ordinis religioſos, perſonis, quibus opus fuerit, intimanda, & inſinuanda, ac debitè exequenda, ſtudijs inuigilemus aſſiduis, ac alias omnibus illorum incommodis, & neceſsitatibus conſulamus, prout in Domino conſpicimus ſalubriter expedire. ¶ Cum itaq;, ſicut nobis dũ in minoribus cõſtituti eſſemus, ſatis cõprobatum ſit, ꝙ fratres religioſi, & moniales dicti ordinis fratrũ prędicatorum Snncti Dominici, ſiue ordinem ipſum, vel illius regulam profitentes, quem quidem ordinem expreſsè profeſsi ſumus, tam uniuerſaliter, quàm particulariter quàm plura damna, incommoda, & detrimenta patiuntur, & impenſas ſuſtinent, ex eo, ꝙ notarii tam clerici, q̃ laici ſæculares, ét Apoſtolica, imperiali, regali, aut alia authoritate creati, & cõſtituti in pleriſq; mundi partibus, regionibus, regnis, prouintiis, Dominiis, & locis exiſtẽtes, ex eis oriundi, ſiue alias inibi cõmorãtes, mandata, cõceſſiones, gratias, priuilegia, & indulta, aliaq; reſcripta Apoſtolica tã ad publicã, q̃ priuatã vtilitatẽ emanata, ſiue cõceſſa, & bonũ, ſiue cõmodũ publicũ, ſiue priuatum cõcernentia Dñis tẽporalibus, ſiue ptãtibus, regibuſq; Ducibus, Principibus, Marchionibus, ac aliis Dñis, & perſonis quibus intimãda, ſiue inſinuanda veniunt, ac intimare, & inſinuare oportet, intimare, notificare, ſiue inſinuare, variis confictis reſpectibus, recuſant ſiue nõ audent contra eorundem officii liberum, & publicum exercitium, debitãq; ſedi Apoſtolicæ obedientiam, ac in non medicum publicę, & priuatę vtilitatis, & commodi pręiudicium, & detrimentum.

¶ Nos igitẽ cupiẽtes, q̃tum cũ Deo poſſumus in præmiſſis ordini, & fratribus pręfatis, ac ẽt monialibus ipſis de opportuno remedio ꝓuidere, & dictis incõmodis, detrimentis, expẽſis, & dãnis eorũ obuiare, neq; mandata, priuilegia, gratias, cõceſsiones, indulta, & reſcripta apoſtolica in genere, vel in ſpẽ dicto ordini, ſeu ipſius ordinis magiſtro

gistro generali, Prouintialibus, alijsq; superioribus, Prioribus, & fratribus, & eorum singulis, dictisque monialibus, siue earundem Abbatissis, Priorissis, & earundem etiam singulis eiusdem ordinis, siue dictum ordinem, & illius regulam profitentibus quomodolibet in genere, vel in spē concessa, aliaque mandata, & rescripta apostolica, publicam, vel priuatam ipsius ordinis vtilitaquomodolibet concernentia, & emanata, ob id debito careant effectu, & vacua remaneant, prouidere volentes, ipsosq; ordinem, ac illius magistrū generalē, Vicarium, procuratorē, & fratres, ac Abbatissas, Priorissas, & moniales eorūq; singulos specialibus fauoribus, & gratijs prosequentes, & à quibusuis excōicationis, suspensionis, & interdicti, aliisq; ecclesiasticis sententijs, cēsuris, & poenis a iure, vel ab homine, quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectū præsentium duntaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutos fore censentes, nec non nomina, cognomina magistri generalis, Prouincialium, Vicariorum, Procuratorum, & aliorum superiorum, ac dictarū Abbatissarum, Priorissarū, & monialiū, inuocationesq;, denominationes, & dependentias monasteriorum, domorū, conuentuum, & aliorum regularium locorum, tàm virorum, quàm mulierum dicti ordinis, ac etiā mādatorū, concessionum, indultorum, rescriptorum, aliarumq; gratiarū tenores, præsentibus pro expressis habentes. Motu proprio non ad alicuius nobis super hoc oblatę petitionis instantiam, sed ex certa nostra, ac de apostolicæ potestatis plenitudine, modernis, & pro tēpore existentibus dicti ordinis magistro generali, Vicariis, & Prouincialibus, tàm citra, quàm vltra, ac alias vbilibet constitutis.

¶Quòd in vnaquaque eorum prouincia, vnum, duos, tres, quatuor, vel quinque, aut plures eis benè uisos dicti ordinis religiosos, seu fratres, probos tamē, ac fide, & doctrina idoneos, & ab ipsis approbatos, in notarios creare constituere, & deputare.

¶Qui sic creati, constituti, & deputati sinè aliquo respe-

ſpectu, & õni ceſſante recuſatione liberè quoties requi ſiti fuerint, oĩa, & ſingula mãdata, priuilegia, cõceſsio nes, gratias, & indulta apoſtolica, aliaq; tàm vniuerſalia, quàm particularia dicto ordini, ac qbusuis illius, quę de obſeruãtia ſunt tantũ locis, domibus, cõuẽtibus, monaſte rijs, & eccleſijs, tã virorũ, quã mulierũ, & ſeu eiuſdem ordinis Magiſtro Generali, Prouincialib9, Vicarijs, Prio ribus, & alijs ſuperioribus, fratribus, ac Abbatiſsis, Prio riſsis, monialibus, & alijs perſonis ſub regula dictorũ fra trũ degẽtibus, & quę ſunt obſeruãtiæ tantũ in genere, vel in ſpe, et ad vniuersã, ſiue priuatã vtilitatẽ cõceſſa, & emanata reſcripta apoſtolica, eiſdẽ, regibus, Ducibus, Principibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, & dominis, alijsq; perſonis eccleſiaſticis, & ſecularibus qui buscũq; vbi, & quoties opus fuerit, ac ad id requiſiti fue rint, notificare, inſinuare, & intimare. ¶ Ac eoſdẽ iu xta mãdatorũ, cõceſsionũ, indultorũ, Priuilegiorũ, & re ſcriptorũ hmõi formã, cõtinẽtiã, & tenorẽ monere, & requirere, aliaq; oĩa, & ſingula circa ea requiſita, & op portuna facere, gerere, exercere, & exequi, ac de eiſdẽ oĩbus, & ſingulis, publicos, & publica, actus, & inſtru mẽta corã teſtibus ad hoc requiſitis cõficere, & ſtipula ri, ac in notã redigere, & exinde ſemel, vel pluries, pro ut ad id requiſiti fuerint, vnũ, vel plures, ac plura, publi cos, & publica, actus, & inſtrumẽta quibus eadẽ prorſus fides adhibeatur in iudicio, & extra, ac vbiq;, ac ſi per alios quoſcũq; publicos, & authenticos rogatos notarios ſtipulata, cõfecta, & publicata, & authẽticata fuiſsẽt cõ ficere, & debitis ſignis, & caracteribus ſubſcribere, pu blicare, & authẽticare liberè, & licitè poſsint, & valeãt, apoſtolica authoritate, tenore pręſentiũ licẽtiã, & facul tatẽ impartimur, cõcedimus, & indulgem9, eiſdẽq; actis, notis, inſtrumẽtis, & ſcripturis pdictos religioſos, vt pręfertur, notarios deputatos ſtipulatis, cõfectis, & vt pfer tur, authẽticatis plenã, & indubitatã fidẽ vbiq; tã in iu dicio, quã extra adhibere debere, ac eoſdẽ ſic intimatos, monitos, & requiſitos eis afficere, & arctari debere volu

mus

mus, statuimus, & ordinamus. ¶ Mandãtes ꝓpterea in virtute sanctæ obediẽtiæ, & indignationis nr̃æ, ac suspẽsionis à diuinis, quo ad Archiep̃os, & Ep̃os, quoad alios verò inferiores sub maioris excõmunicationis latę sẽtentię pœnis, locorum ordinarijs, & alijs quibusuis personis, cuiuscũq; status, gradus, ordinis, & cõditionis existẽtibus, & quacũq; ẽt dictæ sedis auctoritate, facultate, seu potestate ẽt legati de latere, ac Cardinalibus Cardinalatus honore fungẽtibus, ne ipsos notarios, vt pręfertur deputatos, & electos, siuè eorũ aliquẽ in executione supradictorũ oĩũ quouis mõ ĩpediãt, seu ĩpedire, aut ꝑturbare audeant, vel præsumãt. ¶ Ac decernẽtes præsentes litteras nullo vnquã tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis, seu intẽtionis nostrę vitio, seu defectu, notari, seu impugnari, ac sub quibusuis reuocationibus, derogationibus, & alijs cõtrarijs dispositionibus, à nobis, vel successoribus nostris emanãdis, cõprehẽsas, sed sẽper ab illis exceptas existere, & quoties illę emanabũt, toties in pristinũ statũ, & validissimũ, ẽt sub data ꝑ eosdẽ magistrũ Generalẽ, Prouinciales, & alios supra nominatos eligenda, cõcessas, restitutas, & plenariè reintegratas existere. ¶ Et sic ꝑ quoscũq; iudices, & cõmissarios quauis authoritate fungẽtes, etiã causarũ Palatij Apostolici auditores, ac Sãctæ Romanæ Ecclesię Cardinales, sublata eis, & eorũ cuilibet, quauis aliter iudicãdi, & interp̃tãdi facultate, & authoritate, iudicari, & diffiniri debere, ac irritũ inane q̃cquid sec⁹ sup his à quoq̃, quauis authoritate, sciẽter, vel ignorãter cõtigerit attẽtari.

Validitas huius priui legij.

¶ Quocircà dilectis filijs Iacobo tituli Sanctę Marię in Cosmedin Præsbitero Cardinali de Sabellis nuncupato nostro in alma vrbe Vicario, & curiæ causarũ Camerę Ap̃licę Gener. Auditori, ac Cãcellarię Apostolicæ Regẽti, nũc, & ꝓ tẽpore existẽtibus ꝑ p̃sentes motu simili mãdamus, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorũ ꝑ se, vel aliũ, seu alios p̃sentes litteras, et in eis contenta q̃cunq; vbi, et quãdo opus fuerit, ac quoties pro parte magistri Generalis, Procuratoris, Prouincialium, et aliorum prædictorum

Iudices assignantur.

dictorũ,seu alicuius eorũ fuerint requisiti solẽniter publicãtes,eisq; in premissis efficacis defensionis presidio assistẽtes faciãt authoritate nr̃a illos,& eorũ singulos,indulto,cõcessione,volũtate,statuto,ordinatione,mandato,& decreto nostris hmõi iuxta eorundem pñtium tenorem pacificè frui,& gaudere.Nõ permittentes eos desuper p quoscunq; qũolibet,indebitè molestari:contradictores quoslibet,& rebelles per sententias,censuras, & pœnas ecclesiasticas,ac alia iuris remedia,appellatione postposita,compescendo, ac legitimis super his habendis seruatis processibus,sententias,censuras,& pœnas prædictas,etiã iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit,auxilio brachij secularis.

¶Nõ obstãtibus fe. re. Bonifacij Papæ 8. prædecessoris nostri de vna,& concilio generali de duabus dietis,dummodò quis authoritate presentiũ vltra tres dietas ad iudiciũ nõ trahat,aliisq; quibusuis constõnibus, & ordinationibus apl̃icis,nec nõ in Prouĩcialibus,& synodalibus cõcilijs editis gñalibus,vel specialibus,constõnibus,& ordinationibus,ac ẽt iuramento,cõfirmatione apl̃ica,vel quauis firmitate alia roboratis statutis,& cõsuetudinib9,priuilegijs quoq; indultis,& litteris apl̃icis,ẽt dictæ sedis de latere legatis,nuntiis,locorũ ordinarijs,& alijs quibusuis personis in præiudiciũ premissorũ per quoscunq; Rom. Pont.ẽt prædecessores nr̃os,ac nos,& sedẽ præfatã, tàm sub plũbo,q̃ in forma breuis,& ẽt motu,& sciẽtia similibus cõcessis,approbatis,& innouatis.¶Quibus oĩbus ẽt, si de illis,eorumq; totis tenoribus, specialis,specifica,expressa,& indiuidua,nõ aũt p clausulas gñales idẽ importantes mẽtio,seu quæuis alia expresio habẽda,aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruãda foret, tenores hmõi, ac si de verbo ad verbũ,nihil penitus omisso,& forma in illis tradita,obseruata,inserti forent,pñtibus,pro expressis habẽtes,illis alias in suo robore permansuris, hac vice dũtaxat specialiter,& expressè derogamus,cõtrariis quibuscũq; ¶Aut aliquibus cõiter, vel diuisim ab apl̃ica sit sede indultũ q̃ interdici,suspendi, vel excõicari nõ pos

sint

ſint per litteras apl̃icas nõ facientes plenã, & expreſſam, ac de verbo ad verbũ, de indulto hmõi mentioné. ¶ Volumus aũt q̧ trãsũptis pręſentiũ, manu alicuius notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonę in dignitate eccleſiaſtica cõſtitutę munitis, eadé prorſus fides in iudicio, & extra vbiq; locorum adhibeatur, & adhiberi debeat, quę litteris ipſis originalibus adhiberet, ſi exhibitę forent, vel oſtenſę. Datum Romę apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die 21. Martij 1571. Pon noſtri anno 6.

P. Tharus, H. Fuſcus.

PIVS PAPA. V.

AD perpetuã rei memoriã. Rom. Pont. circũſpecta benignitas, honeſtis petentiũ votisq; perſonarũ ſub religionis iugo altiſſimo famulantiũ, ſtatũ, & ſalubré directioné reſpiciũt, ad exauditionis gratiã, libéter admittit; & fauoribus proſequit opportunis ¶ Exponi nobis nuper fecit dilectus fili⁹ Prior prouintialis Prouintię Hiſpanię ordinis fratrũ prędicatorũ, q̧ cũ i bulla cruciatę Sãctæ, & aliis priuilegijs, quę ab apl̃ica ſede cõcedi ſolét, det facultas eligédi cõfeſſoré Idoneũ, ab ordinario approbatum, qui poſſit Chriſtifideles abſoluere à caſibus ordinario reſeruatis, & à quibuſdã etiam quę dictę ſedi reſeruata sũt. ¶ Religioſi dicti ordinis, ſeu eorũ nõnulli ét his facultatibus vti pręſumũt, & illarũ prætextu eligũt cõfeſſoré aliqñ, præter eos, qui à ſuis prælatis, pro audiendis eorũ confeſſionibus, deputati ſunt, q̧ aliqñ in ſpeciale eorũ vergit detrimétũ. ¶ Quare p̃dictus Prior nobis humiliter ſupplicari fecit, quaten⁹ in p̃miſſis opportunè prouidere de benignitate apoſtolica dignaremur.

Pius V. declarat, q̧ fratres, & ſorores nõ gaudẽt gratijs bullę Cruciatæ, & aliorum ſimiliũ gratiarum.

¶ Nos igit hmõi obuiare volétes, ac eundé prioré à quibusuis excõnis, ſuſpéſionis, & interdicti, aliisq; ſñtis, cenſuris, & pœnis à iure, vel ab hoíe, quauis occaſione, vel cã latis, ſi qbus qũolibet innodatus exiſtit, ad effectũ præſétiũ dũtaxat conſequédũ. Harũ ſerie abſoluétes, & abſolutos fore céſétes, hmõi ſupplicationibus inclinati talem cõceſſioné cruciatæ Sãctę, & aliorũ indultorũ particulariũ, quantũ ad prędictum articulũ eligendi confeſſorem,

& absoluēdi à casibus reseruatis,cū fratribus,& sororib monialibus, totius ordinis ṗdicti tā prouinciæ Hispaniæ hmōi,q̄ extra eā vbilibet locū minimè habere, nec cēse ri: sed nr̄æ intētionis existere, q̄ ijdē fratres, & moniales,quātum ad sacramēti pn̄tiæ, seu cōfessionis administrationē dispositioni suorū ṗlatorū subiecti sint: Apost. auth. tenore ṗsentiū perpetuò declaramus: eisdē tn̄ ṗlatis,ut in usu huius potestatis, se cū subditis, benignos,& faciles exhibeāt Præcipiētes,& mādantes. ¶ Et insuper q̄a sacrum œcumenicū generale Triden.Conc. cōcessit Ep̄is, ut absoluere possint in foro aīæ, seu cōsciētiæ ab ōnib⁹ peccatis, & dispēsare in irregularitatib⁹ ṗut sess. 24. c.6. habetur, ne prior cōuentualis,& sup̄iores ṗlati dicti totius ordinis,tā in dicta Prouintia, q̄ extra eā ubilibet in hac parte deterioris cōditionis, q̄ clerici, aut seculares existāt: eisdē priori cōuentuali, & sup̄ioribus ṗlatis, vt ipsi p se ipsos idē omnino possint in fratres,& moniales dicti ordinis sibi subditos,qđ possūt Epi ī clericos, & laicos sibi subiectos, Tā quo ad absoluēdi, & dispensandi hmōi,q̄ alias quascūq; facultates eisdē authoritate, & tenore, etiā ṗpetuò cōcedimus, & indulgemus,ac et declaramus. ¶ Decernētes ṗsentes litteras ṗpetuò durare, & valere, & sub quibusuis illarū cōsimiliū, vel dissimiliū cōcessionū, indulgētiarū, & gratiarū reuocationib⁹, suspēsionib⁹, alterationib⁹,derogationib⁹,vel alijs cōtrarijs dispositionib⁹,ēt p nos,& successores nostros Romanos Pōtifices p tēpore existētes, aut sedē Apost. ēt ex quauis cā, aut alias quōlibet canonicè, vel de facto, nūc & ṗ tēpore factis, & faciēdis nullaten⁹ cōprehēsas, sed semp ab illis exceptas,& quoties illę emanabūt,toties in pristinū,& ualidissimū statū restitutas,& de nouo cōcessas existere,& fore, ac cēseri, & suffragari debere, Irritū quoq; & inane, si secus sup his, à quoq̄ quauis authoritate sciēter,uel ignorāter cōtingerit attētari. ¶ Nō obstātibus ṗmissis, & q̄busuis Apostolicis, ac uniuersalibus, ṗuincialib⁹, & synodalib⁹ Cōcilijs editis, specialibus, uel generalibus cōstitutionibus, & ordinationibus.

Declarat ṗlatos ordinis posse absoluere, & dispensare fratres suos, sicut Episcopus clericos.

¶ Nec

¶Nec nō qbuſuis ēt iuramēto, cōfirmatione Apoſtolicā, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & cōſuetudinibus, priuilegijs quoq;. Indultis, & litteris Apoſtólicis, qbusuis psonis, ſub quibuſcūq; tenoribus, & formis, ac alias quolibet, cōceſſis, & ap pbatis, & innouatis. ¶Quibus ōibus, & ſingulis, ēt ſi de illis, eorūq; totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, indiuidua, & expſſa mētio habēdā, aut aliqua ālia exqſita forma, ad hoc ſeruāda foret, tenorē ſuū, ac ſi de uerbo ad uerbū, nihil pœnitus omiſſo, & forma in eis tradita obſeruata inſererent, pſentibus pro ſufficiēter expſſis, habētes illis alijs in ſuo robore pmanſuris hac uice dūtaxat, ſpetialiter & expſsè derogamus, cæteriſq· cōtrarijs qbuſcūq; aut ſi aliqbus comuniter, uel diuiſim, ab eadē ſit ſede indultū, q interdici ſuſpēdi, uel excōicari nō poſſint p litteras Apoſtolicas, nō faciētes plenā, et expſsā, ac de uerbo ad uerbū de Indulto hmōi mentionem· Datum. Romæ apud S. Petrum ſub annulo piſcatoris, die 21 Iulij 1571. Pontificatus noſtri anno ſexto. G. Melchioris. & a tergo G. de Caſtro.

In quodam breui fratrum minorum de obſeruantia à fel. rec. Papa Pio V. conceſſo, & publicato in eorum capitulo Generali. Romæ habito anno ut infra, habentur hæc uerba.

POſtremò, quod in nouitijs recipiēdis fiat inqſitio de moribus, & uita eorū iuxtà regulā eiuſdē beati Frāciſci, q ait, diligēter examinent eos de fide catholica, & de eccleſiaſticis ſacramētis, &c. ¶ Et fiat inqſitio de progenitorū ſuorū defectu: volētes q ijs, q ex Maumethanorū, uel Iudeorū genere deſcēdunt, cū poſt ſuſceptū ab eis baptiſma, Græci, & Iudæi diſtinctio eſſe non debeat, nullatenus defectus generis hmōi, quominus in ordinē pdictū recipiātur, & ad cōſequēdas in dicto ordine dignitates, gradus, & officia religionis, vel cuipiā alteri nocere poſſit, vel debeat. ¶ Et

quo

quo ad descẽdentes ex hæreticis, videlicet cõuersis pariter minimè circa pmissa quicq̃ obstet. ¶ Quo ad verò illos, q ex hereticis dãnatis, & nõ conuersis, vel quorũ statuæ cõbustæ sũt, originẽ ducũt, p lineã paternã vsq; ad scdam gñationẽ, p lineã aũt meternã vsq; ad primã tm̃ in pmissis obesse decernimus. ¶ Et idẽ seruetur in fratribus, Qui ad sacros ẽt psbyteratus ordines admittuntur. ¶ Nõ obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, & quibusuis dicti ordinis statutis, & consuetudinibus, ẽt iuramẽto, cõfirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegijs quoq; indultis, & litteris apostolicis ordini, & supioribus hmõi p quoscũq; Romanos Põtifices, pdecessores nostros, ac ẽt nos, & sedẽ apostolicã ẽt motu pprio, sciẽtia, ac potestatis plenitudine similibus, ac cũ quibusuis ẽt derogatoriarũ derogatorijs, alijsq; fortioribus, efficatioribus, & insolitis clausulis, irritãtibusq;, & alijs decretis in gñe, vel in spe quõlibet cõcessis, cõfirmatis, & sæpius innouatis, ẽt si de illis, eorũq; totis tenoribus specialis specifica, expssa, & indiuidua, ac de verbo ad verbũ mẽtio habẽda foret, eorũ tenores psentibus p sufficiẽter expssis habẽtes, illis aliàs in suo robore pmãsuris hac vice dũtaxat specialiter, & expsse derogamus, cæterisq; contrarijs quibuscunq;. Dat. Romę, apud Sanctũ Petrũ, sub annulo piscatoris die 28 Maij. 1571. Pont. nr̃i anno 6. Cę. Glorierius.

Anno à natiuitate dñi 1571 indictione 14 die verò vltima Mẽsis Maij. Põtificatus sanctissimi D. N. D. Pij diuina puidentia Papæ Quinti anno 6. retroscriptæ litteræ Apost. lectæ, & publicatæ fuerũt in gñali retroscriptorũ fratrũ minorũ de obseruãtia videlicet ministrorũ Gñalis, & Prouincialiũ, ac vocaliũ cõgregatione habita in conuẽtu S. Mariæ de Araceli de vrbe p me Robertũ Fõtanũ Archiuij Rom. Cur. scriptorẽ Clericũ Mutinen. psentibus Illustriss. & Reuerẽdiss. D. Alexãdro Card. Cribello vice ptectore, & R. P. D. Hieronymo Albornoz electo Lucumanen. Epo testibus, &c. In quorũ fidem hic me subscripsi. Robert⁹ Fõtan⁹ Archiuij Rom. Cur. scrip.

GREGORIVS

GREGORIVS XIII. PAPA 234. anno Domini 1573. de mẽse Maij ad Petri Cathedram aßumptus in qua uiuit, & regnat, infrascripta pro quieto statu regularium, & ordinariorum, declarauit.

S.D.N.D. GREGORII PAPA XIII. constitutio de eleemosynis Monialibus præstandis.

GRegorius Epũs seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Deo sacris virginibus, quæ contemptis illecebris sęculi, diuinis se obsequijs manciparunt, ęquissimum est præcipua quadam à nobis, ac singulari sollicitudine prouideri, tum vt ab eis omnia, quæ sanctum ipsarum propositum impedire possent, remoueantur, tum etiam vt eis in cultu Dei castè, ac religiosè permanentibus, quę ad victum necessaria sunt, subministrentur. ¶ Et quidem post sacri Concilij Tridentini decretum, quo constitutio fęlicis recordationis Bonifacij Papæ viij. prędecessoris nostri, quę incipit, periculoso, renouatur, prohibens, ne aut ipsis monialibus ex monasteris suis egredi, aut vlli cuiuscunq; sexus, aut ordinis personæ ad eas ingredi liceat. ¶ Et præterea vniuersis Episcopis præcipitur, vt in omnibus monasterijs sibi subiectis, in alijs verò sedis Apostolicę authoritate clausuram sanctimonialium, vbi violata, diligenter restitui, vbi verò inuiolata, conseruari maximè

In ista bulla multa statuuntur, & declarãtur, quæ Pius Quin. p alias suas voluit suprá car. 101

 procurent

procurent. Piæ memoriæ Pius Papa V. etiā prędecessor noster victui quoq;, & necessitatibus ipsarum prospicere cupiens, cum superiora illa approbasset, atq; innouasset, eademq; oīa ét in monialibus quorumcunq; Militiarum ét Hierosolymitanę, oībusq; alijs tacitè, vel expressè Religionem professis, quocunq; nomine censerentur, locū habere decreuisset, ne illæ quicq̄ detrimenti in necessitatibus suis hac occasione paterentur, ét pręcepit locorum ordinarijs, & superioribus earū, vt fideliū eleemosynas per conuersas non professas, vel professas quidé, sed ætatis salutem quadraginta annorū, & iampridem cōuersas quæ in domibus contiguis, extra tñ monasterium degerent, colligendas curarent. ¶ Ita tñ, vt prædictæ cōuersę neq; clausuram aliarum Monialium, nisi in casibus permissis, ingrederentur, nec ex illis ipsis habitationibus suis ad tales eleemosynas colligendas sine permissis ordinariorum, aut superiorum suorum exire possent. ¶ Quòd si ne hoc quidem sufficere videretur, idem Pius prædecessor mandauit ipsis ordinarijs, & superioribus, vt negocium darent aliquibus personis pijs tales eleemosynas colligendi, aliaq; arbitratu suo prospicerent, quæ ad subleuandam monialium inopiam expedire iudicarent.

Remediū pro necessitate monialium.

¶ Cum autem, sicut accepimus, multæ moniales, etiam quæ tertiariæ vocantur, sub solemni Religionis voto, perpetuaq; clausura degentes, aliæque talibus litteris comprehensæ, & in ipsa clausura permanentes multis præterea ad se sustentandas necessarijs egeant, neque vsque ad hoc tempus vllo sufficienti remedio earum necessitatibus subuentum sit, quin etiam alię tertiariæ citra vllum solemne hucusq; votum viuant, quæ ad suas, suorū ue domos ne utiq̄ redditurae essent, sed sub solemni religionis voto, & clausura prædictis permanerent, si earum congruæ sustentationi prouideretur. ¶ Nos, qui illas necessarijs rebus destitui nolumus, certioresque facti sumus in multis ciuitatibus, oppidis, villis, aut alijs locis, tàm in ecclesijs, & Monasterijs, quàm Hospitalibus, Collegijs, Confraternitatibus, & alijs locis pijs, etiam

quæ

quæ à priuatis hominibus, tum ecclesiasticis, tum laicis, multas, ac diuersas eleemosynas Christi pauperibus erogari, considerantes in eiusmodi personas, vel in primis exercendam esse charitatem, quæ voluntaria paupertate suscepta, ab omni hominum commercio segregatę, Deo seruiunt, & assiduis præcibus iram ipsius ob peccata conceptā à populo Christiano, depręcātur.

¶ Illud quoque cogitantes, si eis ad tales eleemosynas petendas ad loca prædicta conferre se liceret, vix fore, vt prædicta monasteria, ecclesię, loca, ac personæ eis singulis non tantum saltem tribuerent, quantum singulis alijs pauperibus eodem concurrentibus solent, vniuerso illi Deo deuotarum mulierum generi, de opportunę, ac sufficientis subuentionis auxilio prouidere cupientes.

¶ De nobis attributæ potestatis plenitudine statuimus, & ordinamus, vt omnes, & quicunq; Patriarchę, primates, Archiepi, Epi, & alii ecclesiarum prælati, necnon Abbates, priores, præpositi, & alij ecclesias Patriarchales, primitiales, Metropolitanas, Cathedrales, & alias ecclesias, nec non monasteria, pioratus, præposituras, Canonicatus, præbendas, dignitates, personatus, administrationes, officia, cœteraq; beneficia ecclesiastica cū cura, & sine cura sęcularia, & S. Benedicti, S. August. Cistерciensium, Cluniacensium, Pręmonstratensium, Carthusiensium, Camalduensium, Sancti Basilij, Cassinésium, aliàs Sanctæ Iustinæ, Montis Olíueti, Sancti Saluatoris, ac Lateranen. Et Cruciferorum, seu fratrum S. Hieronymi, nec non pręd catorum, minorum minimorum, & Carmelitarum, Eremitarum eiusdem Sancti Augustini, seruorum Beatæ Mariæ, Sanctæ Claræ, & quorumcunq; aliorum, tàm virorum, quàm mulierum, etiam mendicantium ordinum, & congregationum, & militiarum regularia, etiam de iure patronatus laicorum etiam nobilium, Ducum, Regū, & aliorum Principum, existentia, in titulum, commendā, administrationem, & alias quomodocunq; obtinentes.

Declaratur qui tenentur tribuere, & vnde necessitati monialium

¶ Necnō Rectores, Gubernatores, cōfratres, administratores, cœteriq; oēs, qui ratione illorū, necnō capitulorū

conuentuum, mensarum, Hospitalium etiam laicorũ,& per laicos administrari solitorum, Christi fidelium Confraternitatum, scholarum, Collegiorum, ac aliorum piorum locorum quocunq; nomine nuncupatorum, & in quibusuis mundi partibus consistentium, quæ singulis annis, mensibus, hebdomadis, vel diebus ex ecclesiarũ, monasteriorum, Prioratuum, officiorum, dignitatum, & beneficiorum, ac congregationum, Hospitalium, confraternitatum, scholarum, collegiorum piorum, & aliorum locorum prædictorum fructibus, redditibus, & prouentibus, pauperibus Christi aliquas eleemosynas, in pane, frumento, farina, vino, eduliis, pecunia, seu aliis ad victũ, vel vestitum pertinentibus, ẽt ad supplicationem, & præces, & per cędulas, & bolettina, aut alias distribuere, & elargiri ab immemorabili tpe consueuerunt, aut alio quocunq; iure tenentur, ex dictis fructibus, redditibus, & prouentibus, & quo ad Hospitalia prædicta ex ijs, quę seruata in illis actuali Hospitalitate supersunt, seu supererint, necnon quæcunq; personæ particulares ẽt laicæ, vniuersitates etiam laicorum, quæ testamento, vltima volũtate, vel alia dispositione, ẽt ĩter viuos, aliquas tales eleemosynas facere tenẽtur, dimidiã ptem oĩum, & quorũcunq; eleemosynarũ, & largitionũ hmõi quocunq; noĩe nuncupatarũ, quocunq; tpe, & modo distribui solitarũ, etiã si speciali nota dignæ, & secundum pias defunctorum, aut aliorum voluntates sub certa forma ab eis in testamento, vel alia quacunque dispositione distribuendæ sint, dummodo non incertas personas, nec ad certos vsus pios alios, quàm victus, & alimenta pauperum distribuantur, quibuslibet prædictarum Monialium, etiam tertiariarium sub solemni religionis voto, & perpetua clausura de cœtero viuentibus, & in terris, & locis, quorum pauperibus huiusmodi eleemosinæ distribuuntur, consistentibus, verè, & realiter, & cum effectu, & absq; vlla eleemosynarum, & largitionũ hmõi petitione, exactione, & conquisitione, aut alia desuper à nobis expectata iussione aut mentis nostrę declaratione, aut quibusuis

uis mora subterfugio,ac exceptione cessantibus, & eie-ctis,dare,atque distribuere omninò teneantur, & quam dimidiam partem nos illis applicamus.

¶ Vt aũt præmissa omnia cum charitate,& pietate procedant,& efficaciter suum effectum sortiantur,vniuersis, & singulis Patriarchis,Archiepis, Epis, & alijs locorum ordinarijs per Apost.scripta mandamus,vt quisq; per se vel alium, seu alios ad pręsentiũ executionẽ in suis ciuitatibus,& diœcesibus procedens,ab ecclesijs, Monasterijs,Hospitalibus,Confraternitatibus, scholis, collegijs, locis,& ecclesiasticis,ac laicis personis prædictis, etiam qũolibet exemptis, dimidium eleemosynarũ hmõi exigant, ac pro portione,vt ordinarijs ipsis locorum ęquũ esse videbitur,singulis,pauperũ monialiũ ét tertiariarum Monasterijs hmõi suarũ ciuitatũ, & diœcesum, etiam si alijs superioribus subiectæ sint,cum effectu distribuant.

Executores deputantur.

¶Nos.n.eisdem locorum ordinarijs etiã tanq̃ Aposto. sedis delegatis,aut cuilibet illorũ tam per se,q̃ alium,vel alios pręmissa faciendi,ac ét cõtradictores quoslibet, & rebelles p pęnas pecuniarias eorundé ordinariorũ,& cuiuslibet illorũ arbitrio infligẽdas,& applicãdas,ac in subsidiũ,sñtias,cẽsuras & pęnas ecclesiasticas, aliaq; opportuna iuris,& facti remedia, quacunq; appellatione postposita,respectiuè compescendi,auxiliumq; bracchij ſęcularis inuocandi, aliaque in pręmissis, & circà ea necessaria,& opportuna faciendi,gerendi,mandandi,& exeq̃ndi,plenã,& liberam facultatem, & authoritatem concedimus, & impartimur. ¶ Insuper, quia valdè rationi cõsonum est,vt etiam ij, qui ipsi monialibus ét tertiarijs indigentibus præfatis consanguinitate aliqua sunt coniuncti, aliquod in pręmissis subsidium conferant, cum ratio sanguinis, & debitum charitatis, & honestatis, id expostulet, singulis locorum ordinarijs committimus, vt omni eos officio, & diligentia monere, eisque persuadere studeant,parentes verò,& fratres, ac alios,ad quos illas, si in sęculo permansissent, dotare pertinebat, vel ad quos bona, & successiones deuenerunt, & qui si eas

nuptui tradidissent, multò amplius, quàm ingredientibus monasterium dedissent, vel qui si eas nunc domi retinerent, vel si ad illorum domos redirent, eas alere tenerentur quibuscunque vijs ipsis benè uisis inducant, vt monialibus etiam tertiarijs prædictis, iuxta eorum facultates, charitatiuè subueniant, scituri, id sibi etiam ad animarum salutem plurimùm profuturum.

Clausura præcipitur conuersis professis.

¶ Cœterum, quod attinet ad conuersas professas, quas prædictus Pius prędecessor per prædictas litteras, sub certis conditionibus ibi contentis, permisit posse manere extra monasteria pro colligendis eleemosynis, eisdem locorũ ordinarijs iniungimus, vt quibus monasterijs prędictarum monialium quotidianis laboribus cõputatis, supradicta, vel alia qualibet rõne de sufficienti subuentione, & sustentatione prouisum esse cognouerint, easdem conuersas sub eadem clausura cũ alijs monialibus reducant, neq; à suis monasterijs amplius exire permittant.

Idem pius V. supra car. 102.

¶ Conuersas verò nõ professas, & profiteri nolentes, dimisso habitu, domum remittant, neque alias in futurum, nisi professionem suo tempore emissuras, atque sub perpetua clausura mansuras in monasteria hmôi recipi permittant.

Declaratio bullæ Pij v.

¶ Quòd aũt idẽ Pius pdecessor statuit de cœtero nullas alias conuersas professas recipi amplius, ét de consensu suorũ supiorũ posse, ita esse ĩtelligẽdum declaramus, pter illas cõuersas, q̃ extra monasteriũ ĩ domibus cõtiguis degerẽt. ¶ Eleemosynarũ verò pdictarũ contributionẽ, & applicationẽ durare, & valere decernimus, ac suos effectus ad plenũ sortiri debere, donec numerus monialiũ ét tertiariarũ hmôi (quẽ p ipsos locorũ ordinarios ét in monasterijs ab eorũ cura, & regimine, qũocunq; exemptis, cũ illarũ superiorũ interuentu stabiliri, & ordinari, neq; supra illarũ numerũ alias recipi posse ét de consensu supiorũ suorũ, volumus, & mãdamus) ita imminutus fuerit, vt reliquæ moniales, & tertiarię, ex pprijs redditibus monasteriorũ ipsorũ, vel cõsuetis eleemosynis se cõmodè sustẽtare queãt, sup quo eorũdẽ ordinariorum conscien

conſcientiam oneramus, ita tñ, vt decedentibus ſingulis ex tribus earundem monialium partibus, tertiæ quoque earũdem eleemoſynarum partis diſtributio, & ſic ſucceſ ſiuè in totum extinguatur, atque in priſtinum ſtatum ſub debitis, aut ſolitis oneribus reuertantur, & remaneant.

¶ Declaramus præterea nullis monialibus, etiam tertiarijs, licere habere oſtium, per quod ex monaſterio intro iri poſſit in ipſarum monialium eccleſiam exteriorem, in quam ſęcularibus ad miſſas, & diuina officia patere ſolet acceſſus, ſed omninò muro obſtruendum, neq; itidem licere monialibus etiam tertiarijs egredi à ianua monaſterij, quę eſt pro clauſura ipſius monaſterij, etiam ad claudendum aliam vlteriorem ianuam, qua patere ſolet aditus ſęcularibus venientibus, vel ad rotam, uel ad crates, ſeu loca colloquijs deſtinata, quæ vulgò parlatoria uocantur, uel ad pulſandum ipſam ianuam clauſuræ, quę loca, cum ſaltem pro cauſis prędictis patere ſoleant ſęcularibus, extra clauſuram cenſeri debent, etiam quo tempore clauſa ſunt. Monialibus nó licet habere oſtiũ p quod ex monaſterio poſſit intro iri in ipſarũ eccleſiam exterioré.

¶ Inſuper quoſcũq; Dños, & magiſtratus tpales in dño hortamur, monemus, & requirimus, vt ad oẽm ipſorũ ordinariorũ, aut ipſorũ petitionem, vel ſimplicẽ requiſitioné illis in præmiſſis aſſiſtẽtes oẽm opportunũ, fauoré, & auxilium præſtent, & exhibeant. Auxiliatores deputãtur. ¶ Ipſis deniq; Patriarchis, Archiepis, Epis, & alijs locorũ ordinarijs pręcipimus, & mandamus, vt has pręſentes noſtras litteras (quarũ tranſumptis etiam impreſſis, manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſiggillo perſonę in dignitatè eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eandem vbiq, fidem in iudicio, & extra adhiberi debere volumus, quæ ipſis originalibus litteris adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſę) ſinguli in ſua ciuitate, & diœceſi publicent, ac publicari, eaſq; iuxta earum continentiam, & tenoré unà cũ prædictis, ac alijs prędicti Pij V. & aliorum prædeceſſorum noſtrorum litteris, & conſtitutionibus, & iuſſionibus pro integra clauſuræ inſtauratione, cuſtodia, & firmitate editis inuiolabiliter obſeruent, & obſeruari Publicatio pręcipitur.

 faciant.

Huic breui nihil obsta re potest.

faciant. ¶ Non obstantibus testatorum, & aliorũ voluntatibus, ac fundationibus, & Bonifacij prædicti de vna, & Concilij Generalis de duabus, non tamen tribus dictis, ac quibusuis alijs Apostolicis, necnon in Prouincialibus, & synodalibus Concilijs æditis specialibus, vel Generalibus constitutionibus, & ordinationibus, ac quibusuis ecclesiarum, monasteriorum, & illorũ ordinũ, Hospitaliũ, Militiarũ, Confraternitatum, collegiorum, & aliorum piorũ locorũ prędictorũ, ét iuramẽto, cõfirmatione Apost. vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, ét immemorabilibus, priuilegijs quoq; ĩdultis, exẽptionibus, libertatib⁹, gratijs, & literis Apost. ecclesiis, Monasteriis, & ordinibus, Hospitalibus, Cõfraternitatibus, Collegijs, & pijs locis, ac eorum superioribus, & personis, sub quibuscuq; tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarũ derogatorijs, alijsq; efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusq; & alijs decretis in genere, uel in specie, alias quolibet concessis confirmatis, approbatis, & pluries innouatis ét si in eis caueatur expresse, quòd illis nisi sub certa inibi expressa forma, aut alias derogari non possit.

¶ Quibus omnibus, & singulis, ét si de illis, eorumq; totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quæuis alia expressio habenda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum insererentur præsentibus, pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, contrarijs quibuscunque, aut si supradictis, vel quibusuis alijs ab Apostolica sit sede indultum, quòd interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad uerbum de indulto huiusmodi mentionem. ¶ Nulli ergo liceat omninò hominum hanc paginam nostrę ordinationis, statuti, applicationis, concessionis, impartitionis, commissionis, iniunctionis, declarationis, decreti,

creti volútatis, onerationis, hortationis, monitionis, req sitionis, pręcepti, mandatorum, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis aût hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Romę, apud S. Petrum. Anno incarnationis Dominicę 1572. Tertio Kalendas Ianuarij Pontificatus nostri anno I.

M. Datarius. Cę. Glorierius. A. de Alexijs.

Registrata apud Cęsarem secretarium.

¶ Anno à Natiuitate Domini. 1573. Indictione 1. Die verò 21. Mensis Ianuarij. Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Gregorij diuina prouidentia Papæ xiij. anno primo, Retroscriptæ litterę Apostolicæ affixę, & publicatæ fuerunt in valuis principis Apostolorum de vrbe, S. Ioannis Lateranensis, Cancellarię Apostolicę, & in acie Campi Floræ, vt moris est, per nos Scipionem de octauianis, & Alexandrum Astancollum Cursores Apostolicos &c.

Petrus sprengerius Magister Cursorum.

S. D. N. D. GREGORII PP. XIII. REDVCTIO

Litterarum, & constitutionum fe. rc. Pij PP. V. pro mendicantibus, & alijs regularibus contra locorum ordinarios, ad terminos iuris communis, & decretorum Concilij Tridentini.

GRegorius Episcopus seruus seruorum Dei. Ad perpetuã rei memoriam. In tanta rerum, & negotiorum mole, qua Romanus Pontifex ex omnibus mundi partibus assiduè præmitur, vix vitari potest, ne aliqua

qua interdum exiliant, quibus postea recognitis, necesse est moderationis remedium abhibere. ¶ Cum itaque alias felicis recordationis Pius PP. V. prędecessor noster auditis grauaminibus, quæ fratribus ordinum mendicantiū ab ordinariis locorū, & parochialiū ecclesiarum Rectoribus, multis modis inferri dicebantur super sacris concionibus, & lectionibus habendis, confessionibus audiendis, pœnitentijs iniungendis, fratribus ad ordines promouendis, celebratione Missarum, cura animarum, sacramentorum ministratione, sepulturis, quarta funeralium, legatis, donationibus, eleemosynis, collectionibus, aliisque huiusmodi iuribus, necnon decimis, & diuersis oneribus, ac etiam super statu, & regimine Sanctimonialium ipsis fratribus subiectarum, formatione processuum, censurarum publicatione, proccesionibus, præcedentia, locorum acquisitione, cęterisque aliis rebus tunc expressis, multa per quasdam suas litteras pro dictis fratribus non modo statuerit, sed, & quæ iam in Concilio Tridentino decreta fuerant, ad hæc pertinentia declarauerit, multaque præterea priuilegia eisdem xvij. Calendas Iunii Pontificatus sui anno secundo.

Supra car. 104.

¶ Et deinde ea omnia diuersis aliis ordinibus, & congregationibus regularium non mendicantium, etiam per modum communicationis concesserit. Postea per quandam suam constitutionem de Vicariis perpetuis in parrochialibus ecclesiis vnitis per ordinarios locorum instituendis, & portione illarum Vicarijs assignanda editam, alia super constitutione fratrum eorundem ad exercitium curę animarum, in eis parrochialibus ecclesijs, quæ domibus, & locis suis vnitę sunt decreuerit.

¶ Demum animaduerso, quòd ea omnia multis dubitationibus inuoluta, magnisque difficultatibus obstructa multas, magnasque dissensiones, altercationes, & lites inter prędictos locorum ordinarios, & fratrum ipsorum ordines, non sine graui diuini cultus, & anima-

animarum detrimento, ac populorum scandalo concitauerant, contra, ac ipse sperabat, & preter suam expectationem, vt qui interdum conquereretur, multa aliter, alioque sensu à se prolata fuisse, quàm literis expressa essent. ¶ Cupiens his mederi incommodis, primum illa omnia, quę regularibus aliorum ordinum, quàm mendicantium communicauerat, & secundum præmissa concesserat, motu proprio restrinxerit.

¶ Deinde plenius prouidere volens prioribus litteris à se quo ad ipsos mendicantes magna in parte moderantis, omnes, & quascunque litteras quę de illis ordinibus, & congregationibus extra mendicantium ordines de obseruantia nuncupatos emanauerant, omninò aboleuerit, causas iam de his etiam in Romana curia pendentes ad se auocando, lites extinguendo, ac formatos super illis processus, latasque sententias annullando, quemadmodum aliis suis litteris in registro proximè compertis, nunquàm tamen publicatis, plenius continetur.

¶ Postremò circà confessariorum regularium, etiam mendicantium approbationem iuxta Concilii prędicti decretum faciendam, etiam lectores in Theologia graduatos, & certos alios tunc expressos comprehendi debere declarauerit. *supra car 121.*

¶ Nos hac tanta varietate cognita (quæ etiam ex multiplici litterarum, & constitutionum editione procedit, præsentibus, & futuris discriminibus occurrere volentes, de nobis attributę potestatis plenitudine statuimus, & ordinamus de prædictis, & aliis omnibus litteris, & constitutionibus, quæ ab eodem prędecessore eisdem de rebus pro quorumcumque regularium, etiam Mendicantium ordinibus & congregationibus quomodolibet emanarunt, ac omnibus, & quibuscunque in eis contentis, eam deinceps dispositionem, atq; decisionem pro sobiecta materia futuram *Reductio ad terminos iuris communis & decretorum Cóc. Trid.*

ram esse, quæ siue ex iure veteri, siue ex sacris dicti Cócilij decretis, siue aliàs legitimè ante dictarum litterarum, & constitutionum editionem erat, & si ipsę nō emanassent, futura fuisset, ad quam dispositioné, & decisionem, suumque pristinum statum, & integrum, ac terminum illa omnia reducimus.

¶ Quin etiam tollimus, & abrogamus omnia irritantia, & alia decreta, necnon prohibitiones, declarationes, mandata, & quęcunq; alia ipsis litteris, & constitutionibus apposita, & alias eorū occasione, vel cā facta, his nro statuto, ordinationi, & reductioni aduersantia, quibuscunq; illa sint cócepta formulis, ac pręseruationibus, declarationibus, modificationibus, restitutionibus, mentis attestationibus, derogatoriarū derogatorijs aliisque fortissimis, efficacissimis, & inuiolabilibus clausulis, ét motu pprio, & potestatis plenitudine similibus, & ex certa scientia, ét pro conseruatione status regularis, & ex quibuscunq; alijs vrgentissimis causis quotiescunq; roborata.

Auocatio & extinctio litium & causarū super præmissis.

¶ Decernentes illa omnia pro nullis, & infectis haberi, omnesque supradictos illarum vsus, commodo, & effectu carere. ¶ Ac omnes lites, & controuersias, quę corá quibusuis iudicibus, siue ordinarijs, siue commissarijs, ét causarum Palatij Apostolici auditoribus, & S.R.E. Cardinalibus, ét de latere legatis, pręd ictarum litterarum, & constitutionum occasione super premissis iā motæ sunt nec dum decisæ, & finitę, vel etiam quæ iam decisæ sunt, si modo tractum habeant successiuum, easque rursus, & inter quoscunque excitari in posterum contingat, secundum prædictam dispositionem, nec aliter decidendas, futura verò dubia, & difficultates quandocunque, & vbicunq; orientur, ad nos, & sedem Apostolicam, vbi & cætera, quæ ad decreta dicti Concilij pertinent, quotidie declarantur, omninò referenda esse, Nec non irritū, & inane quicquid secus super his per quoscunq; scienter, vel ignoranter contigerit attentari. ¶ Mandamus itaque in virtute S. obedientię præsentes ab omnibus vbiq; episcopis, & locorum ordinariis, nec non ecclesiarū pręlatis.

latis, Rectoribus, & fratribusq; prędictis, ac cęteris; ad quos pertinet, semper inuiolata obseruari.

¶ Necnon obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non ecclesiarum, monasteriorum, conuentuum, domorum, locorum, & ordinum quorumcunq; iuramento, cõfirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, priuilegiis quoque indultis, & litteris Apostolicis, etiam Mare magnum, & Bulla aurea nuncupatis, dictis ecclesiis, ordinibus, & congregationibus quolibet concessis, & confirmatis. ¶ Quibus omnibus, et si de illis, eorũque totis tenoribus specialis, expressa, indiuidua, & ad verbum, nõ aũt per clausulas gñales idem importantes, mentio, seu quęuis alia expræssio habenda, aut alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, tenores hmõi, ac si de verbo ad verbum insererentur præsentibus, pro sufficiẽter expressis habentes, illis alias suo in robore permansuris, hac vice duntaxat, specialiter, & expresse derogamus, cæterisq; contrariis quibuscunq;. Priuilegiorum derogatio.

¶ Vt autem pręsentes omnibus plenius innotescant, volumus earum exempla fieri, & etiam imprimi, illisq; Notarii publici manu, & Curię ecclesiasticæ, vel pręlati, aut personę in dignitate ecclesiastica cõstitutę sigillo obsignatis, eandem illam prorsus fidem in iuditio, & extra illud vbique locorum adhiberi, quę adhiberetur eisdem pręsentibus, si essent exhibitę, vel ostensæ. ¶ Nulli ergò oĩnò hoĩum liceat hanc paginã nostrę ordinationis, statuti, reductionis, ablationis, abrogationis, decreti, mandati, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationẽ omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum, Datum Romę apud S. Petrũ, anno Incarnationis Dominicę 1573. Kal. Martij Pontificatus nostri anno 1. Fides adhibenda trãsumptis.

M. Datarius. Cę. Glorierius. A. de Alexiis.

Registrata apud Cęsarem secretarium.

¶ Anno à Natiuitate Domini nostri Iesu Christi, 1573. Publicatio bullę.

1573. Indictione prima, die verò 23. mensis Martij. Pontificatus Sanct. D. N. D. Gregorij diuina prouidentia Papæ xiij. anno 1. retroscriptæ litterę affixæ, & publicatæ fuerunt ad valuas Basilicarum Principis Apostolorum, & S. Ioannis Lateranensis de vrbe, & Cancellariæ Apostolicę, & in acie Campi Florę, per nos Ioannem de Sya, & Marcum Antonium Brutum, eiusdem Sanctissimi Domini nostri Papæ cursores.

Antonius Ludouicus magister Cursorum.

SEQVENTIA SVNT GRAtię Viuę uocis oraculo concessę ordini minimorum Sancti Francisci de Paula à Romanis Pontificibus, fidem facientibus Infrascriptis DD. Cardinalibus, quæ nō sunt minoris efficatię, & ualoris uiuę uocis oraculo concessæ, quàm si per Bullam, aut breue ad perpetuam rei memoriam essent concessæ. Ideo Pius V. sup. fol. CXI. *approbauit omnes gratias etiam Viuæ vocis oraculo ordinibus mendicantium concessas.*

CLEMENS VII.

Viuæ uocis oraculo concessit superioribus, & quibusdam fratribus ordinis S. Francisci de Paula certis diebus facultatem cęlebrandi missas, ad liberandum animas de purgatorio.

Nos

NOS Laurentius episcopus Albanensis S. Romanę Ecclesię Cardinalis Sanctorum quatuor, ac maior pœnitentiarius, vniuersis, & singulis Christi fidelibus præsentes litteras nostras inspecturis fidem facimus, & attestamur. ¶ Qualiter sanctissimus in Christo pater, & dominus noster dominus Clemens diuina prouidentia Papa vij. ad humiles preces nostras, dilectis nobis ĩ Christo venerabilibus religiosis, Correctori domus Sanctissimæ Trinitatis de vrbe, ordinis minimorum S. Francisci de Paula, ac aliis fratribus domus Sanctissimę Trinitatis duntaxat, generali verò, ac zeloso, necnon Prouincialibus, & localibus correctoribus, & aliis superioribus ordinis, etiam pro tempore existentibus, ac vni cuiuslibet ipsorum secundum religionis ingressum, antiquiori socio, vbicunq; se transferre ex merito obedientiæ contigerit, vt singulis secundis, & quartis feriis cuiuslibet hebdomadę totius anni, missas pro animabus defunctorum celebrare volentes, easdem indulgentias pro animabus defunctorum hmôi cõsequantur, ac si in ecclesia S. Sebastiani, Laurentij, & scalacæli, et Gregorii, & Potentianæ, extra, & infra muros almæ vrbis celebrassent, ac pari modo missæ hmôi animabus defunctorum, pro quibus eas celebrandas, duxerint, suffragentur, perinde, ac si in prefatis, & aliis quibuscunque, et qualitercũq; priuilegiatis ecclesijs infra, & extra muros Vrbis celebrassent, facto nobis desuper viuę vocis oraculo. Concessit pariter, atq; indulxit pręsentibus perpetuis, futuris temporis duraturis, & in contrarium facientibus, non obstantibus quibuscunque. In quorum omnium fidem litteras nostras fieri, nostrique sigilli oblongi iussimus appensione communiri. Datum Romę, in ædibus nostris, sub anno, à natiuitate domini 1524. Die verò x. Mensis Iulii. Pontificatus Sanctissimi domini in Christo patris, & domini nostri D. Clementis diuina prouidentia Papę vij. Anno primo.

Indulgentię ecclesiarũ vrbis Romę pro suffragio animarum purgatorii.

Clemens

CLEMENS VII. VIVAE VOCIS oraculo dispensauit in regula Sanctimonial. ord. S. F. de Paula super prohibitione cantus, & ingressus in earum monasteria.

ANtonius Miseratione diuina, tit. Sanctorum quatuor coronatorum presbyter Cardinalis, dilectis in Christo monialibus, sub cura fratrum minimorum ordinis S. Francisci de Paula vbicunque degentibus, salutem in domino. Iniunctum nobis ab Apostolica sede seruitutis officium nos admonet, & inducit, vt ad ea libenter intendamus, per quę monasteriorum, & religiosorum locorum omnium, & personarum, pręsertim fęminei sexus, in illis regularis castimonia de dictarum fœlici regimine consulatur, & ex hoc populi erga illas deuotio augeatur. ¶ Sanè pro parte vestra nuper fuit expositum coram nobis, quòd licet in regula, & statutis vestris, inter alia, expressè caueatur, quòd vos in missis coram vobis in monasteriorum vestrorũ ecclesiis solemniter celebrandis, introitum, & cętera officia per moniales aliarum religionum decantari solita, decantare nõ possitis, nec aliquas personas in vestra monasteria (pręterquàm ad ecclesiam, & crates) quouis modo ingredi permittatis, pro vt in regula, & statutis vestris pręדictis dicitur plenius contineri. ¶ Quia tamen ex talibus statutis, deuotio populi ad ecclesias pręditas, pro solemni missa audienda confluentis in dies minuitur, & quàm plures virgines ab ingressu ordinis huiusmodi retrahuntur,

c.4. regulę — c.5. regulę

tur, necnon visitationes monasteriorum vestrorum à vestris superioribus, etiam vestri curam gerentibus, debitè fieri nequeunt, propter quòd à sinceræ vestrę regulę obseruantia vos, vel alias pro tempore moniales vestri ordinis in posterum declinari facere posset contingere, cupitis statuta, & regulam huiusmodi circa pręmissa moderari, super quibus supplicari fecistis humiliter, vobis per sedem Apostolicam de opportuno remedio, & salubri, misericorditer prouideri.

¶Nos igitur authoritate Domini Papę, cuius pœnitentiarię curam gerimus, & de eius speciali, & expresso mandato super hoc, viuæ vocis oraculo nobis facto, vt vos, & pro tempore, moniales ordinis prædicti in missis, coram vobis in vestrorum monasteriorum ecclesijs, solemniter celebrandis, etiam alta voce (sine tamen notulis) prout alia officia tàm diurna, quàm nocturna simpliciter decantandis, respondere. Dispensatio.

¶Nec non modernum, & pro tempore existentem dicti ordinis fratrum minimorum generalem, vel ab eo visitatorem deputandum, causa visitationis, semel tantum quolibet triennio. ¶ Ac tempore maximę infirmitatis confessorem pro eucharistię, & extremę vnctionis sacramentis uobis ad ministrandis, cum vestimentis sacerdotalibus, prò vt superiores fratrum minorum Sancti Francisci monasteria monialium Sanctæ Clarę visitantes, facere consueuerunt, nec non phisicum, aut medicum prò flebotomia, apostemate, pęste, inscissura, aut alia vrgentissima causa, etiam artifices pro domus, vel monasterij constructione, & necessaria reparatione, ingredi permitti liberè, & licitè possitis, & valeatis, ipsique generalis, & visitator ingredi, absque alicuius ecclesiasticę censurę incursu possint, & valeant tenore pręsentium indulgemus, ac vobiscum desuper misericorditer dispensamus:

¶Vobisq;, & gñali, & visitatori prędictis, ét confessori,

phisico, & artificibus prædictis licentiam, & liberam, cócedimus facultatem, non obstante regula, & statutis prædictis, etiam iuramento, confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, quibus quo ad premissa duntaxat, illa in melius reformantes, specialiter, & expressè derogamus, cęterisque contrariis quibuscunq;. Datum Romæ, apud S. Petrum, sub siggillo officij pœnitentiarię. Tertio Idus Iulii 1532. Pontificatus Domini Clementis Papæ 7. Anno nono.

¶ Hic est aduertendum prædictum breue, quò ad ingressum monasteriorum monialium, per fratres quauis ex causa siue sint superiores, siue non, reuocatum fuisse per aliud breue Pauli iij. super approbatione actorum Pauli, vt fit mentio in capitulo generali valentię quarto celebrato nu. 34. In cæteris verò vsq; modò in suo robore permanet. ¶ Quo verò ad ingressum sæcularium in casibus supra præmissis requiritur hodię lic. superioris, inscriptis obtenta in Conc. Trid.

Sess. vlt, de reg. c. 5.

PAVLVS III. VIVAE VOCIS oraculo erexit monasterium mulierum tertiariarum nostri ordinis Toleti, & concessit, ut tria uota substantialia emittere possint.

ANtonius miseratione diuina tit. Sanctorum quatuor Coronatorũ presbyter Cardinalis, dilectis in Christo religiosis beatis nuncupatis Domus sub inuocatione

ctione Iesus Maria Toleti, sub tertia regula ordinis minimorum S. Francisci de Paula degentibus salutem in Domino. Iniunctũ nobis ab apostolica sede seruitutis officium nos admonet, & inducit, vt ad ea libenter intendamus, per quę diuini cultus vbique suscipiat incrementũ, & religiosarum mulierum, quę virginitatem suam Deo sub professionis regularis vinculo dedicare intendunt, salubribus votis gratum, immò debitũ præstemus assensum. ¶ Sanè exhibita nobis pro parte vestra petitio continebat, quòd cũ vos à quinq; annis, vel circa citra in dicta domo vobis amore Dei donata, permãseritis, & clausuram seruaueritis, præterquàm quando ad confitendum peccata vestra, & sacramentũ Eucharistię suscipiendum, ad domum fratrum dicti ordinis accessistis, & sub correctione, & obedientia prælati Prouinciæ Castellę, & Generalis dicti ordinis, quando ad istas partes accedere contingit, vixeritis. Nihilominus quia regula vestra, & vxoratis, & nuptis, cęterisque quibusuis communis existit. Neque tria vota solemnia emittitis, cupitis vos (quę oẽs virgines estis) tria vota substantialia Castitatis, Paupertatis, & obedientię emittere, vestrãq; domum prędictam in monasterium monialium profitentium erigi, super quibus supplicari fecistis humiliter, vobis per sedem apostolicam de opportuno remedio misericorditer prouideri.

¶ Nos igitur vestris in hac parte supplicationibus inclinati, authoritate Domini Papę, cuius pœnitentiarię curam gerimus, & de eius speciali mandato, super hoc viuæ vocis oraculo nobis facto, domum vestram prædictam in monasterium monialium dicti ordinis tertiæ regulę professarum erigimus, ita vt tria vota substantialia prędicta in manibus superiorum dicti ordinis minimorum emittatis. ¶ Et quæ pro tempore monasterium vestrum ingredientur moniales, post annum, & vnum diem probationis elapsum (vt aliorum est moris) emittant. Omnibusque, & singulis priuilegiis, immunitatibus, exemptionibus, gratiis, concesionibus, & indul-

tis tàm spiritualibus, quàm temporalibus, quibus aliæ moniales dicta tria vota substantialia emittentes, dicti ordinis minimorum vtuntur, potiuntur, & gaudent, seu uti potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, vti potiri, & gaudere liberè, & licitè possitis, & valeatis, & pro tempore vestri monasterij huiusmodi moniales possint, & valeant, veris existentibus præmissis, tenore pręsentium indulgemus, ac licentiam, & liberam facultatem concedimus.

¶ Non obstantibus apostolicis, ac in prouincialibus, & synodalibus concilijs, editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus, dictiq; ordinis statutis, & consuetudinibus, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, cęterisque contrariis quibuscunque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub siggillo officij pœnitentiariæ. Quarto nonas Augusti, anno Domini 1539. Pontificatus Domini Pauli Papę tertij anno quinto Iur. Cardel. Quadragintatis Ius.c. Mazeus. Ioann. Cribellus Philferrinus.

SEQVVNTVR ALIQVE Bullę Apostolicæ, quę licet omnes Christi fideles tangant generaliter, tamen quia rarò reperiuntur, & fratres mendicantes quandoque indigent illis. Ideo eas hic in calce priuilegiorum super addere visum est.

Dilecto filio fratri Iacobo de primaticis de Bononia ordinis minorum de obseruantia regulari.

EVgenius PP. IIII. Dilecte fili salutem, & Apostolicam benedictionem. Fide digna religione percepimus in ciuitate Litij non paruam per hæc tempora excitatam fuisse commotionem de die debitę perceptionis sacratissimi corporis Domini nostri Iesu Christi, & per aliquos religiosos esse affirmatum, quòd non communicantes actualiter in die resurrectionis Dominicę, mortaliter peccarent, etiam si in die Iouis Sancti, quibuscunque diebus infra annum pluries frequentatis vicibus communicassent, quòd pijs auribus est audire molestum.

Eugenius iiij. declarat qđ cõmunicans in hedomada Sãcta vł infra octauã Paschæ satisfacit præcepto ecclesię.

¶Recolimus alias per quodam nostrum breue scripsisse venerabili fratri nostro Episcopo Liciensi. Quod intelligebamus satisfactum esse, si paulò ante, vel paulò post diem resurrectionis communicet, mirati sumus, quòd postmodum noua controuersia reuixerit, sed inimicus homo superseminauit zizaniam. ¶Nos igitur cupientes purgatum triticum in horreum Domini congregare, & inutilibus contentionibus finem dare, attendentes iuxtà doctrinam beati Augustini, quod solent circunstantiæ scripturarum illuminare substantiam veritatis, & non solum adiacentia, sed etiam præcedentia, & subsequentia verba sunt consideranda prudenter, cum dicat Canon. ecclesię, omnis vtriusque sexus fidelis saltem semel in anno confiteatur, & infra suscipiens adminus in Pascha Eucharistię sacramentum, & sequitur nisi de proprii sacerdotis concilio ob aliquam rationabilem causam ad tempus ab eius perceptione duxerit abstinendum, dicimus expresse non intentionis legislatoris fuisse animas illaqueare fidelium sub culpa mortali ad communicandum precisè in die resurrectionis Dominicę, sed terminum statuisse ad Pascham. Cum dicit semel in anno, & infra ad minus in Pascha nisi &c. Mens enim magis quàm verborũ sonus est attendenda discretè. ¶Intelligimus itaq; optimo iure satisfactum esse canoni, nisi in hebdomada Sancta, vel infra octauam Paschæ resurrectionis Dominicæ secundum meliorem dispositionem conscientię, & ampliorem mentis deuotionem, fideles præparatione debita Sanctum Eucharistię pignus accipiant, & cum Domino Pascha celebrent, ad salutem, & huic sententię omnes volumus acquiescere, quare deuotioni tuæ committimus, vt prædicta (vbi oportere intelligas) populis nota facies. Datum Romæ apud S. Petrum, sub annulo nostro secreto. Die octauo Iulij 1446. Pontificatus nostri anno decimo.

Satisfactiõ præcepti ecclesię.

PIVS

PIVS EPISCOPVS SERVVS *seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam.*

CVm ex sacrorum ordinum collatione character inuisibilis animæ imprimitur, sacra mysteria dispensant, vt ipsarum cura tribuat animarum in eorum susceptione, excessus grauius tantò magis plectendi sunt, quantum ex illis maiora in mentibus fidelium scandala generantur. ¶ Cũ itaq; sicut fide dignorum relatione, non nisi molestè accepimus, nonnulli clerici extra tempora à iure statuta, quidam ante ętatem legitimam, aliqui verò sine dimissorijs litteris, contra sanctiones canonicas se faciant ad sacros ordines promoueri.

Pius II. ipso iure suspendit ordinatos siue extra tẽpore, siue ante ętatẽ, siue sine litteris dimissorijs, & suspensione durante in ordinibus susceptis ministrauerint irregulares facit.

¶ Nos eorundem temeritatem tali castigatione reprimẽtes, vt alii in posterum committendi similia aditus pręcludatur, authoritate apostolica, pręsenti constitutione perpetuò valitura statuimus, & ordinamus, quòd omnes, & singuli, qui absque dispensatione canonica, aut legitima licentia, siue extra tempora a iure statuta, siue ante ętatẽ legitimam, vel absque dimissorijs litteris, etiam citramõtani à citramontanis, præterquàm si in hoc vltimo casu per cameram Apostolicam iuxta ipsius stylum ordinati fuerint ad aliquem ex sacris ordinibus se fecerint promoueri, à suorum ordinum executione ipso iure suspensi sint. ¶ Et si huiusmodi suspensione durante, in eisdem ordinibus ministrare pręsumpserint, eo ipso irregularitatem incurrant, propter quam, vltra alias pœnas, in tales generaliter à iure inflictas beneficijs ecclesiasticis, quę obtinent, possint iure priuari.

Suspensio ipso iure.

Irregularitas.

¶ Volumus autem, quòd pręsens nostra constitutio in Romana curia existentes post quindecim dies, absentes

verò Italicos post duos, alios autem etiam vltramontano post sex menses ab ipsius inaudientia contradicti, & ... cellaria Apostolica publicatione, ac affixione ... piat. Nulli ergo &c. si quis, &c. Dat. Romæ apud ... trum anno incarnationis Dominicæ 1461. 15. Kal. Decembris. Anno quarto.

LEO EPISCOPVS, SERVVS seruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Leo x. approbauit opinionem tenentiũ ecclicitos contractus de monte pietatis.

SAcro approbante concilio. Inter multiplices nostræ sollicitudinis curas, illam in primis suscipere pro nostro pastorali officio debemus, vt quæ salubria, & laudabilia, ac catholicę fidei consona, & bonis moribus conformia nostro tempore, non solum enucleantur, verum etiam ad posteros propagentur, & quę materiam scandali præbere possent, pœnitus succidantur, & radicitus extirpentur, nec pullulare vsquàm sinantur, ea in agro dominico, & vinea Domini Sabaoth duntaxat conseri permittendo, quibus fidelium mentes pasci spiritualiter possint, eradicatis zizaniis, & oleastri sterilitate succissa.

D. Cardin. Caie. ĩ suis opusculis satis consultè materiã montis pietatis tractat

¶ Sanè cum olim inter nonnullos dilectos filios sacræ theologiæ magros, ac iuris vtriusque doctores controuersiam quandam, non sine populorum scandalo, & murmuratione exortam, & nuper his diebus innouatam esse compererimus, circa pauperum releuationem, in multis eis publica authoritate patiendis, qui montes pietatis vulgò appellantur, quiq; in multis Italię ciuitatibus ad subueniendum per huiusmodi mutuum pauperum inopiæ, ne vsurarum voragine deglutiantur ciuitatibus, magistratibus, & alijs Christi fidelibus sunt instituti, atque

à sanctis

à sanctis viris, diuini verbi præconibus; & laudati, & persuasi, ac nonnullis etiam summis Pontificibus, prædecessoribus nostris, probati, & confirmati sint, ne præfati montes à Christiano dogmate dissonantes, vel non, vtraque parte diuersimodè sentiente, atque prędicante, nonnullis etiam magistris, & doctoribus dicentibus eos mõtes non esse licitos, in quibus aliquid vltra sortem pro libra, decurso certo tempore, per ministros huius montis, ab ipsis pauperibus, quibus mutuum datur, exigitur, & propterea in vsurarum crimine in iustitia ve: seu ab aliqua certa specie mali mundos non euadere, cum dominus noster, Luca Euangelista attestante, apertè nos prçcepto obstrinxerit, ne ex dato mutuo quicquàm vltra sortem sperare debeamus.

¶ Ea enim est propria vsurarum interpretatio, quando videlicet ex vsu rei, quæ non germinat, nullo labore, nullo sumptu, nullo ve periculo lucrum fœtusquè conquiri studetur, addebant etiam ijdem magistri, & doctores, in his montibus, nec commutatiuæ, nec distributiuæ iustitiæ fieri satis, cum tamen iustitiæ terminus cõtractus huiusmodi excedere non debeant, si debeant approbari.

¶ Idque præterea probare nitebantur, quia impensæ pro huiusmodi montium conseruatione, à pluribus, vt aiunt, debitæ, à solis pauperibus, quibus mutuum datur, extorqueatur, pluraque interdum vltra necessarias, & moderatas impensas, non absque spetie mali, ac incentiuo delinquendi, quibusdam alijs personis, vt inferre videntur, exhibeantur.

¶ Alijs verò pluribus magistris, & doctoribus contra asserentibus, & in multis Italię Gymnasijs verbo, & scripto conclamantibus pro tanto bono, tamq̃ rei publicę pernecessario modo, ratione mutui nihil petatur, nec speretur pro idemnitate tamen eorundem, ac rerum omnium ad librorum necessariã cõseruationem pertinentium,

tium, ábsq; montium hmôi lucro, idéque moderatum, & necessarium ab his, qui ex hmôi mutuo commodum suscipiunt, licitè vltra sortem exigi, & capi possit, non nihil licere; cum regula iuris habeat, quod qui commodum sentit, onus quoq; sentire debeat, præsertim si Apostolica accedat authoritas, quam quidem sententiam à fe. re. Paulo II. Sixto IIII. Innocentio viij. Alexandro vij. & Iulio II. Romanis Pontificibus, prędecessoribus nostris, prelatam à sanctis quoque ac Deo deuotis, & in magna, ob sanctitatis opinionem, existimationem habitis, Euangelicę veritatis prædicatoribus, prædicatam esse ostendunt. ¶ Nos super hoc, prout nobis esse concessu ex alto, opportunè prouidere volentes, alterius quidem partis iustitiæ zelum, ne vorago aperiretur vsurarum, alterius pietatis, & veritatis amorem, vt pauperibus subueniretur, vtriusq; verò partis studium commendantes, cũ hæc ad pacem, & tranquillitatem totius Reip. Christianæ spectare videantur, sacro approbante Concilio, declaramus, & diffinimus, montes pietatis antedictos, per res publicas institutos, & authoritate sedis Apostolicæ hactenus probatos, & confirmatos, in quibus pro eorum impensis, & idénitate aliquid moderatum ad solas ministrorum impensas, & aliarum rerum, ad illarum conseruationem, vt præfertur pertinentium, pro earum indénitate dumtaxat vltra sortem, absq; lucro eorundem montiũ recipitur, nec speciem mali preferre, nec peccandi incentiuum prestare, nec vllo pacto improbari debere, tale mutuum minimè vsurarium putare, licereq; illorum pietaté, & misericordiam populis prædicare, etiam cum indulgentijs à sanctæ sede Apostolica eam ob causam concessis, ac deinceps alios etiam similes montes cum Apostolicæ sedis approbatione erigi posse, multo tamen perfectius, multoq; sanctius fore, si omnes tales montes gratuiti constituerentur, hoc est, si illos erigentes, aliquos census assignarent, quibus si non omni, saltem vel media ex parte, hmôi montium ministrorum soluantur impensæ, vt ad leuiorem æris soluendi portionem, medio hoc pauperes

Approbatio antiqua summorum Pontificũ.

Declaratur licitos esse contractus mõtis piet.

pauperes grauari contingat, ad quos cum hmōi census asignatione pro impensarum supportatione erigendos Christi fideles, maioribus indulgentijs inuitandos esse decernimus.

¶ Omnes autem religiosos, & ecclesiasticas, ac seculares personas, quæ contra presentis declarationis, & sanctionis formam, de cetero prædicare, seu disputare verbo, vel scriptis ausi fuerint, excōmunicationis latæ snię pœna (priuilegio quocunq; non obstante) incurrere volumus. ¶ Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cœterisq; contrarijs quibuscunq;. ¶ Nulli ergo omninò hominum liceat, hanc paginam nostrę declarationis, diffinitionis, decreti, & excōicationis infringere, vel ei ausu temerario cōtraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ, in publica sessione, in Lateranensi sacrosancta Basilica solemniter celebrata. Anno incarnationis Dominicę. 1515. Quarto nonas Maij Pontificatus nostri. Anno 3.

Inhibetur prædicatoribus contrarium nō asserere.

BVLLA PAVLI PAPAE IIII. contra hęreticos, & schismaticos.

PAulus Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. ¶ Cum ex Apostolatus officio nobis (licet imparibus meritis) diuinitus credito, cum Dñci gregis nobis immineat Generalis, & exinde teneamur pro fideli illius custodia, & salubri directione, more vigili pastoris, asiduè vigilare, & attētius prouidere, vt q̄ hac ætate, peccatis exigentibus proprię prudentię innitentes licentius, & perniciosius solito contra

tra orthodoxæ fidei disciplinam insurgunt, & superstitionibus, & adinuentionibus sacrarum litterarum intelligentiam peruertentes, catholicæ ecclesiæ vnitatem, & inconsutilem Domini tunicam scindere moliuntur, ab ore Christi repellantur, nec magisterium erroris continuant, qui discipuli veritatis esse contemnunt.

¶ Nos considerantes rem huiusmodi adeò grauem, & periculosam esse, vt Romanus Pontifex, qui Dei, & Domini nostri Iesu Christi vices gerit in terris, & super gentes, & regna plenitudinem obtinet potestatis, omnesquè iudicat, à nemine in hoc sæculo iudicandus, possit, si deprehendatur à fide deuius, redargui, & quòd vbi maius intenditur periculum, ibi est plenius, & diligentius consulendum, ne pseudo prophetæ, aut alij etiam sæculares iurisdictionem habentes, simplicium animas miserabiliter illaqueent, innumerabilesque populos eorum in spiritualibus, aut temporalibus curæ, & regimini commissos, secum in perditionem, & damnationis interitum trahant, ne aliquando contingat nos abhominationem desolationis, quæ dicta est à Daniele Propheta, in loco Sancto videre. ¶ Cupientes, quantum cum Deo possumus pro nostro munere pastorali, vulpes vineam Domini demoliri satagentes, capere, & lupos ab ouilibus arcere, ne canes muti videamur nequeuntes latrare, & perdamur cum alijs agricolis, ac mercenario comparemur.

Consensus S. R. E. Cardi.

¶ Habita super his, cum venerabilibus fratribus nostris Sanctę Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus deliberatione matura, de eorum consilio, & vnanimi assensu, omnes & singulas excommunicationis, suspensionis, & interdicti, ac priuationis, & quasuis alias sententias, censuras, & pœnas à quibus vis Romanis Pontificibus, prædecessoribus nostris, aut pro talibus habitis etiam per eorum litteras extrauagantes, seu sacris Concilijs ab ecclesia Dei receptis, vel sanctorum patrum decretis, & statutis, aut sacris canonibus, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis contra hæreticos, aut schismaticos,

Omnes cēsurę contra hęreticos innouātur.

maticos, quomodolibet latas, & promulgatas Apostolica authoritate approbamus, & innouamus. Ac perpetuò obseruari, & in viridi obseruantia, si forsan in ea non sint, reponi, & esse debere. ¶ Nec non quoscunque qui hactenus à fide catholica deuiasse, aut in aliquam hæresim incidisse, seu schisma incurrisse, aut excitasse, seu commisisse deprehensi, aut confessi, vel conuicti fuerint, seu (quòd Deus, pro sua clementia, & in omnes bonitate, auertere dignetur) in posterùm deuiabunt, seu in hęresim incident, aut schisma incurrent, vel excitabunt, seu commitent, & deuiasse, seu incidisse, aut incurrisse, vel excitasse, seu commisisse deprehendentur, aut confitebuntur, seu conuincentur, cuiuscunque status, gradus, ordinis, conditionis, & præeminentię existant, etiam si Episcopali, Archiepali, Patriarchali, primatiali, aut alia maiori dignitate ecclesiastica, seu Cardinalatus honore, & Apostolicæ sedis, vbiuis locorum tàm perpetuæ, quàm temporalis legationis munere, vel mundana, & comitali, Baronali, Marchionali, Ducali, Regia, & Imperiali authoritate, seu excellentia præfulgeant, & eorum quemlibet, sententias, censuras, & pœnas prædictas incurrere volumus, atque decernimus, & nihilominus considerantes dignum esse, ut qui virtutis amore à malis non abstinent, metu pœnarum ab illis deterreantur.

Perpetua priuatio hęreticorum.

¶ Et quòd Episcopi, Archiepiscopi, Patriarchæ, primates, Cardinales, legati, comites, Barones, Marchiones, Duces, Reges, & Imperatores, qui alios docere, & illis bono exemplo, vt in fide catholica contineantur, esse debent, pręuaricando grauiùs cęteris peccant, cũ non solũ seipsos perdant, verum ét alios innumerabiles populos, eorum curę, & regimini creditos, seu aliàs eis subditos, secum in perditionem, & puteũ interitus trahãt, de similibus consilio, & assensu, ac nostra in perpetuum valitura constitutione, in odium tanti criminis, quo nullum in ecclesia Dei maius, aut perniciosius esse potest, de

Apostolicæ potestatis plenitudine sancimus, statuimus, decernimus, & diffinimus, q sententijs, censuris, & pœnis prædictis, in suo robore, & efficacia remanentibus, ac effectum suum sortientibus. ¶ Omnes, & singuli Episcopi, Archiepiscopi, Patriarchæ, primates, Cardinales, Legati, comites, Barones, Marchiones, Duces, Reges, & Imperatores, qui hactenus (vt præfertur) deuiasse, aut in heresim incidisse, seu schisma incurrisse, excitasse, vel commisisse deprehẽsi, aut confessi, vel conuicti fuerint, & in posterum deuiabunt, aut in heresim incident, seu schisma incurrent, vel excitabunt, aut committent, & deuiasse, seu in heresim incidisse, seu schisma incurrisse, excitasse, seu commisisse deprehẽdentur, aut confitebuntur, seu conuincentur, cum in hoc inexcusabiliores cæteris reddantur, vltra sententias, censuras, & pœnas prędictas, sint etiam eo ipso absq; aliquo iuris, aut facti ministerio, suis ordinibus, & cathedralibus, etiam Metropolitanis, Patriarchalibus, & Primatialibus ecclesijs, ac Cardinalatus honore, & cuiusuis legationis munere, necnon voce actiua, & passiua, oĩq; authoritate, ac monasterijs, beneficijs, & officijs ecclesiasticis cũ cura & sine cura secularibus, & quorumuis ordinum regularibus, quæ ex quibuscunque concessionibus, & dispensationibus Apostolicis in titulum, commendam, & administrationem, aut aliàs quomodolibet obtinuerint, & in quibus, vel ad quæ ius aliqđ habuerint. Necnõ qbusuis fructibus, redditibus, & prouentibus annuis, super similibus, fructibus, redditibus, & prouentibus eis reseruatis, & assignatis, comitatibus quoque, Baronijs, Marchionatibus, Ducatibus, Regnis, & Imperio pœnitus, & in totum perpetuò priuati, & ad illa de cœtero inhabiles, & incapaces, habeanturq; pro relaxis, & subuersis, in omnibus, & per omnia perindè, ac si prius heresim huiusmodi, in iudicio publicè obiurassent, nec vllo vñquàm tempore, ad eorum pristinum statum, ac cathedrales, Metropolitanas, Patriarchales, & primatiales ecclesias, seu Cardinalatus, vel alium honorem, aut quamuis aliam maiorem, vel minorem dignitatem, seu vocem

Cõtra quoscunq; prelatos ecclesiæ.

vocem actiuam, vel vocem pasiuam, aut authoritatem, seu monasteria, & beneficia, vel comitatus, Baronias, Marchionatus, Ducatus, Regna, & Imperium, restitui, reponi, reitegrari, aut rehabilitari possint: quinimmò sęcularis relinquatur arbitrio potestatis ab animaduersione debita puniendi, nisi apparentibus in eis verę pœnitentiæ indicijs, & condignę pœnitentię fructibus, ex ipsius sedis benignitate, & clementia in aliquo monasterio, aut alio regulari loco ad peragendum perpetuam in pane doloris, & aqua mæstitiæ pœnitentiam retrudendi visi fuerint. ¶ Quòdq; pro talibus ab omnibus cuiuscũque status, gradus, ordinis, conditionis, & præeminentiæ existentibus, ac quacunque etiam Episcopali, Archiepiscopali, Patriarchali, & Primatiali, aut alia maiori ecclesiastica dignitate, aut etiam Cardinalatus honore, seu mundana, etiam comitali, Baronali, Marchionali, Ducali, Regia, & Imperiali authoritate, & excellentia pollentibus haberi, tractari, & reputari, & vt tales euitari, omniq; humanitatis solatio destitui debeant. Perpetua inhabilitatio.

¶ Et qui ius patronatus, aut nominandi personas idoneas, ac cathedrales, etiam Metropolitanas, & Patriarchales, ac primatiales ecclesias, seu monasteria, vel alia beneficia ecclesiastica, per priuationem huiusmodi vacantia habere prætenderint, ne illa diutinæ vacationis exponantur incommodis, vel de seruitute hæreticorum erepta, personis concedantur idoneis, quæ illarum populos in semitas iustitiæ fideliter dirigant, teneantur ad ecclesias, monasteria, & beneficia huiusmodi alias personas idoneas infra tempus à iure, vel ex eorum concordatis, seu compactatis cum dicta sede initis statutum nobis, seu pro tempore existenti Rom. Pont. præsentare, alioquin tempore huiusmodi elapso plena, & libera ecclesiarum, monasteriorum, & beneficiorum prædictorũ dispositio ad nos, & ad Romanum Pontificem prædictum, eo ipso, pleno iure deuoluatur. Habentes vocem iuris patronatus quid agere debét.

¶ Et insuper, qui ipsos sic deprehensos, aut confesios, vel conuictos scienter quomodolibet receptare, vel de-

fendere,

Contra fautores.

fendere, aut eis fauere, vel credere, vel eorum dogmata dogmatizare præsumpserint, sententiam excommunicationis eo ipso incurrant, efficianturq; infames, nec voce, persona, scriptis, vel nuncio, aut procuratore aliquo ad publica, seu priuata officia, ad consilia, seu synodum, vel concilium generale, vel prouinciale, nec conclaue Cardinalium, aut aliquam fidelem congregationem, seu electionem alicuius, ad testimonium perhibendum admittantur, nec admitti possint, fiant etiam intestabiles, nec ad hereditatis successionem accedant, nullus præterea cogatur eis super aliquo negotio respondere.

¶ Quòd si forsan iudices extiterint, eorum sententiæ nullam obtineant firmitatem, nec aliquę causę ad eorum audientiam deducantur. ¶ Et si fuerint aduocati, eorum patrocinium nullatenus recipiatur. ¶ Si verò tabelliones extiterint, instrumenta confecta per eos nullius sint pœnitus roboris, vel momenti. ¶ Et insuper clerici omnibus, & singulis ecclesijs, etiam cathedralibus, Metropolitanis, Patriarchalibus, & Primatialibus, ac dignitatibus, monasterijs, beneficijs, & officijs ęcclesiasticis etiã (vt præfertur) qualificatis, per eos quomodolibet obtentis, & tàm ipsi, quàm layci, etiam (vt pręmittitur) qualificati, & dignitatibus prędictis prędıti, quibuscunque Regnis, Ducatibus, Dominijs, feudis, & bonis temporalibus per eos possessis, priuati existant eo ipso, regnaque Ducatus, Dominia, feuda, & bona huiusmodi publicentur, & publicata sint, efficianturque iuris, & proprietatis eorum, qui illa primò occupauerint, si in sinceritate fidei, & vnitate S. R. E. ac sub nostra, & successorum nostrorum Rom. Pontificum canonicè intrantium obedientia fuerint.

Priuatio omnium dignitatũ etiã post conferam

¶ Adijcientes, quod si vllo vnquàm tempore apparuerit aliquem Episcopum, etiam pro Archiepiscopo, seu Patriarcha, vel primate se gerentem, aut prędictę R. E. Cardinalem etiam (vt pręfertur) legatum, seu etiam Pontificem ante eius promotionem, vel in Cardinalem, seu in Rom. Pont. assumptioné à fide catholica deuiasse, aut in aliquam

aliquam hęresim incidisse, seu schisma incurrisse, seu excitasse, aut commisisse, promotio, seu assumptio de eo etiam in concordia, & de vnanimi omnium Cardinalium assensu facta, nulla, irrita, & inanis existat, nec p susceptionem muneris, consecrationis, aut subsecutá regiminis, & administrationis possessionem, seu quasi, vel ipsius Rom. Pont. intronizationem, aut adorationem, seu ei præstitam ab omnibus obedientiam, & cuiusuis tpis in præmissis cursum cõualuisse dici, aut conualescere possit, nec pro legitima in aliqua sui parte habeatur, nallâq; talibus in Episcopos, seu Archipiscopos, vel patriarchas, aut Primates promotis, seu in Cardinales, vel Romanum Pontificem assumptis in spiritualibus, vel temporalibus administrandi facultatem tribuisse, aut tribuere censeatur, sed omnia, & singula per eos qũolibet dicta, & facta, gesta, & administrata, ac inde secuta quæcunq; viribus careant, & nullam prorsus firmtatem, nec ius alicui tribuant, sintq; ipsi sic promoti, & assumpti, eo ipso, absq; aliqua desuper facienda declaratione, omni dignitate, loco, honore, titulo, authoritate, officio, & potestate priuati. ¶ Liceatq; oĩbus, & singulis sic promotis, & asumptis, si à fide anteà non deuiassent, nec hæretici fuissent, neq; schisma incurrissent, aut excitassent, vel commisissent, subditis personis, tàm clericis sęcularibur, & regularibus, quàm etiam laycis, nec non Cardinalibus, etiam qui electioni ipsius pontificis, anteà à fide deuij, aut hæretici, seu schismatici interfuerint, seu aliàs consenserint, & ei obedientiá pstiterint, eumq; adorauerint, ac castellanis, præfectis, capitaneis, & officialibus ét almę vrbis nrę, & toti⁹ status ecclesiastici, ét eisdé sic pmotis vel assumptis, homagio, seu iuraméto, vel cautione obligatis, & obnoxijs, ab ipsorũ sic pmotorũ, vel asumptorũ obediétia, & deuotõe ĩpunè qñcũq; recedere, eosq; vt magos, ethnicos, publicanos, & hęresiarchas euitare eisdé subditis personis fidelitati, & obediétię futurorum Eporũ, Archieporũ, Patriarcharũ, Primatũ, Cardinaliũ, & Rom. Pontific. canonicè intrantis, nihilominus astrictis

Ab hæreticis obedieutia subtrahitur.

remanentibus, & ad maiorẽ ipsorũ sic promotorũ, & assumptorum, si enim regimen, & administrationem continuare voluerint, confusionem contra eosdem sic promotos, & assumptos auxilium brachij secularis implorare, nec propterea tales ab ipsorum sic promotorum, & assumptorum fidelitate, & obedientia, pręmissorum occasione, recedentes, tanquàm tunicę Domini scissores, aliquarum cẽsurarum, seu pœnarum vltioni subiaceant.

Huic breui nihil obstare potest.

¶ Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non priuilegijs, indultis, etiam litteris Apostolicis, eisdem Episcopis, Archiepiscopis, Patriarchis, Primatibus, & Cardinalibus, ac quibusuis alijs, sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis clausulis, & decretis, etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicę potestatis plenitudine, seu etiam consistorialiter, aut alias quomodolibet concessis, & etiam iteratis vicibus approbatis, & innouatis, ac etiam in corpore iuris clausis, nec non quibusuis, capitulis, conclauis, etiam iuramento, aut confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, & per nos ipsos iuratis.

¶ Quibus omnibus enim tenores præsentibus pro expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alràs in suo robore permansuris, ac dumtaxat specialiter & expressè derogamus, cœterisque contrarijs quibuscunque. ¶ Vt pręsentes litterę ad omnium, quorum interest, præsentiam deducantur, volumus eas, seu earum transumptum, cui manu Notarij publici subscripto, & siggillo alicuiꝰ ꝑsonę in dignitate eccl'astica cõstitutę munito, plenam fidem adhiberi debere decernimus, in Basilicę Principis Apostolorum de vrbe, & Cancellariæ Apostolicę valuis, ac in acie Campi Floræ per aliquos ex cursoribus nostris publicari, & affigi, earumque copiã imbi affixam dimitti, publicationemque, affixionem, & copiæ affixæ dimissionem huiusmodi sufficere, & pro solemni, & legitima haberi, nec aliquam publicationem requiri, aut expectari debere. ¶ Nulli ergo omninò

nò hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, innouationis, sanctionis, statuti, derogationis, voluntatum, & decretorum infringere, vel ei ausu temerario contraire. ¶ Si quis autem hoc attentare præsumserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Romæ, apud Sanctum Petrum. Anno incarnationis Dominicæ M. D. L V III. Pontificatus nostri. Anno quarto.

✠ *Ego Paulus catholicæ ecclesiæ Episcopus.*

✠ *Ego Bellayus Episc. hostien.*
✠ *Ego R. Car. de carpo eps por.*
✠ *Ego F. Car. Pisan. eps Tuscu.*
✠ *Ego Fed. Car. cœsius eps pne.*
✠ *Ego P. Car. Epūs Albanen.*
✠
✠ *Ego R. Car. S. Angeli ma. p.*
✠ *Ego T. Car. Crispus.*
✠ *Ego Fuluius Car. per.*
✠ *Ego Io. Mich. Car. Sarace.*
✠ *Ego Io. Car. S. Vitalis*
✠ *Ego Ia. Car. Puteus.*
✠ *Ego Hieronymus Car. Imolē.*
✠ *Ego B. Car. Tranen.*
✠ *Ego Diomedes Car. Arian.*
✠ *Ego Scipio Car, Pisaurum.*
✠ *Ego Io. Car. Reumanus.*

✠ *Ego Io. Ant. S. Pancratij.*
✠ *Ego Tha. Car. Gallus.*
✠ *Ego uir. Car. de Spoleto.*
✠ *Ego F. M. Car. Alexan.*
✠ *Ego cle. mon. Car. araceli.*
✠
✠ *Ego G. Asc. Diac. Car. cā.*
✠ *Ego N. Car. de Sermonet.*
✠ *Ego Io. Car. Sabellus.*
✠ *Ego Hier. C. S. Georgij.*
✠ *Ego Inno. Car. de monte.*
✠ *Ego C. Car. Carrafa.*
✠ *Ego Alphon. Car. Neap.*
✠ *Ego Vitellotius Car. Vitel.*
✠ *Ego Io. Baptista Car. Cōsi.*
Io. Barengus, Barengus.

BVLLA BONAE MEMO. Pij Papę IIII. super forma iuramenti professionis fidei.

PIus Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriã. ¶ Iniunctum nobis Apostolicę seruitutis officium requirit, vt ea, quæ Dominus omnipotens, ad prouidam Ecclesiæ suæ directionem sanctis Patribus, in nomine suo congregatis, diuinitus inspirare dignatus est, ad eius laudem, & gloriam incunctanter exequi proponemus. ¶ Cum itaque iuxta Concilij Tridentini dispositionem omnes, quos deinceps cathedralibus, & superioribus ecclesijs præfici, vel quibus de illarum dignitatibus, canonicatibus, & aliis quibuscunque beneficijs ecclesiasticis, curam animarum habentibus, prouideri continget, publicam orthodoxæ fidei professionem facere, seque in Ro. Eccl. obedientia permansuros spondere, & iurare teneantur. ¶ Nos volentes, etiam per quoscunque, quibus de monasterijs, conuentibus, domibus, & alijs quibuscunque locis, regularium quorumcunque ordinum, etiam militarum, quocunque nomine, vel titulo prouidebitur, idem seruari, & ad hoc, vt vnius eiusdem fidei ꝓfessio vniformiter ab omnibus exhibeatur, vnicaque, & certa illius forma cunctis innotescat, nostræ sollicitudinis partes, in hoc alicui minimè desiderari, formam ipsam præsentibus annotatam, publicari, & vbique gentium per eos, ad quos ex decretis ipsius Concilij, & alios prædictos spectat, recipi, & obseruari, ac sub pœnis per concilium ipsum in contrauenientes latis, iuxta hanc, & non aliam formam, professionem prędictam sollemniter fieri authoritate Apost. tenore præsentium districtè præcipiendo mandamus huius-

modi

modi sub tenore. Professio
¶ Ego N. firma fide credo,& profiteor omnia & singu articulorũ
la,quæ continentur in Simbolo fidei, quo S.R.E. vtitur, fidei.
videlicet.¶ Credo in vnum Deum patrem omnipotentem,factorem cœli, & terræ, visibilium ominum, & inuisibilium, & in vnum Dominum Iesum Christũ, filiũ Dei vnigenitum,& ex patrę natum, ante omnia sęcula, Deũ de Deo,lumen de lumine,Deũ verũ de Deo vero, genitum non factum consubstantialem patri,per quẽ oĩa facta sunt;qui pp nos hoĩes, & propter nostrã salutẽ descendit de cęlis,& incarnatus est de Spiritu Sãcto ex Maria Virg.& homo factus est; crucifixus ẽt pro nobis sub pontio Pilato,passus,& sepultus est, & resurrexit tertia die secundum scripturas; & ascendit in cœlum, sedet ad dexteram Dei Patris, & iterum venturus est cum gloria iudicare viuos, & mortuos, cuius regni non erit finis, & in spiritum Sanctum Dominum, & viuificantem, qui ex patre, filioque procedit, qui cum patre, & filio simul adoratur, & conglorificatur, qui locutus est per prophetas, & vnam sanctam catholicam & apostolicam Ecclesiam.Confiteor vnum baptisma in remissionẽ peccatorum,& expecto resurrectionem mortuorum,& uitã venturi sęculi amen.¶ Apostolicas,& ecclesiasticas traditiones, reliquasq; eiusdem ecclesiæ obseruationes,& constitutiones firmissimè admitto, & amplector.

¶ Item sacram scripturam iuxta eum sensum,quẽ tenuit & tenet sãcta Mater Ecclesia,cuius est iudicare de vero sensu & interpretatione sacrarum scripturarum,admitto
nec eam vnquã, nisi inxta vnanimem consensũ patrum, Professio
accipiam,& interpretabor.¶ Profiteor quoque septem septem sa
esse verè, & propriè sacramenta noue legis, à Iesu Chri cramento
sto Domino nostro instituta, atque ad salutem hu rũ ecclesię.
mani generis, licet non omnia singulis necessaria, scilicet, Baptismum, confirmationem, Eucharistiam, pœnitentiam, extremam vnctionem, ordinum, & matrimonium, illaque gratiam conferre, & ex his, Baptismum, confirmationem, & ordinem, sine

 sacrilegię

Professio rituum sacramentorum ecclesiæ.

sacrilegio reiterari non posse. ¶ Receptos quoq;, & approbatos Ecclesiæ Catholicæ ritus in supradictorum omnium sacramentorum solemni administratione recipio, & admitto. ¶ Omnia & singula, quæ de peccato originali, & de iustificatione in sacrosancta Tridentina synodo definita, & declarata fuerunt, amplector, & recipio.

Professio doctrinę peccati orig.in.& iust. sess 5.& 6.

¶ Profiteor pariter in missa offerri Deo verum, proprium, & propitiatorium sacrificium pro viuis, & defunctis, atque in sanctissimo Eucharistiæ sacramento esse, verum, & realiter, & substantialiter corpus, & sanguinem, vnà cum anima, & diuinitate domini nostri Iesu Christi, fierique conuersionem totius substantiæ panis, in corpus, & totius substantiæ vini, in sanguinem, quam conuersionem Catholica Ecclesia. Transubstantiationem appellat.

Professio sacrificij missę sess. 22. sess. 13.

¶ Fateor etiam sub altera tantum specie, totum atque integrum Christum, verumq; sacramentum sumi.

Professio purg.& sanctorum sess. 25 in decreto de purg.

¶ Constanter teneo Purgatorium esse, animasque ibi detentas fidelium suffragijs iuuari, similiter & sanctos vnà cum Christo regnantes venerandos, atque inuocandos esse, eosque orationes Deo pro nobis offerre, atque eorũ reliquias esse venerandas.

Professio sacrarum imaginum sess. 25. de inuoc. Sanctorum.

¶ Firmissimè assero imagines Christi, ac Dei parę semper virginis, nec non aliorum sanctorum habendas, & retinendas esse, atque eis debitum honorem, ac venerationem impertiendam, indulgentiarum etiam potestatem, à Christo in Ecclesia relictam fuisse, Illarumque vsum Christiano populo maximè salutaré esse, affirmo.

Ead. sess. in decreto de indulg.

¶ Sanctam Catho. Et Apost. Rom. Eccl. omnium ecclesiarum matrem, & magistram agnosco. ¶ Romanoq; Pontifici, Beati Petri Apostolorum Principis successori, ac Iesu Christi Vicario, veram obedientiã spondeo, ac iuro.

Professio S.R.E.

¶ Cœtera item omnia à sacris canonibus, & œcumenicis Concilijs, ac præcipuè à sacrosancta Tridentina synodo tradita, definita, & declarata, indubitanter recipio, atque profiteor. ¶ Simulque contraria omnia, atque hęreses quascunque ab ecclesia damnatas, & reiectas, & anathematizatas, ego pariter damno

damno, reijcio, anathematizo; Hanc veram catholicam fidem, extra quam nemo saluus esse potest, quam in pręsenti sponte profiteor, & veraciter teneo, eandem integram, & inuiolatam vsque ad extremum vitæ spiritũ constantissimè (Deo adiuuante) retinere & confiteri, atque à meis subditis vel illis, quorum cura ad me in munere meo spectabit, teneri, doceri, & prędicari, quantum in me erit, curaturum; ¶ Ego idem N. spondeo, voueo, ac iuro. Sic me Deus adiuuet, & hæc sancta Dei Euangelia.

Professio obed. Rom Pont.

Professio sacrorum canonum Conc.

¶ Volumus autem, quòd præsentes litteræ, in cancellaria nostra Apost. de more legantur. Et ut omnibus facilius pateant, in eius quinterno describantur, ac etiam Imprimantur. ¶ Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostrę voluntatis, & mandati infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare pręsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nõuerit incursurum. Datum Romę, apud Sanctum Petrum, Anno incarnationis Dominicæ. 1564. idibus Nouemb. Pont. nostri Anno quinto.

BVLLA S.D.N. PII PP. IIII.

Reuocatoria Priuilegiorum, exemptionum immunitatum, facultatum, conseruatoriarum, indultorum, confessionalium, maris magni, & aliarum quarumcunque similium gratiarum, quibuscumque, & locis, & personis concessarum in his, in quibus statutis, & decretis sacri Concilij Tridentini contrariantur.

PIVS EPISCOPVS SERVVS SERVOrum Dei ad perpetuam rei memoriam.

IN Principis Apostolorũ sede, meritis licet imparibus, diuina dispositione constituti, nihil neque vniuersali ecclesiæ curæ, & sollicitudini nostræ cõmissæ, salubrius, neque iniuncto nobis Apostolicæ seruitutis offitio, decentius præstare possumus, quàm quòd prouidentiæ nostræ ministerio œcumenicum concilium Tridentinum, sicut nostris potissimum auspitijs, summaque sanctorum patrum concordia per Dei misericordiam fęliciter absolutum fuit, ita per vniuersos, qui Christiana pietate censentur, vbiq; suscipiatur, & remotis quibuslibet obstaculis, ab omnibus æqualiter obseruetur.

¶ Cum itaque in eodem concilio quàm plura salubria, & ad vniuersalem morum reformationem, valde vtilia, decreta, atque statuta, maturo, præsentium ipsorum examine præcedente, sint ædita, quibus multas, atq; diuersa priuilegia, exemptiones, immunitates, dispensationes, facultates, conseruatoriæ, indulta, & vt vocant, confessionalia, & mare magnum, & aliæ gratiæ, quæ varijs, tàm chatedralibus, etiam Metropolitan. quàm collegiatis ecclesijs, monasterijs, cõuẽtibus, & alijs religiosis, etiã fratrũ mendicantium domibus, & ordinibus, necnon sancti spũs in saxia, sancti Io. Lateranẽ. ac incurabiliũ de vrbe, S. Antonij uiennen. & Sancti Bernardi iuren. alijsq; hospitalibus, militijs, eorumq; capitulis, & conuentibus, ac vniuersitatibus, ẽt studiorũ generaliũ collegijs, tàm sęcularibus, q̃ ecclesiasticis, cõfraternitatibus, societatibus, & tàm principis Apostol orum de vrbe, q̃ alijs fabricis, & S. Crutiatę, alijsq; pijs locis, & operibus, nec non Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, prælatis, Abbatibus, Abatissis, prioribus, præpositis, & alijs ecclesiasticis, tàm sęcularibus, q̃ diuersorum ordinum, & militiarũ re-

gularibus

gularibus,ac etiã laicis cuiuſcunq; dignitatis,& ſtatus, ac gradus,& excellentię,ac ét Ducali,regia,& imperiali dignitate fulgentibus utriusq; ſexus perſonis,nec non aliquibus notarijs,& ét de latere legatis, atque nuntiis tàm perpetuò,q̃ ad tempus per plures Rom.Pont.prędeceſſores noſtros,ac nos,& ſedem Apoſtolicam, eiusque legatos hactenus,etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicę poteſtatis plenitudine, ſeu etiam imperatorum,Regum,Ducum,& aliorum Principum contemplatione,& intuitu,etiã de fratrũ nr̃orũ cõſilio,diuerſimodè,varijsq; temporibus in genere,vel ſpetie,ex quauis ẽt honeſta cã conceſſa,& ét pluries confirmata, & innouata fuerunt,in plerisque contrariantur. ¶ Nos, quibus in primis cordi eſt,tam Sancta,& Eccleſiæ Dei ſaluberrima decreta ſuos,vt par eſt, effectus vbique conſequi, & ab omnibus obedienter obſeruari,priuilegiorum,exemptionum,immunitatum,facultatum, conſeruatoriarum, indultorum,confesſionalium, maris magni, & aliarum gratiarum prædictarum,ac quarumcunq; apoſtolicarũ,& aliarũ litterarũ deſuper cõfectarũ,proceſſuumq;, decretorũ,& aliorũ inde ſequtorũ tenores,ac ſi de verbo ad uerbũ inſererentur, pręſentibus pro ſufficienter expresſis, & plenè inſertis,habentes,Motu proprio,& ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicę poteſtatis plenitudine,quòd eadé oĩa & ſingula priuilegia,exemptiones, immunitates, facultates,diſpenſationes,conſeruatorię, indulta, confeſſionalia,mare magnum,& alię gratię,in his omnibus, & ſingulis,inquibus illa ſtatutis,& decretis concilis hmõi contrariantur,ipſo iure reuocata,caſſata, & annullata, ac ad ipſius cõcilii terminos,atq; limites reddućta ſint, & eſſe cẽſeantur, nec quicquam aduerſus ipſa decreta, & ſtatuta quomitius ubiq;, & apud omnes obſeruentur in aliquo ſuffragari poſſe,ſed ea perindè haberi,& reputari debere,ac ſi nunquam emanaſſent, authoritate apoſtolica, tenore pręſentium declaramus,ac etiã ſtatuimus,& ordinamus. ¶ Decernétes nihilominus oĩa,& ſingula,quæ vigore priuilegiorum,exéptionum,immunitatum, & diſpenſationum

Reuocatio priuilegiorum.

Ad terminos concilij omnia reducũtur.

ſationum, facultatum, conſeruatoriarum, indultorũ, confeſſionalium, & aliarum quaruncunq; gratiarum hmõi poſt id tempus, quo conciliũ obligare cępit, facta, & geſta quolibet fuerunt, & in poſterũ fient, in his, in quibus dicti concilij decretis aduerſantur, nulla, inualida, & irrita eſſe, & cenſeri, ac nemini, etiam quantumlibet, vt præfertur, qualificato, tam in foro (qđ aiunt) fori, q̃ conſcientię ſuffragari poſſe, & debere. ¶ Et ita per quoſcunq; locorũ ordinarios, alioſq; iudices, & cõmiſſarios quauis auctoritate fungẽtes, et S.R.E. Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi facultate, in utroque foro iudicari, & definiri debere, ac quicquid ſecus à quoquam, quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter, attentari contigerit, irritum, & inane decernimus. ¶ Non obſtantibus præmiſsis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis cæteriſque contrarijs quibuſcunq;. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ declarationis, ſtatuti, ordinationis, & decreti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Datum Romę apud Sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ 1565. 13. Kalen. Martij Pontificatus noſtri anno 6. Gæ. Glorierius Pius Epiſcopus Narnien. H. Cumyn.

Iudices deputãtur.

¶ Anno à Natiuit. D. 1565. inditione 6. die verò 24. menſis Februarij, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto patris, & D.N.D. Pij diuina prouidentia Papæ iiij. Anno eius 6. Retroſcriptæ litteræ Apoſtolicæ affixę, & publicatæ fuerunt in acie campi Floræ, & valuis Cancellariæ Apoſtolicæ per nos Nicolaum de Mathęis, & Camillum Cherubinum. S.D.N. Papę curſores, Philibertus Phapius magiſter curſorum.

Publicatio bullæ.

Conſti-

CONSTITVTIO S.D.N. PII *diuina prouidentia Papæ V. per Dominos Medicos obseruanda.*

PIus Papa V. Ad perpetuam rei memoriam. Supra gregem Dominicum nostræ vigilantię diuinitus creditum, vigilis speculatoris, prout nobis desuper conceditur, exercentes officium, ad ea, per quæ animarum saluti cum diuini nominis gloria consuli valeat, libenter intendimus, vt Christi fideles post Baptismum in peccata lapsi, per sacramentum pœnitentiæ Deo reconcilientur.

Precipitur medicis, ut īfirmos nō visitent si non confitentur.

¶ Sanè cum infirmitas corporalis nonnunquam ex peccato proueniat, dicente Domino languido, quem sanauerat, vade, noli amplius peccare, ne quid deterius tibi contingat, ac propterea prouidè felicis recordationis Innocentius tertius prædecessor noster Medicis præceperit, vt cum eos ad ægrotos vocari contigerit, ipsos ante omnia moneant, vt animarum Medicos vocent, ne cum eis hoc in extrema ęgritudine constitutis suadetur, in desperationis articulum incidant. Nos igitur volentes hoc tam salutare præceptum, nulla temporis præscriptione aboleri, sed semper obseruari, constitutionem præfatam, authoritate apostolica, tenore pręsentium innouamus, & hac nostra in perpetuum valitura constitutione statuimus, & decernimus, quod omnes Medici cum ad infirmos in lecto iacentes uocati fuerint, ipsos ante oīa moneant, vt idoneo confessori omnia peccata sua, iuxta ritū Sanctæ Romanæ Ecclesię, confiteantur, neque tertio die vlterius eos visitent, nisi longius tempus infirmo confessor ob aliquam rationabilem causam, super quo eius conscientiam oneramus, concesserit, & eis per fidem confessoris in scriptis factam constiterit, quòd infirmi (vt prę-

.c.cum infirmitas de pen.& re.

pręmittitur)peccata ſua confeſſi fuerint. ¶Coniunctos vero,ac oẽs familiares, & domeſticos ĩfirmi ĩ Dño roga mus,& monemus, vt de infirmitate parrochum certiorẽ faciant,ac tam parochus,quam coniuncti, & familiares præfati infirmum ad confeſſionem peccatorum ſuadeant,& inducant.

Parentes te nentur.

¶Quòd ſi quis Medicorum pręmiſſa non obſeruauerit, vltra pœnas in dicta conſtõne contentas, quas incurrere declaramus, perpetuò ſint infames, & gradu medicinę, quo inſigniti erãt,oĩnò priuẽt,& à collegio,ſeu vniuerſitate medicorũ eijciãt,ac pœna, ẽt pecuniaia, arbitrio ordinariorũ,vbi deliquerit,mulctent.¶Et vt hęc oĩa inuiolabiliter obſeruentur,volumus, & eadẽ authoritate præcipimus,& mãdamus, vt nullus poſthac vbiq; locorũ in medicina doctoretur,aut ei qũolibet medendi facultas à quouis collegio, & vniuerſitate cõcedatur,ſi oĩa in pñti noſtra cõſtitutione cõtenta medio eorũ iuramento corã notario publico, & teſtibus obſeruare in eorũ manibus, vel ordinarij iurauerint,& de hmõi iuramento in priuilegio,ſeu licentia medendi ſpecialis mẽtio fiat. ¶Quòd ſi collegia, & vniuerſitates præfatę nõ recepto à promouendis iuramento hmõi,eoſdẽ ad gradũ pręedictũ promouerint,aut eiſdẽ medẽdi licentiã præſtiterint,pœnã priuationis facultatis, alios vlterius doctorandi, incurrant.

pœna medicis imponitur.

¶Mandantes in virtute Sanctę obedientiæ omnibus, & ſingulis venerabilibus fratribus, Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis,& Epiſcopis,quatenus in ciuitatibus, & diœceſibus proprijs pręſentes noſtras litteras publicari faciant, ac iuramentum prædictum à medicis iam promotis,ſeu licentiam medendi habentibus,omnibus iuris remedijs exigant,neque aliquos ad medendũ in ciuitatibus & diœceſibus pędictis admittant,niſi eis conſtiterit,eoſdem iuramentum hmõi præſtitiſſe,& contumaces,& iurare,ac iuramentum hmõi iam pręſtitum exhibere recuſantes,gradu Medicinæ,& oĩbus priuilegijs eiſdem medicis,tàm coniunctim,quàm diuiſim eis,ac eorũ cuilibet conceſſis per quoſuis,etiam Romanos Pontifices priuet, ac ab

publicatio.

ac ab ingressu Ecclesię arceant, donec resipuerint. ¶ Nō obstantibus pręmissis, priuilegijs, indultis, litteris Apostolicis, quibusuis personis, collegio, & vniuersitati, sub quibusuis verborum formis, & tenoribus concessis. ¶ Quæ omnia, quo ad effectum ualiditatis constitutionis nostræ tantum reuocamus, cassamus, & annullamus, & omnes principes sęculares, ac alios Dominos, & Magnatus temporales rogamus, requirimus, & obsecramus per viscera misericordiæ Iesu Christi, eisdem in remissionem peccatorum nihilominus iniungentes, quòd in pręmissis omnibus eisdē Patriarchis, primatibus, Archiepis, & Epis assistant, & suum fauorem, & auxilium pręstent, ac contrafacientes pœnis, etiam temporalibus, afficiant. Volumus autem, quod præsentes litterę in Cancellaria, & acie Campi Floræ publicentur, & inter constitutiones extrauagantes perpetuò valituras conscribantur. ¶ Et quia difficile foret, pręsentes ad singula quęque loca deferri, volumus, & etiam declaramus, quòd earum transumptis, etiā impressis manu alicuius notarii subscriptis, ac sigillo alicuius prelati munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quę pręsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romę, apud S. Petrum, sub annulo piscatoris die 8. Martij 1566. Pontificatus nostri anno 1.

Huic bullę nihil obstare potest.

Cę. Glorierius.

¶ Anno a natiuitate Domini 1566. Inditione nona, die verò 11. mensis Martij. Pont. Sanctissimi in Christo patris, & D.N.D. Pij Diuina prouidentia Papę V. Anno 1. Retroscriptę litteræ, seu breue affixæ, & publicatę fuerunt in Valuis Cancellarię Apostolicæ, & acie Campi Florę per me Camillum cherubinum Apostolicum cursorem.

Publicatio bullæ.

Scipio de Octauianis magister Cursorum.

Reuo-

REVOCATIO LICENtiarum, ac facultatum cęlebrandi Missas vespertino tempore.

SAnctiſsimus in Chriſto Pater, & Dominus noſter Dominus Pius diuina prouidentia Papa Quintus, ad cuius noritiam peruenit, quòd nonnulli cathedra ium, etiam forſan Metropolitanarum, collegiatarum, & aliarum Eccleſiarum, nec non monaſteriorum, conuentuum, domorum, & aliorum piorum locorum, ſecularium, & diuerſorum ordinum, ac militiarum regulariũ Pręlati, Capitula, clerici, fratres, alijque ſuperiores, & perſonæ antiquum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ ritum inſtatutis miſſarum celebrandarum téporibus peruertere ſatagentes, diuerſas licentias, & facultates, miſſas, quę media noctę, & ſeu in aurora natiuitatis, ac de mane reſurrectionis Domini noſtri Ieſu Chriſti, & forſan aliarum feſtiuitatum iuxta prędictum ritum cęlebrari conſueuerant, de ſero, etiam forſan circa ſolis occaſum, uigilię feſtiuitatum earandem in ſuis eccleſiis, & cappellis celebrandi, ſeu celebrari faciendi ab Apoſtolica ſede, uel eius legatis, ac etiam maiori Pœnitentiario pro tempore exiſtente vicarijs prætextibus impetrauerunt, illisq; iampridem vtuntur, hoc ab antiquo Catholicę Eccleſię inſtituto, Sanctorumque patrum decretis deuiare conſiderans, ac propterea hunc abuſum ab eccleſia Dei ſubmouere volens, oés, ac ſingulas licentias, & facultates huiuſmodi hactenus ét motu proprio, vel quorumuis etiam imperatorum, Regum, & aliorum Principum contemplatione, & ex quibus vis cauſis quomodolibet conceſſas, ac apoſtolicas, & alias literas deſuper confectas, illarum omnium tenores, pro ſufficienter expreſſis, habens, Apoſtolica auctoritate, ex certa ſcientia, reuocauit, ac omninò caſſauit, & annullauit hac pręſen

ſen

senti perpetuò valitura constitutione, quibusvis prǽlatis, capitulis, clericis, fratribus, aliisque superioribus, & personis eorundem ecclesiarum, monasteriorum, conuentuum, domorum, & aliorum piorum locorum in uirtute Sanctę obedientię, & sub indignationis suæ, ac perpetuę suspensionis à diuinis pœna, districtius inhibens, ne deinceps missas vespertino tempore huiusmodi licentiarum, & facultatum, huiusmodi, aut alio quouis prętextu celebrare, vel celebrari facere pręsumant, ac mandans locorum ordinarijs, vt eandem præsentem constitutionem sub prædictis, & alijs sibi beneuisis pœnis per quoscunq; pręlatos, capitula clericos, fratres, superiores, & personas huiusmodi inuiolabiliter obseruari faciant, contradictores quoslibet auctoritate Apostolica compescendo.

¶ Non obstantibus pręmissis, ac quibusuis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis. ¶ Nec non Ecclesiarum Monasteriorum, Conuentuum, domorum, & aliorum locorum prędictorum, & iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, consuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & litteris Apostolicis eisdem Ecclesijs, monasterijs, domibus, & locis, illorumque capitulis, Conuentibus, superioribus, & personis, ac ordinibus sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs alijsque efficatioribus, & insolitis clausulis, necnō irritantibus, & alijs decretis, etiam ad Imperatoris, Regū, Reginarum, ducum, & aliorum Principū instantiā, aut eorum contemplatione, etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac alias quomodolibet concessis, approbatis, & innouatis, quibus omnibus ipsa sanctitas sua illorū tenores pro expressis habens, specialiter, & expressè derogauit. Illaque quo ad premissa cassauit pœnitus, & annullauit, cęterisque contrarijs quibuscunque, decernens pręsentes, earumque copias per aliquem ex suis Cursoribus in basilicæ Principis Apostolorum de vrbe, & Lateranen. ac Cancellarię Apostolicę valuis affixas, omnes, cum primum earum notitiam habuerint, perinde affi-

Indulta in cōtrarium cassantur.

cere

cere, ac si illis personaliter intimatæ fuissent.

Placet, & ita mandamus.

¶ Anno à Natiuitate Domini 1566. indictione nona die verò 29. Mensis Martij Pontificatus Sanctissimi in Christo patris, & D.N.D. Pij. diuina prouidentia Papę V. Anno primo suscriptæ litterę affixæ, & publicatę fuerunt in locis suprascriptis, vt moris est per me Bernardinum Andreutium Apostolicum Cursorem.

Publicatio bullę.

Scipio de Octauianis Magister Cursorum.

BVLLA PAPAE PII V. reuocationis licentiarum grecis latino more, & latinis greco ritu missas, ac alia diuina officia cęlebrandi hactenus concessarum.

PIus Episcopuus seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Prouidentia Romani Pontificis plurimum circumspecta nonnunquam, ea quę certis suadentibus causis per eius prędecessores gesta sunt, ex alijs non minus rationabilibus causis alterat, & ad pristinum statum reducit, prout ęquitas suadet, & in domino conspicit expedire. Sanè cum ad notitiam nostram peruenerit, quod nonnulli presbyteri, tàm greci quàm latini antiquum S. R. E. ritum tàm in cęlebratione missarum, quàm aliorum diuinorum officiorum peruertere satagentes, diuersas licentias, & facultates, missas, & alia diuina officia greci latino more, ac latini greco ritu cęlebrandi ab Apostolica sede, vel eius legatis, ac etiam maiore pœnitentia

tentiario pro tempore existente, varijs prætextibus, impetrarunt, illis iampridem vtuntur, hoc ab antiquo catholicæ ecclesiæ instituto, Sanctorumque patrum decretis deuiare considerantes. ¶ propterea hunc abusum ab ecclesia Dei extirpantes, & submouere volentes, omnes, singulas licentias, & facultates huiusmodi hactenus, etiá motu proprio, vel quorumuis etiam Imperatorum, Regum, & aliorum principum contemplatione, & ex quibusuis causis quomodolibet concessas, ac Apostolicas, & alias litteras, desuper confectas, illarum omnium tenores pro sufficienter expressis habentes, Apostolica authoritate, ex certa scientia, hac pręsenti nostra perpetuò valitura constitutione reuocamus, cassamus, annullamus, & irritamus: quibusuis præsbyteris tàm Gręcis, quàm Latinis. in virtute sanctæ obedientiæ, & sub indignationis nostræ, ac perpetuæ suspensionis à Diuinis pœnis districtius inhibentes, ne deinceps pręsbiteri Gręci præcipue vxorati, latino more, & latini gręco ritu huiusmodi licentiarum, & facultatum, aut alio quouis prætextu missas, & alia diuina officia celebrare, vel celebrari facere pręsumant ¶ mandantes in uirtute sanctę obedientiæ omnibus, & singulis uenerabilibus fratribus nostris, Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, & Episcopis quatenus in ciuitatibus, & diœcesibus proprijs pſentes nostras litteras publicari, & sub pręd ictis, & alijs sibi benè visis pœnis per quoscunque prælatos, capitula, clericos, fratres, superiores, & personas, quaslibet inuiolabiliter obseruari faciant.

Reuocatio licentiarũ.

Nec greci latino more, nec latini greco ritu cęlebrare possunt.

Executio huius bullę præcipitur ordinarijs.

¶ Contradictores quoslibet authoritate apostolica cópescendo, nõ obstantibus præmissis, ac quibusuis constõnibus, & ordinationibus apl'cis, necnó ecclesiarũ, monasteriorũ, cõuentuũ, domorũ, & aliorũ locorũ quorũcunque, ét iuramento, Confirmatione Apl'ica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, consuetudinibus, priuilegiis quoque, ĩdultis, & litteris apl'icis eisdé ecclesijs, monasterijs, domibus, & locis, illorumq; capitulis, conuentibus, superioribus, & personis, ac ordinibus sub quibuscunque

tenoribus,& formis,ac cum quibusuis, etiã derogatoriarum derogatorijs,alijsque efficacioribus,& insolitis clausulis,necnon irritantibus, & alijs decretis ad Imperatorum,Regum,Reginarum,Ducum,& aliorum principum instantiam,aut eorum contemplatione, etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac alias quomodolibet concessis,approbatis,& innouatis,quibus omnibus, illorum tenores pro expressis habentes specialiter, & expressè derogamus, illaque quo ad præmissa cassamus pœnitus, & annullamus, cęterisque contrarijs quibuscunque. Volumus autem quòd præsentes litterę ad valuas beati Petri Apostolorum principis, & Cancellarię nostræ, ac in acie Campi Florę publicentur, & inter constitutiones extrauagantes perpetuò valituras conscribantur. Et quia difficile foret præsentes ad singula queq; loca deferri. ¶ Volumus, & etiam declaramus, quod eorum transumptis etiam impræssis, manu alicuius notarii subscriptis,ac siggillo alicuius prelati munitis eadem prorsus fides vbicunque adhibeatur, quę presentibus adhiberetur,si forent exhibitæ vel ostensæ. ¶ Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostræ reuocationis,cassationis,annullationis,irritationis, mandati,inhibitionis,derogationis,& voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit,indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romę apud S. Marcum anno incarnationis Dominicæ 1566.13. Kalen. Septembris Pontificatus nostri anno. 1.

Cę. Glorierius H. Cumyn.

¶ Anno à Natiuitate Domini 1566. inditione nona. Die verò veneris vigesima mensis Septemb. Pótificatus autem Sanctis in Christo Patris, & D. N. D. Pij diuina prouidentia Papę V. anno eius primo, presentes retroscriptę litteræ affixę,& publicatę fuerunt ad Valuas Basilicę Principis Apostolorum de Vrbe, ac cancellariæ Aposto-

publicatio bullę.

Apoſtolicę, & in acie Campi Florę per nos Bartholomeum Sotocaſa, & Io. Andream Rogerium præfati S.D.N.Papæ curſores.

Nicolaus de Mattheis mag. curſorum.

BVLLA S.D.N. PII DIVINA prouidentia Papæ V. Reuocatoria omnium indulgentiarum, etiam perpetuarum, pro quibus conſequendis manus adiutrices ſunt porrigendę, & quę quæſtuandi facultatem quomodolibet continent.

PIus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Et ſi Dominici Gregis ſaluti ſemper intenti ſingulis cum humilitate poſcentibus ea benignè concedere nos, & prædeceſſores noſtri ſtuduerint, per quæ peccatorum mole depoſita, ſalus ipſis ſuccedat, & hoſtis humani generis ſeruitute ereptas, animas lucrifaciant Altiſſimo, qui eas nobis ſua bonitate cõmiſit, id tamen propenſiori ſtudio nos præcauendum eſſe cenſemus, ne cuiusuis indulgẽtię remiſſionis, vel facultatis obtemptu, Chriſtifideles procliuiores ad illicita in poſterum committenda reddantur, aut facilitas venię eis peccandum tribuat incentiuum, & exinde clauium authoritas deducatur in contemptũ, & Chriſtifideles quã

plurimum scandalizentur. Sanè cum ad auditum nostrum ex diuersis mundi partibus quàmplurimæ querelæ perlatæ fuerint, quod uigore diuersarum indulgentiarum, & facultatum per predecessores nostros, ac etiam nos, vel auctoritate nostra tam fabricę nostræ Basilicæ Principis Apostolorum, & Ecclesię Sancti Ioannis Lateranensis de vrbe, ipsiusque ecclesiæ, necnon Sancti Ioannis, & Sancti Lazari Hierosolimitanensis, ac Sancti Spiritus in saxia, & Sancti Ioannis Lateranensis, ac S. Iacobi, incurablium de eadem vrbe, necnon Sancti Elmi, & Sancti Bouis, ac S. Gothardi, & Sancti Lenguzoni, necnon Sancti Nicolai, & Sancti Bernardi montis Iouij, necnon S. Leonardi, ac Sanctæ Marthę, nec non Sanctißimi Crucifixi Siracusanensis, ac Sanctæ Marię de Monte serrato, Hospitalibus, ac etiam Sancti Sebastiani prope, & extra muros dictæ urbis, necnon Sancti Antonij de Sancto Antonio Viennensis diœcesis, & redemptionis captiuorum nuper Neapoli instituto, monasteriis illorumque, ac diuersis alijs Ecclesijs, Monasterijs, Hospitalibusque, Militijs, confraternitatibus, & Pijs locis concessarum multi quæstores, ex eisdem indulgentijs lucrum temporale tantum quęrentes nominibus fabricę, Ecclesiarum, Hospitalium, Monasteriorum, Militiarum, Confraternitatum, Societatum, & Piorum locorum prædictorum, indiuersis ciuitatibus, & diœc. quæstas facere, confratres describere, Cappellas, & oratoria erigere, illisque erectis indulgentias huiusmodi communicare, & in diuersis gradibus à iure prohibitis dispensare, ac plura etiam concedere, quam eis vigore facultatum prędictarum licitum sit, ipsique lucro intenti pecuniasque potius, quàm Christifidelium salutem quærentes, ac eisdem indulgentiis sic abutentes quęstum, ex illis particularem facere conantur, variosq; & diuersos quæstores, commissarios, Procuratores, Receptores, thesaurarios, factores, Nuntios, & alios ministros, constituere, qui non solum supradicta, sed etiam plura alia eis nunquàm concessa facere, & concedere.

¶Nec

¶Necnon locorum ordinarios, illorumque in spiritualibus Vicarios generales, & officiales, ac ministros Ecclesiarũq;, & ordinum prælatos, superiores, & personas quę stas huiusmodi impedientes censuris ecclesiasticis in nodare, & alias in pluribus grauiter excedentes in diuinę maiestatis offensam, ac suarum, & christifidelium animarum perniciem, ac ordinariorum perturbationem, & piarum mentium scandalum, præsumant.

¶Nos qui Deo propitio gregis Dominici, meritis liceat insufficientibus, curam gerimus, & illum spiritualis thesauri elargitione cupimus ipsi Deo reddere acceptabilem, ex pręmissis, & alijs rõnabilibus cãis animum nostrũ mouentibus, fęlicis recordationis Calixti iiij. Clementis vij. Pauli iij. Iulij similiter iij. & diuersorum aliorum Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum vestigiis Inhęrentes. ¶ Motu proprio non ad alicuius nobis, super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de mera nostra voluntate, & deliberatione omnes, & singulas Indulgentias, etiam perpetuas, & peccatorum remissiones fabricę, & ecclesię huiusmodi nec non Sancti Ioannis Hierosolimitañ. etiam pro constructione, & ædificatione illius Nouæ Ciuitatis prędictis, & quibusuis alijs Hospitalibus, Monasterijs, Ecclesijs, Domibus, militijs, ordinibus etiã mendicantium, congregationibus, confraternitatibus, & vniuersitatibus, & pijs locis, Illorumq; ordinibuscapitulis, Conuentibus Magistris, superioribus, & tàm secularibus, quàm quorumuis etiam mendicantium ordinum regularibus, personis tàm singularitater, quàm vniuersaliter, per quoscunque Romanos Pontifices prędecessores nostros, ac nos sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis clausulis, & decretis etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac ex quibusuis etiam vrgentissimis causis, etiam causa redemptionis captiuorum, & alias quomodolibet concessis, pro quibus consequendis, manus sunt porrigendę adiutrices, et quæ

Reuocatio pręfatarum indulgentiarum.

Cõc. Trid. sess. vlt. de refor. circa finem ĩ decreto de indulg.

 quęstuandi

queſtuandi facultatem quomodolibet continent, Illarũ omnium tenores formas derogationes, & decreta, præſentibus pro expreſsis habentes, authoritate Apoſtolica tenore preſentium, perpetuò reuocamus, caſſamus, irritamus, & annullamus, ac viribus euacuamus.

¶ Ex inſuper perpetuò hac noſtra valitura conſtitutione decernimus, quòd ex nũc de cętero ſub indignationis noſtrę pœna, prætextu Indulgentiarum, & facultatuum per quoſcunque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, ac nos, & ſedem Apoſtolicam, etiam motu ſimili, ac ſedis Apoſtolicę legatos, & alias quomodolibet conceſſarum. ¶ Et quas à nobis, & ſede prædicta in poſterum verbo, litteris, aut quauis alia ſcriptura, etiam manu noſtra ſignata, etiam cum clauſula, quòd ſola ſignatura ſufficiat, etiam in fauorem fidei, aut cruciatę ſanctę, vel cuiuſcunq; alterius piæ cauſæ, etiam priuilegiatæ, concedi quomodolibet contigerit, nullus quauis etiam Epiſcopali, Archiepiſcopali, & Patriarchali, aut maiori dignitate, etiam Cardinalatus honore, ſeu etiam Regali, temporali excellentia prefulgeat, audeat, vel pręſumat quæſtas facere, aut nuntios, quęſtores, commiſſarios, Theſaurarios, Receptores pro illis recipiendis in dictis hoſpitalibus, eccleſijs, domibus, monaſterijs, & alijs locis ſupra nominatis, vel pro eis, aut illorum nominibus alibi conſtituere, & deputare, niſi ex ſpeciali licentia, & ex certa ſcientia noſtris, & Romani Pontificis pro tempore exiſtentis, de qua per litteras noſtras, & eiuſdem Romani Pontificis pro tempore exiſtentis, locorum ordinarijs, vel eorum in ſpiritualibus vicarijs, ſeu officialibus, derogationem pręſentis noſtrę conſtitutionis illius tenore de verbo ad verbum inſerto expreſſè continentes.

¶ Nos enim ex nunc irritum decernimus, & inane quicquid ſecus ſuper his à quoquam, quauis authoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari, conſtare debeat.

¶ Mandamus in virtute Sanctę obedientię omnibus, & ſingulis venerabilibus fratribus noſtris Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, quatenus in ciuitatibus

bus,& diœceſ. ſuis, pręſentes noſtras litteras publicare, & obſeruare debeant. Rogantesque, omnes, & ſingulos Principis ſeculares,& alios dominos, & Magiſtratus té- porales,eiſque per viſcera miſericordiæ Domini noſtri Ieſu Chriſti in remiſſionem peccatorum ſuorum iniungentes,quatenus in pręmiſſis eiſdem Patriarchis, primatibus,Archiepiſcopis,& Epiſcopis aſſiſtant, & ſuum auxilium,& fauorem præſtent,cū auxilio brachij ſecularis.

Executio huius bullę pręcipitur

¶ Non obſtantibus pręmiſsis, ac quibusuis Apoſtolicis, nec non in prouintialibus,& ſynodalibus concilijs editis generalibus,conſtitutionibus,& ordinationibus, nec non fabricæ eccleſię,Hoſpitalium,monaſteriorum, militiarum,confraternitatum,ordinum, capitulorum, conuentuum aliorum,& locorum prædictorum,& quorumuis illorum membrorum, & eccleſiarum, etiam cathedralium,& metropolitanarum, etiam iuramento,confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus,ſtabilimentis,vſibus, & naturis, priuilegijs quoque indultis, & litteris Apoſtolicis illis,& præſertim Sancti Ioannis,& Sancti Lazari,ac Sancti ſpiritus in ſaxia, Hoſpitalibus,nec non S. Antonij de S.Antonio, & Sanctorum Nicolai, & Bernardi Montis Iouij Monaſteriis,ipſorumque monaſteriorum hoſpitalibus, ſingulorumque eorum conuentibus ſuperioribus, & perſonis præfatis per quoſcunque Romanos Pontifices prędeceſſores, ac nos, & ſedem Apoſtolicam ſub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus,& inſolitis clauſulis, nec non irritantibus, & aliis decretis etiam motu ſimili, & ex certa ſcientia, ac quauis etiam Imperiali, vel Regali conſideratione, vel inſtantia, & alias quomodolibet conceſſis approbatis, & innouatis quibus omnibus, etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica,indiuidua, & expreſſa, non autem per clauſulas generales idem importantes

huic breui nihil pót obſtare.

mentio

mentio, seu quęuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruāda foret, tenores huiusmodi ac si de verbo ad verbum nihil pęnitus omisso, & forma in illis tradita obseruata inserti forent præsentibus, pro sufficienter expressis habentes, motu scientia, & potestatis plenitudine, similibus spetialiter, & expressè derogagamus, & sufficienter derogatum esse volumus, contrarijs quibuscunq;, aut si aliquibus communiter, vel diuiuisim ab Apostolica sit sede indultum, ꝙ interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas, non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiusmodi mentionem.

¶ Volumus autem quòd præsentes litterę in cancellaria nostra Apostolica, & acie Campi Flore de more publicentur, & inter cōstitutiones perpetuò valituras describantur. ¶ Et quia difficile foret, easdem præsentes ad singula quęque loca deferri, volumus, & etiam declaramus, quòd earum transumptis etiam impressis, manu alicuius notarij subscriptis, ac siggillo alicuius pręlati munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur, si originaliter forét exhibitę, vel ostésę. ¶ Nulli ergo omninò hominum liceat hâc paginam nostræ reuocationis, cassationis, irritationis, annullationis, vacuationis, decreti, mandati, iniunctionis, derogationis, voluntatis, & declarationis infringere, vel ei ausu temerario contraire, siquis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurū. Datum Romę apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ 1567. sexto idus Februarij. Pontificatus nostri anno secundo.

S.D.N.

S. D. N. D. PII PAPAE V. *constitutio, de priuatione clericorum propter incontinentiam, & eorum traditione brachio sæculari.*

AD perpetuam rei memoriã. Horrendum illud scelus, quo pollutę fœdatęq; ciuitates tremendo Dei iuditio conflagrarunt, acerbissimum nobis dolorem inurit, grauiterq; animum nostrum commouet, vt ad illud quantum potest comprimendum, studia nostra conferamus. Sanè Lateranensi Concilio dignoscitur constitutum, vt quicunq; clerici, illa incontinentia quæ contra naturam est, propter quam ira Dei venit in filios diffidentię, deprehensi fuerint laborare, à clero deijciatur, vel ad agendam in Monasterio pęnitentiam detrudatur. ¶ Verum ne tanti flagitij contagium impunitatis spe, quę maxima peccãdi illecebra est, fidentius inualescat, clericos hui⁹ nefarij criminis reos, grauius vlciscendos deliberauimus, vt qui animę interium non horrescunt, hoc certè deterreat ciuilium legum vindex gladius sęcularis. Itaq; quod nos iam ipso Pontificatus nr̃i principio, ac de re decreuimus, plenius nũc, fortiusq; persequi intendentes, oés, & quoscunq; presbyteros, & alios clericos, sęculares, & regulares, cuiuscunq; gradus, & dignitatis, tam dirũ nefas exercẽtes, oĩ priuilegio clericali, oĩq; officio, dignitate, & benefitio ecclesiastico p̃sentis canonis authoritate priuam⁹, ita qđ p iudicé ecclesiasticũ degradati, potestati statim sęculari tradantur, qui de eis illud idé capiãt suppliciũ, qđ ĩ laicos hoc ĩ exitio deuolutos, legitimis reperit̃ sanctionibus cõstitutũ. Nulli ergo oĩnò hoĩum liceat hanc paginã nostrę priuationis, & decreti, ĩfrigere, vel ei ausu temerario cõtraire. Si qs aũt hoc attentare pręsumpserit, indignationé oĩpotentis

Sanctissima prouisio.

Dei

Dei, ac B. Petri, & Pauli Apost. eius se nouerit incur. Dat. Rom. apud S. Petrum Anno incarnationis Dñicæ, 1568. octauo tertio Kl. Settéb. Pont. nostri anno tertio.

Cę. Glorierius.

H. Cumyn.

Publicatio bullę.

Anno à natiuitate Domini 1568. Indictione xi. die verò tertia mensis Settembris Pontificatus Sanctiss. in Christo patris Pij Papę Quinti anno tertio, retroscriptæ litteræ Apostolicę affixæ, & publicatæ fuerunt ad valuas Basilicæ Principis Apostolorum de vrbe, Cancellariæ Apostolicę, & in acie Campi Floræ, per nos Antonium clerici, & Christianum de Monte prælibati Sanctissimi D. nostri Papę Cursores.

Io. Andreas Panizza Magister Cur.

CONSTITVTIO S.D.N. PII Papa V. ne in popularibus concionibus disputetur de conceptione gloriosæ Dei genitricis Mariæ, quæ & innouantur quæ desuper per fe. re. Sixtum Papam Quartum, & sacrum Tridentinum Concilium statuta fuerunt.

PIus Episcopus seruus seruorũ Dei, Ad perpetuam rei memoriam. Super speculum Domini viribus licet exiguis, constituti, prophetæ sollicitudinem imitantes, die noctuque ad diuersos ecclesiæ status nostræ mentis aciem intendimus, studiosè prouidentes, vt communi Domino ab omnibus gradibus fideliter seruiatur, ac illis maximè, quibus digniora ministeria diuini spiritus fauore creditæ sunt, inter quos diuini verbi prędicatores adnumerandos esse nemo dubitare poterit, qui eorum munus ab ipso Do-

ſo Domino conſecratum, Apoſtolis præcipuè iniunctum fuiſſe animaduertit, qui ſi adepto gradu dignè fungerentur, Euangelizantes pacem, annuntiantes bona, prædicantes ſalutem, non ſolum vox eorum dulcis, verũ & ſpecioſi pedes viderentur, & fraternæ ſalutis vberes fructus referentes, multam fiduciam haberent in die Domini. ¶ Verum quod neque ſine animi dolore accepimus, nec referre poſſumus: quidam diuerſorum ordinũ regulares, clericiq; ſeculares, ommiſsis quæ diuinæ maieſtatis gloriam, & ſanctiſsimę Dei genitricis, aliorum diuinorum venerationem, atq; fidelium pietatem, promouere poterant, quòd Apoſtolus in quibuſdam arguit, languent circa quęſtiones, & pugnas verborum, ex quibus oriuntur inuidiæ, & contentiones, cœteraq; vitiorum monſtra, potiſsimum verò cum de glorioſæ Virginis M. Conceptione ſermo inciderit tàm pertinaciter, pro alter utra parte cõtendunt, ac ſi de illis dogmatibus eſſet, quæ corde credere ad iuſtitiam, ore confiteri ad ſalutem neceſſarium eſt. Quibus illud prophetæ conuenire videtur dicunt, ait Dominus cum ego non ſim loquutus, cum S. R. E. omnium eccleſiarũ magiſtra, & doctrix diſciplinę, de ea re huculq; non definierit, nemo abſq; temeritate, prę iudicare, vel alterius partis ſententiam damnare pót. ¶ Et quaſi deſint præclariſsima inuentricis gratiæ merita, quæ nec angelica quidem lingua ſatis dignè referri poſſunt, & cum ex illo vberimo fonte, puteoq; aquarum viuentium, nõ poſsint ſaluberrimas haurire aquas, quibus fidelis populus, magna cum vtilitate, atq; dulcedine reficeretur, ad diſſipatas ciſternas occurrũt, ſtultas ſcilicet & ſine diſciplina quæſtiones, quæ generant lites, quas nec frequens multitudo intelligere, nec viri ſapientes, qui capiunt, vtiliter percipere valent, præſertim qm̃, vt experimento didicimus, ipſorum concionatorum qui ad quæſtiones hmõi proponendas facilius erumpere ſolent, maior numerus materiæ difficultatem prorſus ingnorantes, neque intelligentes, quę loquntur, aut de quibus affirmãt ſimplicium animos, indiſcretę deuotionis obtentu, vel

Laus Beatæ Virginis Mariæ.

potius

potius loquacitatis, & ostentionis esse ctu, ad tumultus, & simultates concitant, quos tumultātes atq; dessidentes componere, sedareq; potius oportebat. Cumq; paruulis in Christo lac infundere, prouettis solidum cibum apponere deberent, dum in hmōi controuersijs interminatis versantur, omnibus vbera proferunt arentia, quod non absque maledictionis nota legimus in propheta. ¶ Nos igitur qui prędecessorum nostrorū saluberrima decreta pro viribus salua esse cupimus, potissimum illa quæ à sacrosancta synodo Trid. denuò sunt confirmata, liberam cuiq; facultatem relinquentes opinandi huius controuersiæ quamlibet partem prout, vel magis pium, vel magis probabilem esse iudicauerit. ¶ Prędictorum igitur concionatorum, aliorumq; cōtentioni, atq; temeritati, populorumq; scandalis occurrere studētes. Motu proprio, nō ad alicuius nobis super hoc oblatæ petitionis instātiam, sed ex certa nostra scientia, ac de Apost. potestatis plenitudine, statutum fe. re. Sixti iiij. prędecessoris nostri, sup ea re, quod à prędicta synodo īnouatum est. (Illud prę sentibus, ac si de verbo ad verbum esset insertū, ꝑ plenè & sufficiēter expresso, & inserto habētes) Apost. autho. tenore pñtium, confirmamus, & approbamus Atq; vt de inceps efficacius à cunctis obseruetur ꝑpetuò statuimus, & ordinamus, ac per Apost. scripta mandamus, quatenus nemo cuiuscūq; ordinis, gradus, cōditionis, vel dignitatis existat in popularibus concionibus, vel vbicunq; promiscua virorū & mulierū multitudo cōuenire solet, de hui⁹ cōtrouersię alterutra parte disputare rōnibus, vel doctorū authoritate asserendo propriā sententiā, & contrariā refellendo, aut impugnando, vel de hac ipsa quæstione, cuiusuis pietatis, aut necessitatis prętestu vulgari sermone scribere, vel dictare præsumat. ¶ Qui contrafecerit suspēsionis pęnā à diuinis absq; noua declaratione ipso facto incurrat, si modo fuerit in sacris Constitutus, & quocunq; pręterea gradu, siue dignitate, vel administratione fungatur illis omnibus sit ipso iure priuatus, & ad eadem, vel similia munera obtinenda, vel obeunda perpetuæ

Sess. 5. ī decreto de peccato orig. in fine.

Noua prouisio.

Pœna suspensionis.

petuæ in habilitatis censurę ipso, etiam facto sit obnoxius, super quibus nisi à Rom. Pont. pro tẽpore existente dispensari, siue absolui non possit, & nihilominus alijs pœnis, si opus fuerit, à proprio prælato pro delicti mensura infligendis subijciatur, prout subijcimus. ¶ Cœterũ quamdiu per Apostolicam sedem, altera pars diffinita nõ fuerit, oppositaq; sententia condemnata, liceat viris doctis ĩ publicis academię disputationibus, siue generaliũ, aut prouintialiũ capitulorum, vel vbi alias intersunt, qui rem capere possunt, nec scãdali vlla subest occasio, de illa quæstione differere, & argumentis vtramlibet partẽ, vel asserere vel ĩpugnare, dum tñ neutra, veluti erronea præiudicetur, seruenturq; illa oĩa, quę a dicto Sixto prędecessore nostro statuta sunt, quorũ singula, vt ꝓfertur, etiam quantum ad alias pœnas duximus innouanda, & innouamus per pręsentes. ¶ Vt autem hæc nostra constitutio & pręmissa oĩa ad eorũ oĩum, quorum interest, notitiam congruentius peruenire possint, in uirtute sanctæ obedientiæ & sub pęna suspensionis ab ingressu ecclę, etiam eo ipso incurrenda, si in his, quę mandamus exequendis se negligentes exhibuerint, pręcipimus, & mandamus, oĩbus, & singulis locorum ordinarijs, & eorundẽ Vicarijs suffraganiis, & officialibus quibuscunq;, & alijs singulis ad quos quolibet spectat, & pertinet, quatenus hmõi nostram constitutionem singulis suę diœcesis, vel districtus prædicatoribus, & alijs quibusuis expedire iudicauerit opportunè insinuẽt, & publicent, ac insinuari, & publicari faciant. Et ne quis in posterum quoquomodo ignorantiam de præmissis possit prætendere, aut se contra pręmissa valeat excusare. ¶ Volumus, & similiter eadem authoritate decernimus, & mandamus, quod præsentes litterę per aliquos ex nostris cursoribus in Basilicarum Sancti Ioannis Lateranensis, ac principis Apostolorum, & Cancellariæ Apostolicæ valuis, ac in acie Campi Floræ de vrbe de more publicentur, & affigantur, & illis inde amotis remaneant in eisdem locis earundẽ exempla affixa, quę publicatio, & affixo, ita

Notitia huius bullæ.

omnes

omnes ad quos spectat afficiat, & arceat, ac si illis personaliter intimatę fuissent.¶ Non obstantibus constitutionibus,& ordinationibus,ac quibusuis indultis, & litteris Apostolicis, quibusuis personis, etiam quantumcunque qualificatis,& in quacunq; etiã Cardinalatus, Patriarchali,Archiepiscopali,epali,& quauis alia dignitate, & honore constitutis, etiam quòd interdici suspendi vel excommunicari nequeant,quomodolibet cócessis, quæ eis contra præmissa in aliquo suffragari non posse decernimus, cæterisque contrarijs quibuscunque.¶ Volumus insuper, & decernimus quod præsentes vim perpetuæ, & irretragabilis constitutionis obtineant, & quòd illarum transumptis etiam impressis,manu alicuius Notarij subscriptis & siggillo alicuius personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis,eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus litteris adhiberetur si ostensæ, vel exhibitæ forent, regula Cancellariæ nostrę Apostolicę quacunque in contrarium disponente,non obstante. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostrę cófirmationis, approbationis,statuti,ordinationis, mandati,subiunctionis,innouationis,pręcepti,voluntatis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contrairę. Si quis autem hoc attentare pręsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorú eius se nouerit Incursurum. Datum Romæ apud Sanctú Petrum, Anno Incarnationis Dominicę 1570. pridie Cal. Decemb. Pontificatus nostri anno quinto.

Cę. Glorierius

H. Cumyn.

Publicatio bullæ.

Anno à Natiuitatè Domini nostri Iesu Christi 1570. Indictione xiij. Die vero vij. mensis Decembris Pontificatus Sanctissimi in Christo patris,& Domini nostri Domini Pij diuina prouidentia Papę Quinti anno quinto, retróscriptę litteræ Apostо. affixę,& publicatæ fuerunt in Basilicam sancti Ioannis Lateranensis, & principis

Apostolorum

Apostolorum de vrbe, ac Cancellariæ Apostolicę valuis, & acie Campi Florę dimissis illarum copijs affixijs per nos Ioannem Andream Panizzam, & Petrum Aloysium Gaytam, pręlibati S. N. Papę Cur.

Camillus Cherubinus Magister Cur.

S. D. N. D. GREGORII PP. XIII. constitutio, ne Agnus Dei benedicti Minio inficiantur, nec uenales proponantur.

GRegorius Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Omni certo studio, & opera à nobis procurandum est, vt ea tollantur quę non conueniunt, ac nostrum, & aliorum bonorum piorumq; Christi fidelium animos offendunt. Itaq; prouidè considerantes certas formas Innocentissimi Agni immagine figuratas, & per Rom. Pont. statutis tẽporibus cõsecrari solitas, sicut Agni puri, & mundi à sũmo Pont. benedicuntur, ita ab oĩbus postmodum immaculatas nõ aũt auro, & coloribus vllis depictas, sed ĩ suą albedinis munditiæ sanctificatas congruenti cum reuerentia teneri, & conseruari debere, statuimus, & ordinamus, ac sub excõicationis pœna ipso facto incurrenda prohibemus, & interdicimus, ne quispiam siue vir, siue mulier, sęcularis, aut ecclesiasticus, etiã regularis ordinis ille sit, & quocunq; gradu, conditione, statu, nomine, dignitate, & honore pręcellat, post hac in perpetuum Agnos Dei per Romanum Pontificem pro tempore existentem benedictos depingere, inficere, minio notare, vel aurum, aut co

lorem

lorem aliquem illis imponere, aut quicquam aliud super inducere, neq; depingi, aut miniari facere, nec illos venales proponere, seu tenere quouis pręteſtu, qualibet ue de cauſa audeát: verũ eos albos, & mundos agnum illum purum & innocentem repreſentantes, qui occiſus prætioſsimo ſanguine ſuo nos redemit, decenter ac reuerenter à cunctis haberi, deferri, & cuſtodiri pręcipimus, & ita ab oĩbus fieri, & cenſeri debere decernimus. ¶ Mandantes oĩbus, & ſingulis locorũ ordinarijs per vniuerſũ Chriſtianũ orbẽ conſtitutis, eorumq; Vicarijs in ſpũalibus generalibus, vt pręſentem noſtrã conſtitutionem, & prohibitionem in ſuis quiſq; Ciuitatibus, & diœceſibus ſtatim publicare procurent, ita vt ad omnium notitiam quamprimum peruenire posſit. ¶ Quicunque verò inobedientes fuerint, præter excõicationis pœnam quã, vt pręfertur, incurrent, etiã alijs pœnis ipſorum ordinariorum ſeu vicariorum arbitrio plecti, & mulctari volumus, & iubemus. Non obſtantibus cõſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cęteriſq; cõtrarijs quibuſcũq;. Volumus ét quod pñtium litterarũ exemplis, ét impresſis manu Notarij publ. ſubſcriptis, & ſiggillo alicuius plati eccleſiaſtici obſignatis plena eademq; prorſus fides vbiq; adhibeatur, quę ipſis pręſentibus adhiberetur, ſi forét exhibitę uel oſtenſę. Datum Romę apud S. Petrum anno incarnationis Dominicę 1572. octauo Calen. Iunij Pont. noſtri anno primo.

Publicatio bullę pręcipitur.

Pœna cenſurę contra inobedientes.

Cę. Glorierius.

M. Datarius. H. Cumyn.

Regiſtrata apud Cæſarem Secretarium.

Publicatio bullę.

Anno à natiuitate Domini 1572. indictione xv. die vero vndecima Menſis Iunij. Pont. ſanctisſimi in Chriſto patris, & D.N.D. Gregorij diuina prouidentia Papę XIII. anno primo, retroſcriptę litterę Apoſtolicę affixę, & publicatę fuerunt ad valuas Baſilicę Principis Apoſtolorum de vrbe, & cãcellarię Apoſtolicę, ac in acie Cãpi Florę, per nós Scipioné de Octauianis, & Antoniũ clerici cur.

Camillus Cherubinus Magiſter Cur.

NOTANDA

BVLLA S.D. N.D. Gregorii Papæ XIII.
Lecta in die Cenæ Domini Anno M. D. LXXIII.
In nomine sanctæ, & indiuiduæ Trinitatis, Patris & Filii, & Spiritus sancti. Amen.

NOVERINT Vniuersi hoc præsens publicum transumptum inspecturi, quòd nos Alexander Riarius Patriarcha Alexandrinus, Curiæ Causarum Cameræ Apost. Auditor, Romanæq; Curiæ Iudex ordinarius, Sententiarumq; & Censurarũ in eadem Ro. Cu. & extra eam latarum, ac quarumcunq; literarum Apostolicarum vniuersalis executor ab eodem S.D.N. Papa deputatus, vidimus, & diligenter inspeximus literas Apostolicas S.D.N. Gregorii diuina prouidentia Papæ xiii. hodie, qui fuit dies Iouis Sancti, & Cenæ Domini, & solemniter more solito lectas & publicatas eiusq; vera Bulla plumbea cum cordula rubei croceiq; colorum more Ro.Cu. pendente Bullatas, & omni suspicione carentes subsequentis tenoris. Initiũ trãsũpti Bullę.

GREGORIVS Episcopus Seruus Seruorum Dei ad Futuram Rei Memoriam.

CONSVEVERVNT Romani Pontifices prædecessores nostri, ad retinendã puritatem religionis Christianæ, & ipsius vnitaté, quæ in coniunctione membrorum ad vnum caput, Christum videlicet, eiusque vicariũ, principaliter consistit, & sanctam fidelium societatem ab offensione seruãdam, arma iustitiæ per ministerium Apostolatus in præsenti celebritate exercere. Prooemium Bullę.

Nos igitur vetustum, & solemnem hũc morem

In Hereticos & fautores eorũ, & recedentes ab Apost. sedis obedientia.

sequentes, excõmunicamus, & anathematizamus ex parte Dei omnipotentis, Patris, & Filii, & spiritus sancti, auctoritate quoque beatorum Apostolorum Petri & Pauli, ac nostra quoscunque vsitas, Vicleuitas, Lutheranos, Zuuinglianos, Caluinistas, Vgonottos, Anabaptistas, Trinitarios, ac omnes, & singulos alios Hæreticos, quocunque nomine nuncupentur, & cuiuscunq; sectæ existãt credentes, receptatores, & fautores, & generaliter quoslibet defensores, ac eorundem libros sine auctoritate nostra & sedis Apostolicæ, scienter quomodolibet legentes, aut tenentes, imprimentes, seu quomodolibet defendentes ex quauis causa publice, vel occulte, quouis ingenio, vel colore: necnon Schismaticos, & eos, qui in animarum suarum periculum se a nostra, & Rom. Pont. pro tempore existentis obedientia, pertinaciter subtrahere, seu quomodolibet recedere præsumunt.

In appellãtes a Papa ad futurũ cõciliũ.

Item excõmunicamus, & anathematizamus omnes, & singulas personas cuiuscunq; status, gradus sea conditionis fuerint, & interdicimus, vniuersitates, Collegia, & Capitula, quocunq; nomine nuncupẽtur, ab ordinationibus, sententiis, seu mandatis nostris, ac Rom. Pont. pro tempore existentium, ad vniuersale futurũ Concilium appellantes, vel ad id cõsiliũ, auxiliũ, uel fauorẽ dãtes.

In Piratas, & fautores eorũ & in rapientes bona naufragantiũ

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes Piratas, Latrunculos maritimos, & illos præcipue, qui mare nostrum a Monte argentario vsque ad Terracinam discurrere, & nauigantes in illo deprædari, mutilare, interficere, ac rebus

& bonis suis spoliare præsumunt, ac omnes rece ptatores eorundem, & eis auxilium scienter dantes, vel fauorem. Ac omnes, & singulos, qui Christianorum quoruncunq; nauibus tempestate in transuersum (vt dici solet) iactatis, aut etiam submersis, & naufragium passis, siue in ipsis nauibus, siue ex eis dilapsa, & in mari, uel littore inuenta, cuiuscunque generis bona, tam in nostris Tyrrheni, & Adriatici, quam in quibuscunq; aliis cuiuscunq; maris regionibus, & littoribus rapuerint, aut scienter ipsi sibi acceperint, aut ab aliis rapta, seu accepta similiter scienter receperint: nec ob quodcunq; priuilegium, consuetudinem, aut longissimi etiã immemorabilis tẽporis possessionẽ seu aliũ quẽcũq; ꝑtextũ excusari possint

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes qui in terris suis noua pedagia, seu gabellas ad id potestatem non habentes imponunt, vel prohibita exigunt. In imponẽtes noua pedagia

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes falsarios Bullarum, seu literarum Apostolicarũ, & supplicationum gratiam, vel iustitiam concernentium, per Romanũ Pont. vel S.R.E. Vicecancellarium, seu gerentes vices eorum, de mã dato eiusdem Rom. Põt. signatarũ, aut sub nomine eiusdem Rom. Pont. seu Vicecãcellarii, aut gerentium uices prædictorũ signantes supplicationes easdem, extendentes capitulum, Ad falsariorum, cũ omnibus pœnis in eo contentis ad falsificantes, seu mutantes supplicationes per nos, seu de mandato nr̃o signatas & datatas sine nostra In falsificatores literarum & supplicationũ Apost.

aut Datarii nostri licentia.

In deferẽtes prohibita in fidelibus, eosque certiores faciunt de rebus concernen. statũ rei pub. christianę, ac perturbãt prosecutioné fœderis & belli cõtra Turcas.

Item excõicamus, & anathematizamus omnes illos qui Equos, Arma, Ferrum, Filum ferri, Stannum, Chalybem, omniaque alia metallorum genera, atque bellica instrumenta, lignamina, canapẽ funes tã ex ipso canape, quã ex quacunque alia materia, et ipsam materiã aliaque prohibita deferũt Saracenis, Turcis, & aliis Christi nominis inimicis, qbus Christianos inpugnant: Necnõ illos qui per se uel alium seu alios de rebus Christianę Reip. statũ concernentibus, in Christianorũ perniciẽ, & dãnũ ipsos Turcas, & Christianæ Religionis inimicos certiores faciunt, illisque cõsiliũ auxilium uel fauorem quomodolibet præstant: Ac q fœderis, necnon eius sacri belli contra ipsos turcas initi prosecutionem directe uel indirecte, secrete uel publice impedire, uel perturbare præsumunt: Non obst. quibuscunque priuilegiis, & concessionibus quibuscunque Principibus & Dominis siue priuatis personis, per nos & sedẽ prædictam hactenus forsan concessis, quæ illis nolumus in aliquo suffragari.

In impedientes eos qui uictualia ad vrbẽ deferunt.

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes impedientes, seu inuadentes victualia, seu alia ad vsum Romanæ Curiæ necessaria adducentes, vel qui ne ad Romanam Curiam adducantur, uel deferantur, impediũt, seu perturbant, vel qui talia fieri faciunt, vel defendunt, cuiuscunque fuerint ordinis, præeminentiæ, conditionis & status etiã si Põtificali, uel Regali, reginali, aut alia quauis ecclesiastica, uel mũdana pfulgeat dignitate.

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui ad ſedem Apoſtolicam uenientes & recedentes ab eadem, necnon omnes illos qui iuriſdictionem ordinariã uel delegatam non habentes in eadem Curia morantes temeritate propria capiunt, ſpoliant, detinent, aut ex propoſito deliberato verberare, mutilare, uel interficere præſumunt, vel qui tali fieri mandant.

In eos qui veniẽtes Romã vel ibi cõmorãtes offẽdũt.

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes mutilantes, vulnerantes, & interficientes capientes, detinentes ſeu depredantes Romipetas ſeu Peregrinos ad Vrbem cauſa deuotionis, ſeu peregrinationis accedentes, & in ea morantes, vel recedentes ab ipſa, & illis dantes auxilium conſilium, vel fauorem.

In eos qui peregrinos ad vrbẽ venientes offendũt.

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes mutilantes, uerberantes, vulnerantes, interficientes, capientes, incarcerantes, & detinentes S.R.E. Cardinales, extendentes C. Fælicis, cum omnibus pœnis in eo contenti, ad Patriarchas, Archiepiſcopos, & Epiſcopos, Sediſque Apoſtolicæ Legatos, vel Nuncios, aut præfatos Legatos et Nuncios ex ſuis terris, ſeu dominiis, aut Patriarchas, Archiepiſcopos, & Epiſcopos, a suis diœceſibus eiicientes, eaq; mandantes, ſeu conſilium, uel auxilium præſtantes.

In eos q̃ manus iniiciunt in S.R.E. cardin. uel prælatos, seu nuncios

Item excõicamus, & anathematizamus oẽs illos, qui per ſe uel aliũ ſeu alios quaſcunq; perſonas Eccleſiaſticas, vel ſeculares ad dictã Curiã ſuper eorũ cauſis & negotiis recurrentes, illasq; in eadẽ Curia proſequentes, aut procurantes, nego

In eos qui cauſarũ pendẽtiũ curium, & literarũ apoſtolicarũ execquutionẽ i

pediũt, & p- sonas easdem causas prosequentes offendunt.

tiorumq; gestores, Aduocatos, Procuratores ipsorũ, seu etiã Auditores, vel Iudices, super dictis causis, vel negotiis deputatos occasione causarum uel negotiorũ huiusmodi verberãt, mutilant, uel occidunt, seu bonis spoliant, uel qui per se uel alium seu alios directe uel indirecte prędicta exequi uel procurare, aut in eisdem consilium auxilium uel fauorem prętare non uerentur, cuiuscũq; prçeminentię & dignitatis fuerint. Ac illos, qui aliquas literas Apostolicas, & in forma Breuis tã gratiã, quã iustitiã cõcernentes, ac etiã citatiões inhibitiones, sequestra, monitoria, uel res iudicatas, decreta, processus, & executoriales, aliaque decreta quæcunque a nobis, sede Apostolica, Legatis, Nunciis, Præsidentibus, Cameræ Apostolicę Auditoribus, & Commissariis, aliisque iudicibus & delegatis Apostolicis emanata, aut pro tempore emanatura, simpliciter, uel sine eorum beneplacito, consensu, uel examine, & forsan certo p̃tio soluto, executioni demãdare inhibent uel impediunt, quiue impediri uel inhiberi procurant; at Notarios, Executores, uel Subexecutores literarum, citationum, monitoriorum, & omnium prædictorum capiũt, incarcerant, & detinẽt, vel capi incarcerari & detineri faciunt: Neue Tabelliones, & Notarii super huiusmodi literarũ & processuum executione instrumenta, uel acta conficere, aut confecta parti cuius interest, tradere debeant: qui ve etiã sub quibusuis pœnis, quibuscunque personis in genere uel in specie, ne pro quibusuis eorũ negotiis prosequendis, seu gratiis

vel literis impetrandis ad Romanã Curiã accedat aut recursum habeãt, seu gratias ipsas uel literas a dicta sede impetrent, seu impetratis vtantur, directe, vel indirecte prohibere, statuere, seu mandare, vel eas apud se, aut aliam quãcunq; psonam etiam Notariũ, vel Tabellioné retinere psumunt.

Itē excõmunicamus, & anathematizamus omnes, & singulos Cancellarios, Vicecancellarios, & Cõsiliarios ordinarios & extraordinarios quorumcunq; Regum, & Principum, ac præsidentes Cancellariarum, consiliorum, & parlamentorum: necnon procuratores generales eorundem vel aliorum Principum sæcularium etiam si Imperiali Regali, Ducali, vel alia quacunq; prefulgeant dignitate, quocunque nomine nuncupētur: aliosq; Iudices tam ordinarios quam delegatos: necnon Archiepiscopos, Episcopos, Abbates, Cõmendatarios, Vicarios, & officiales, qui per se, vel alium, seu alios quaruncunq; exéptionum, vel aliarum gratiarum, & literarum Apostolicarum prętextu beneficiales, & decimarum, ac aliàs spirituales, & spiritualibus annexas causas ab Auditoribus, & Cõmissariis nostris aliisque iudicibus ecclesiasticis auocant, illarumue cursum, audientiam, ac personas, capitula, conuentus, collegia causas ipsas exequi volentes auctoritate laicali impediunt, et se de illarum cognitione tanquam iudices intromittere, ac partes actrices, quæ illas cõmitti fecerunt, & faciunt ad reuocandum, & reuocari faciēdum citationes, vel inhibitiones, aut alias literas in eis decretas, & ad faciendum eos, contra quos

In officiales & prælatos qui spirituales causas a iudicibus apostolicis auocāt, & exequutioné literarum & mandatorum apostolicorũ impediunt.

tales inhibitiones emanarunt, a censuris, & pœnis in illis cótentis absolui ordinant, & compellunt, vel alias executione literarum Apostolicarum, vel executorialium, processuum, ac decretorum prędictorum, etiam sub prætextu uiolentiæ prohibēdæ, vel quod ad nos informandos, vt ipsi aiunt supplicauerint aut supplicari fecerint nisi ipsi supplicationes huiusmodi corā nobis, & sede Apostolica legitime prosequantur, quomodolibet impediunt, vel suum ad id fauorem, consilium aut assensum præstant.

In eos qui personas Ecclesiasticas ad eorum tribunal trahunt, & qui statuta cōtra libertaté ecclesię faciunt.

Quiue ex eorum officio, vel ad instantiam quorūcunq; personas Ecclesiasticas, Capitula, Cóuentus, & Collegia Ecclesiarū quaruncunq; coram se ad eorum tribunal, audientiam, Cancellariam, Cósilium, vel parlamentum, pręter iuris canonici dispositionem trahunt, vel trahi faciunt, vel procurant directe, vel indirecte, quouis quæsito colore. Necnon qui statuta, ordinatiões, Constitutiones, Pragmaticas, seu quæuis alia decreta in genere, vel in specie, ex quauis causa, & quouis quæsito colore, etiam sub prætextu literarum Apostolicarum in vsu nó receptarum seu reuocatarum, uel cuiusuis cōsuetudinis aut priuilegii uel alias quomodolibet facient, ordinabunt, & plubicabunt, vel factis, & ordinatis utentur, per quas, & quę libertas ecclesiastica tollitur, seu in aliquo læditur, vel deprimitur, aut alias quouismodo restringitur, seu nostris, & dictæ sedis iuribus quomodolibet tacite, vel expresse præiudicatur.

In impedientes iudicū ecclesiasticorū

Nec nō qui Archiepiscopos, Episcopos, aliosq; supiores, uel inferiores Prælatos, & omnes alios

quoſcunq; Iudices Eccleſiaſticos ordinarios quo- modolibet impediunt, quo minus ſua iuriſdictiõe eccleſiaſtica contra quoſcunq; utantur, ſecundũ quod Canones & ſacræ conſtitutiones eccleſiaſti cę, & decreta Conciliorum generalium, & præſer tim Tridentini, ſtatuunt.

iurisdictionẽ

Quiue iuriſdictiones, ſeu fructus, redditus, & ꝓuentus, ad nos & ſedẽ Apoſt. & quaſcunq; eccle ſiaſticas pſonas rõe, eccleſiarũ monaſteriorum et aliorũ beneficiorũ eccleſiaſticorũ per eos obten torũ ptinentes uſurpãt, ſeu quauis occaſione, vel cauſa, ſine Ro. Pont. expreſſa licẽtia, ſequeſtrant, aut collectas, decimas, taleas, prę ſtantias, & alia onera clericis, prælatis, et aliis perſonis eccleſia- ſticis, ac eorũ et Eccleſiarũ, Monaſteriorũ, & alio rũ beneficiorũ eccleſiaſticorũ bonis, illorũq; fru ctibus, redditibus, & ꝓuentibus huiuſmodi abſq; ſimili Rom. Pont. ſpeciali, & expreſſa licentia im ponunt, & diuerſis etiam exquiſitis modis exigũt aut a ſponte etiam dantibus, & concedentibus re cipiunt, necnon qui per ſe, vel alium, ſeu alios di recte, vel indirecte prædicta facere, exequi, vel ꝓ curare, aut in eiſdem auxilium, conſilium, vel fa- uorem, aut votum, ſeu ſuffragium palã, vel occul- te pręſtare non verentur; cuiuſcunq; ſint pręemi- nentiæ, dignitatis, ordinis, cõditionis, aut ſtatus etiam ſi Imperiali, aut Regali præfulgeant digni- tate, ſeu Principes, Duces, Comites, Barones, Reſ- publicæ, & alii potentatus quicunq; etiã Regnis, Prouinciis, Ciuitatibus, & terris quoquo modo præſidentes fuerint, aut quauis etiam Pontificali

In eos qui iu riſdictioné et fructus eccle ſiaſticos vſur pant, & deci mas, aut tale- as quaſcũque perſonis Ec- cleſiaſticis im ponũt, aut ex igũt, ac aſſen ſum, auxiliũ, uel cõſilium præſtant.

dignitate præfulgeant: Innouamusq; decreta sup
his tam p sacros canones, & concilia generalia,
quam etiam in Lateranen. Concilio nouissime ce
lebrato edita, etiam cum interdicto ecclesiastico
et aliis censuris, & pœnis in eo contentis.

In laicos se i[n]tromittentes in causis capitalibus seu criminalibus cotra personas ecclesiasticas

Item excõicamus, & anathematizamus omnes
& quoscunq; Magistratus, Senatores, Pręsidentes
Auditores, & omnes alios quoscunq; Iudices quo
cunq; nomine vocentur, ac Cancellarios, vicecan
cellarios, Notarios, scribas ac quoscunq; executo
res & subexecutores, omnesq; alios quoquo mo
do se intromittẽtes in causis capitalibus, seu cri
minalibus, contra psonas ecclesiasticas, illas capi
endo, processando, seu sententias contra illas p
ferendo, vel exequendo, etiam pretextu quorum
cunq; priuilegiorũ a sede Apostolica cõcessorum
quibuscunq; Regibus, Ducibus, Principibus, rebus
publicis, Monarchis, Ciuitatibus, & aliis quibus
cunq; potẽtatibus quocunq; nomine censeantur
concessis, non obstantibus, quæ nolumus illis in
aliquo suffragari: reuocantes ex nunc, quatenus
opus sit prędicta priuilegia p quoscunq; R. Pont.
prędecessores nostros, & sedem Apostolicam sub
quibuscunq; tenoribus, & formis, ac quouis præ
textu, uel causa cõcessa, illa irrita, & nulla, ac nul
lius roboris, vel momẽti fore, & esse decernentes

In eos q terras, seu iura Ecc. Rom. occupant, vel inuadunt,

Itẽ excõmunicamus, & anathematizamus om
nes illos, qui per se, vel alium, seu alios, directe,
vel indirecte, sub quocunq; titulo, vel colore de
facto occupant, detinent, vel hostiliter destruunt
vel inuadunt aut occupare detinere vel destruere

aut inuadere hostiliter præsumunt in totum vel in partem Almam vrbem, Regnum Siciliȩ, Insulas Sardiniæ, & Corsicȩ, Terras citra Pharũ, Patrimonium B. Petri in Tuscia, Ducatum Spoletanum, Comitatum Venaysinum, Sabinensem, Marchiæ Anconitanȩ, Massȩ, Trebariȩ, Romandiolȩ, Cãpaniæ, et maritimas Prouincias, illarumq; terras, et loca, ac terras spetialis cõmissionis Arnulphorum, Ciuitatesq; nostras Bononiam, Cesenã, Ariminũ, Beneuentum, Perusium, Auinionem, Ciuitaté Castelli, Tudertum, et alias Ciuitates, Terras et loca uel iura ad ipsam Ro. Eccl. spectantia & pertinentia, dictæq; R. Eccl. mediate, vel immediate subiecta, ac supremam iurisdictionem in illis nobis, & eidem Ro. Eccl. competentem de facto vsurpare, perturbare, retinere, & vexare varijs modis præsumunt: Necnõ adhȩrentes, fautores, & denfensores eorum seu illis auxilium, consilium, vel fauorem quomodolibet prȩstantes: Necnon omnes & singulos supellectilium, librorum, & scripturarũ, & aliorum bonorum camerȩ, & palatii apostolici ex eodem Palatio ablatorum infirmitatis Rom. Pont. ac sedis Apostolicȩ vacationis tempore raptores & illorum detentores ac quoscunq; alios ad quorum manus bona prædicta quocunque titulo, & ex quauis causa scienter peruenerint.

In raptore[s] bonorũ pal[a]tii apostolic[i]

Declarantes nihilominus, ac protestantes (prout tenore præsentiũ declaramus: & expresse protestamur) quamcunq; absolutioné etiã solenniter per nos faciendã, prædictos excõmunicatos sub p[rae]sentibus cõprehensos, nisi prius a præmissis, cum

Quod nulla soléms Pont. absolutio cõprehendit su[-] prædictos nec eos qui statu[...]

prefata, si- | uero proposito vlterius similia non committēdi,
[lib]ertatem Ec | destiterint; Ac quo ad eos, qui contra libertatem
[cl]esię lædētia | vt præmittitur statuta fecerint, nisi prius statuta,
[e]dudunt. | ordinationes, constitutiones, pragmaticas, & de

creta huiusmodi publice reuocauerint, & ex Archiuiis, seu Capitularibus locis, aut libris in qbus annotata reperiuntur, deleri, & cassari, ac nos de reuocatiōe huiusmodi certiores fecerint eos nō comprehendere, nec eis aliter suffragaturā fore, ac in præmissis omnibus & singulis, ac aliis quibuscunq; iuribus Sedis Apostolicæ, ac S.R.E. vndecunq;, & quomodocunq; quæsitis, vel quærendis per quoscunq; actus contrarios, vel quomodolibet præiudicantes, tacitos, vel expressos, a nobis, vel sede Apostolica quomodolibet factos, aut faciendos autē qucunq; tēporis cursum, seu patientiam vel tolerantiam nostram nullatenus prę iudicari debere, aut quomodolibet posse.

[Q]uod priuilegia, consue[t]udines etiā [i]mmemorabiles, indulgentiæ, ac confessionalia non suffragātur cō[t]ra præmissa.

Non obstantibus quibuscunque priuilegiis, indulgentiis, & literis Apostolicis generalibus, vel specialibus eis vel eorū alicui vel aliquibus cuiuscunq; ordinis, status, vel conditionis, dignitatis, præeminentiæ fuerint, etiā si, ut pręmittitur, Pontificali, Imperiali, Regali, Reginali, seu quauis ecclesiastica, & mundana ꝑfulgeant dignitate, vel eorum Regnis, Prouinciis, Ciuitatibus seu locis, a prædicta Sede sub quauis forma, vel tenore, aut ex quauis causa etiam sub prętextu quòd per viā contractus, aut remuneratiōis, & cum qbuscunq; clausulis etiā derogatoriarum derogatoriis concessis etiam quod excōmunicari, anathema-

tizari vel interdici non possint p literas Aposto-
licas, non facientes plenā & expressam, ac de ver
bo ad verbum de indulto huiusmodi ac ordinibus
locis nominibus propriis, cognominibus, & di-
gnitatibus eorum mentionem; Necnon consuetu
dinibus etiam immemorabilibus ac prescriptio-
nibus quantumcunq; longissimis, & aliis quibus
libet obseruantiis scriptis, vel non scriptis, cæte-
risq; contrariis quibuscunq;, per quę contra no-
stros processus huiusmodi, ac sententias quo mi-
nus includantur in eis, se iuuare valeant: vel tueri
& quæ quod hoc, eorum omnium, & singulorum
tenores, ac si de verbo ad verbum nihil penitus o
misso insererentur præsentibus pro expressis ha-
bentes penitus tollimus, & omnino reuocamus,
& a quibus quidem sententiis nullus per alium,
quam per Rom. Pont. nisi in mortis articulo con-
stitutus absolui possit, nec etiam tunc, nisi de stā
do S.R.E. mandato, vel satisfaciendo sufficienti
cautione præstita etiam prętextu Confessionaliū
seu quarumuis facultatum verbo literis aut qua-
uis alia scriptura, etiam in qua sola signatura suf
ficeret concessum, & quæuis derogatoriarum de
rogatoriæ fortiores, & efficaciores, & insolitæ
clausulæ apparerēt, quibusuis psonis cuiuscunq;
præeminentiæ, dignitatis conditionis vel status,
etiam si Pontificali, Regali, Reginali, vel quauis a
lia prefulgeant dignitate, religiosis, & secculari-
bus vtriusq; sexus Capitulis, Collegiis, Conuenti-
bus ordinibus etiam mendicantium, & militiarū
hospitalibus, cōfratriis et vniuersitatibus ac aliis

quibuslibet congregationibus, ac piis locis concessarum a nobis, vel a prædicta Sede seu a cuiusuis Concilii generalis Canonibus vel decretis, & quas cōcedi cōtingeret quomodolibet in futurū

In absoluentes transgressores.

Illos autem, qui contra tenorem præsentium talibus, vel eorum alicui, seu aliquibus absolutionis beneficium impendere de facto præsumpserint, excommunicationis, & anathematizationis sententia innodamus eisq; prædicationis lectionis, administrationis sacramentorum, & audiendi confessiones officia interdicimus, denunciantes eisdem & declarantes aperte, nos grauius contra eos spiritualiter, & temporaliter (prout expedire cognouerimus) processuros. Et nihilominus, quicquid egerint absoluendo, vel alias: nullius sit roboris: vel momenti.

Ordinarij curati, ac cōfessores debent penes se habere transūptum presentiū, & diligēter legere.

Præcipimus autē: & mandamus in virtute sanctæ obedientiæ: ac sub pœna indignationis omnipotentis Dei ac Beatorum Apostolorum Petri: & Pauli & nostræ vniuersis & singulis Patriarchis Archiepiscopis & Episcopis cæterisque locorum ordinariis necnon quibusuis aliis curam animarum exercentibus & aliis presbyteris sæcularibus seu quorumuis ordinum Regularibus ad audiendam confessionē quauis auctoritate expositis siue deputatis ne de huiusmodi reseruatiōe prætendere valeant ignorantiam vt transumptū harum literarum apostolicarum penes se habere easq; legere diligenter & attente studeant.

Quod bulla publicetur in valuis Princ.

Vt autem huiusmodi nostri processus ad cōmunem omnium notitiam deducantur chartas seu

membranas processus continentes eosdem in Valuis Basilicarũ Apost. & S. Principis Apostolorũ & S. Ioannis Lateranen. de Vrbe affigi, seu appendi faciemus, quę processus ipsos quasi sonoro pręconio, & patulo indicio publicabũt, ut ii, quos processus huiusmodi contingunt, quod ad ipsos non peruenerint, aut quod ipsos ignorauerint, nullam possint excusationem prętendere, seu ignorantiã allegare, cum non sit uerisimile quod ipsum remaneat incognitũ, quod tã patenter omnibus publicatur. Volentes insup ac mentis nostrę esse declarantes, processus pręditos, ac omnia & singula pręsentibus cõtenta, quousque alius processus huiusmodi per nos, aut Rom. Pont. pro tempore existentem factus, aut publicatus fuerit, ualida omnino, ac efficacia esse, suosque plenarios, ac debitos effectus sortiri debere.

Io. Later. & Vrbe, & vig at quousque alius processus factus fuerit.

Verum ut pręsentes literę, ac omnia & singula in eis contenta eo fiãt notoria, quo in plerisque ciuitatibus, & locis fuerint publicata, venerabilibus fratribus nostris Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, & locorũ Ordinarijs, & Parochialiũ Ecclesiarũ Rectoribus ubilibet constitutis per hęc scripta cõmittimus, & in virtute sanctę obedientię districtę præcipiendo mãdamus quatenus per se uel aliũ seu alios pręsentes literas (postquam eas receperint seu earum habuerint notitiã) saltẽ semel in anno, aut pluries, prout expedire uiderint, in Ecclesijs suis, dum maior in eis populi multitudo ad diuina conuenerit, solenniter publicent, & ad Christifidelium mentes reducant nuntient, & declarent.

Quod bulla publicetur p locorum ordinarios saltẽ semel in ãno

Decernentes earundẽ pręsentiũ transumptis, etiã impressis, mano Not publici subscriptis, & sigillo alicuius Iudicis ordinarij Ro Curię munitis, eandẽ prorsus fidẽ in iudicio, & extra ubilibet adhibendam fore, quę ipsis pręsentibus adhiberetur, si forent exhibitę, uel ostensę.

Quod fides adhibeatur trãsumptis.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginã nostrę excommunicationis, anathematizationis, extensionis, tollitionis, reuocationis, innodationis, interdicti, innouationis, protestationis, denuntiationis, declarationis, commissionis, pręcepti, mandati, uoluntatis, & decreti infringere, uel ei ausu temerario cõtraire. Si quis autẽ hoc attentare præsumpserit, indignationẽ omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorũ eius se nouerit incursurum. Dat. Romę apud Sanctum Petrum, Anno

Incarnationis Dominicę, millesimo quingentesimo septuagesimo secundo, Quartodecimo Kl. Aprilis. Pontificatus nostri anno primo. Cęsar Glorierius.

M. Datarius. Registrata apud Cęsaré Secretariũ A. de Alexijs.

Publicatio bullę

Anno a Natiuitate Domini millesimo Quingétesimo septuagesimo tertio indictione prima, die vero decimanona mensis martii, Pontificatus sanctiss. in christo patris & D. N. D. Gregorii diuina prouidentia Papę xiii. anno primo retroscriptę literę apostolicę affixę, & publicatę fuerunt in valuis basilicarum principis apostolorũ, & s. Ioannis Lateranen. de vrbe, & ibidem p spatiũ téporis dimisse per nos Io. de Soia & Petrum Aloisiũ gaitá, eiusdem sanctis. D. N. Curs. Marc. Ant. Brutus Mag. Curs.

continuatio transũpti

Quibus quidem literis diligenter inspectis, illas ad requisitionem, & instantiam magnifici D. Ioan Felicis Sanctorij S. D. N. Papę, & camerę Apostolicę procuratoris fiscalis, per D. Fabritium Gallettum Notarium publicum inscriptum transumi & exemplari, ac in hanc publicam tran sumpti formá redigi mandauimus,

decretum

decernentes & volentes, ut huic pręsenti transumpto, iuxta earundé literarum, & decreti in eis appositi formá, continentiá, & tenorem de cętero plena & indubia fides adhibeatur ubique locorum, ac si ipsę literę originales exhibitę, uel ostensæ forent. Quibus omnibus, & singulis auctoritatem nostrá ordinariam, ac decretũ interposuimus, & interponimus per præsentes. In quorum fidem pręsentes literas, atque præsens publicũ transumpti instrumentum exinde fieri, & per impressores camerales imprimi, ac per eundem dominum Fabritium Gallettum Notarium nostrũ, & curiæ nostrę corá nobis scribam infrascriptum subscribi & publicari mandauimus, nostrique soliti sigilli impressione muniri iussimus, & fecimus.

data

Datũ Romę in ędibus nostrę solitę residentiæ, sub anno a Natiuitate Domini. 1573. Indictione prima die uero 19. Martij. Pontificatus sanctiss. in christo patris, & D. N. D, Gregorii diuina prouidentia Papę xiij, anno primo, pręsentibus ibidé D. Iacobo Gerardo, & Antonio Guidotto dictę curię nostrę notariis, & corá nobis scribis testibus ad pręmissa omnia et singula uocatis & rogatis.

testes

Impressum Romæ Anno. 1573.

NOTANDA QVÆDAM PRIVILEGIORVM.

NVNC in animo est (patres, & fratres charissimi) notanda quædã priuilegiorum magnopere pertinentia, & spectantia ad serenitatem conscientiarum nostrorum fratrum inserere, quæ nisi inserentur, lectoris studiũ possent retardare. Quod feci pro totius nostri ordinis consolatione, in eis enim ad faciliorem intelligentiam, multa aperiuntur necessaria, consolationẽ maximam (Deo propitio) fratribus ipsis allaturam, & plurima ubique frequentata dubia declatura.

Ratio notãdorum.

De validitate literarum Apostolicarum. 1.

AD reprimendam temeritatem eorum, qui contemnũt litteras Apostolicas, quæ in corpore iuris non continentur: Nouerint uniuersi, eandem uim obtinere, ac si essent clausæ in corpore iuris, ut diffusè tractat Gratianus in decretis, authoritate Nicolai Papę, qui super hoc abundè scripsit, ad Archie

c. si Romanorũ Põtificũ dist. 9.

Archiepos, & Episcopos, per Galliā cōstitutos.

¶ De derogatione, & subsistentia priuilegiorum. 2.

Leo x.83 PRiuilegia mendicantiū moderata per Leonem X. in ult. Conc. Later. repetita, etiā approbata sunt oīa cum derogatione eiusdem Paul. III. 93. Conc. per Paulum 3. in confirmatione priuilegiorum nostri ordinis. Item in cōfirmatione priuilegiorum prædicatorum, & minorū per Paulum 4. Immò idem Leo post pręfatū Conc. fecit prædicatoribus amplissimam cōmunicationem omnium priuilegiorum cōcessorum mendicantibus, & motu proprio illa de nouo cōcessit, nō obstantibus quibuscunq; Apostolicis suspensionibus, reuocationibus, & restitionibus. ¶ Et cū secundū iura uerba posita in litteris Apostolicis debeāt aliquid operari, sequitur, ꝙ pręfatæ moderationi priuilegiorū ipse Leo uoluit esse derogatum. ¶ Sed quæ decretis Conc. Trid. hodie aduersantur, nulla sunt, immò quę occasiōe ipsius Conc. in fauorē mendicantiū declarauit Pius V. ad terminos iuris cōmunis, & decretorum ipsius Conc. reduxit S.D.N. Gregorius XIII. qui uiuit, & regnat. ¶ Quare hodie habent locū, si & in quantū non sunt aduersantia decisioni, & dispositioni terminorum iuris communis, & decretorum dicti con

Quęre si uis, & ui de priuilegia prędica. 186. & 260.

sess. ult. de reg. c. 22.

Pius V. 104.

S.D. Gregorius 133.

cti Concilii, ad quorum statum omnia reducuntur. ¶ In cæteris omnibus præfatorum ordinum priuilegia, & facultates, quæ ipsorum personas, loca, & iura concernunt, ex decreto eiusdem Concilii firma sunt, & illęsa.

¶ Sed ne locus detur errori ea omnia, quę potui discernere terminis, & limitibus ipsius Concilii non conuenire, cum Apostillis in marginibus signaui, ut ad eos terminos, & limites reducta esse intelligant omnes. Ead. sess. c. 20.

¶ De obseruantia canonum Conc. Trind.

PRæceptum sacrosancti Conc. Trid. factum omnibus superioribus ordinum tale est. Ut Abbates, & generales, & alii superiores ordinum tàm mendicantium, quàm non mendicantium curam habeant, ut omnia, & singula contenta in Conc. Trid. quæ de regul. pręscribuntur, statim executioni demandentur per quoscunque regulares, alias ipsorum superiorum negligentiam capitula prouincialia, & generalia suppleant, & coerceant, & in defectu capitulorum sess. ult. de regul. c. 22.

ſuperiorum negligentiam capitula pro uincialia, & generalia ſuppleant, & coerceant, & in defectũ capitulorum Generalium, Concilia prouincialia per deputationem aliquorum eiuſdem ordinis prouideant. ¶ Ideò ne nos negligentię nomine ſuſpecti ſimus, & ne quis ex fratribus noſtris ignorationis cauſa pręrendere poſſit, quòd noſtri officii ratio poſtulat, eius nos ſanctiſsima decreta omni pìetate suſcipientes, & qua decet obediẽtia, per Vniuerſos fratres noſtros exequi cupientes, omnes, & ſingulos ipſius Concilii canones, qui de regul. præſcribuntur quiſque attentè legere, & ſollicitè obſeruare queat, operæ precium exiſtimaui, pro peculiari, & faciliori apprehenſione, maximè eorum, qui Conc. Trident. præ manibus non habent, eos omnes in unum ſummatim colligere, ut quid obſeruandum, & à quibus abſtinendum, nõ obſtantibus priuilegiis, nemo ſit, qui nõ intelligat, ut hac occaſione ſuperiores quicunque, pro tempore noſtrorum monaſteriorum fuerint, quicquid in communi, uel in particulari in noſtris conuentibus reformandum uiderint, ſedulò iuxtà prædictos canones conentur exequi.

Hocſummarium uide infra.

De

¶De communione priuilegiorum inter omnes ordines. 4.

4 COncessa uni ordini, etiam in specie intelliguntur concessa aliis ordinibus, ac si nominatim eis concederentur, sicut expressè declarauit Leo X. etiam inter non mendicantes, tam actiuè quàm passiuè, sicut declarauit Pius V. etiam inter sorores, & moniales eiusdem ordinis, etiam de tertio ordine, sicut declarauit idem Pius V. & ante eum idem Leo, & Iulius II. Leo X. 81. Pius V. cxi. Iulius 33

¶ Ideo in mari magno ordinis nostri dicitur, ut possimus transumptare quæcunque priuilegia, & bullas concessas aliis ordinibus, ac si illa mutatis in eis nominibus, sub nomine minimorum specialiter, & principaliter pro nostro ordine emanassent. Vnde ex priuilegiis tàm mendicantium, quàm non mendicantium illa extraximus, & nostris priuilegiis inseruimus, quę nobis accommoda sentiebamus, secuti in hoc, exemplum bo. me. R. P. Fratis Stephani ususmaris, olim magistri generalis fratrum prædicatorum, qui in libro priuilegiorum sui ordinis per ipsum compilato, ultra nostra priuilegia, Mar̄ magnum. Iulii ij. 32. Exēplū.

legia, multa aliorum ordinum, etiam n mendicantium inseruit. ¶ Pro cuius com munionis intellectu, ut quis cognoscere ualeat, quibus modo, & forma sit uten da præfacta communio: uide quæ propter discordiam inter fratres prædicatores, & minores de obseruantia exortam in Hispania, occasione præmissorum declarauit Iulius II.

Iulius 2. infra 49.

De communione priuilegiorum inter omnes domos eiusdem ordinis. 5.

COncessa uni domui ex nostro ordine, etiam in specie intelliguntur concessa omnibus domibus, sicut declarauerunt, & concesserunt summi Pontifices, inter alios Iulius II. & Leo X. ¶ Immò propter nouam concesionem Clementis VII. non solū domus nostri ordinis hactenus susceptæ, sed in posterū suscipiendæ, hmōi cōione gaudent, quod ét Paulus III. approbauit, & de nouo concessit.

Iulius 2. 27. Leo x. 81 Clemēs 89. Paulus 93.

¶ Vndè liquidò constat concessa conuentibus Italiæ nostri ordinis gaudere conuentus Galliæ, & Hispaniarum

De

eiudem ordinis, & uice uersa.

De origine, & efficacia dierum Veneris totius anni in Ecclesijs minimorum. 6.

BEeatus Franciscus de Paula ordinis minimorum institutor, & primus parens Anno Domini 1507. die 2. mensis Aprilis, quæ tunc parasceues ueneris sancta fuit circa horam, qua pro nobis Christus passus est, migrauit ab Christum. Hinc processit, quòd in ecclesiis eiusdem ordinis, singulis sextis feriis totius anni, magnus Christifideliũ concursus habetur. Immò, ut audiui à fide dignis, Rom. Pontifex, qui pro tempore est, in his diebus frequentius in anno congruis honoribus solet uisitare ecclesiam Sanctissimę Trinitatis de urbe eiusdẽ ordinis. ¶ Et Idcircò in his diebus quicunque deuotè uisitauerint, aliquam ex ecclesiis dicti ordinis, & ibidẽ in honorẽ Sanctissimę Trinitis ter orationẽ dominicam, & totiens Angelicam, & quinquiens easdem in memoriam passionis Christi deuotè recitauerint, meritis, & precibus beati Francisci de Paula

 qui

qui in tali die migrauit ad dominum, celerem effectum diuinæ propitiationis obtinent, multis enim eius suffragia ibidem deuotè implorantibus omnipotens Deus quàmplurimas gratias elargitur, magnaque miracula operari dignatur, sicut in dies à diuersis Christifidelibus sentitur, & ubique proclamatur, & narratur, completis frequentatis uicibus iuxta eorum piam deuotionem, quam ob rem bo. me. Clemens Papa VII. Anno Domini 1533. die 27. Iunii Pontificatus sui anno decimo cum audisset, quod ad ecclesiam, & domum Sancti Ludouici de Neapoli eiusdem ordinis, sextis feriis magnus Christifidelium cõcursus habebatur, ut ipsa ecclesia, & domus prædicta in debita ueneratione haberetur, & à Christifidelibus, cõgruis frequẽtaretur honoribus, & ipsorum Christifidelium ad ecclesiam ipsam confluentium deuotio feruentius inualesceret, & animarum salus per amplius propagaretur, omnibus, & singulis utriusque sexus Christifidelibus undecunque existentibus uerè pœnitẽtibus, & confessis, seu confitendi proposítum habentibus, qui singulis sextis feriis cuiuslibet hebdomadæ totius anni

Supra c. 90,

ecclesiam

ecclesiā prædictam deuotè uisitauerint, & inibi semel orationem Dominicam, & tantumdé salutationem angelicam recitauerint pro singulis feriis, quibus id fecerint, centum dies de iniunctis eis pœnitentiis misericorditer in domino relaxauit. ¶ Et hæc indulgentia intelligitur esse concessa, & extensa ad oés, & singulas ecclesias totius ordinis hactenus receptas, & in posterum recipiendas, quia per generalem communioné priuilegiorũ, ut dixi, concessa uni domui: etiam in specie intelliguntur esse concessa omnibus domibus, ac si singulis ecclesiis eiusdem ordinis specialiter concessa fuissent, & principaliter emanassent, sicut ipsemet Clemens VII. ante declarauerat, & concesserat.

Indulg. centum dierum.

Intelligitur extensa ad oés ecclesias.

Supra 89

De mari magno. 7.

MAre magnum est quædam aggregatio priuilegiorum cõcessorum à diuersis Pontificibus ordinibus mendicantium, quæ quidem aggregatio propter multiplicitatem ibidem contentorum, uulgariter, ac generaliter appellata est mare magnum. ¶ Et sic Iulius II. nostr

ordini

ordini feruentiſſimus amator mare magnum conceſſum à Gregorio XI. fratribus Prædicatoribus, quod incipit: Virtute conſpicuos, & ab Eugenio IIII. approbatum, atque à Sixto IIII. iterum confirmatum, & de nouo conceſſũ dictis prædicatoribus. Idem Iulius, mutatis in eo
fol. 34. nominibus prędicatorum; in fratrum minimorum anno domini 1506. quinto kalendas Auguſti, ſui Pontificatus anno tertio conceſſit noſtro ordini minimorum.

De clauſula derogatoria. 8.

QVia in priuilegiis noſtris, & aliorum religioſorum cõtinetur clauſula, quòd non intelligantur reuocata per quodcũque breue, niſi de eo fiat ſpetialis mentio de uerbo ad uerbum; etiam ſi in litteris contineretur clauſula, quòd tam exempti, quàm non exempti teneantur ad aliquid faciendum. ¶ Eſt aduertendũ, quòd
Nota. ſi poſtmodum Papa dat bullam legato cum pleniſſima authoritate uidelicet ꝙ tàm exempti, quàm non exempti ei pareant, non obſtantibus quibuſcumq; etſi haberent priuilegia, de quibus deberet fieri mentio de uerbo, ad uerbum, quæ

uoluit

uoluit in illls haberi pro expressis. ¶ Abque dubbio intelligendum est per dicta uerba generalia plenissima, derogatum esse primo breui secundum Federicũ de senis cons.46. quàmuis in alio cons.225. tenuerit contrarium: est tex. bonus in clem.dudam de sepul.circa finem, quia si diceremus contrarium indirectè diminueretur potestas Papæ, nã cũ priuilegia cõsistãt in facto, & Papa nõ habeat oium memoriã: impossibile foret q̃ de oibus habentibus priuilegia, faceret mentionẽ de uerbo ad uerbũ, nã satis est, q̃ apparet de intẽtione sua uolente reuocare talia priuilegia. ¶ Et hãc materiam diffusè tractat Fely.in c.nonnulli de rescrip.& Pañ. in c.cũ instantia de censib. ¶ Ac propterea non debent opinari fratres, q̃ sua priulegia sint immutabilia, sicut, si sic essent ligatę manus Pontificum, ut non possent derogare concessis à se, uel suis prædecessoribus, nisi illa insererent.

Federicus de senis.

Pan. & Fel.

¶ Est tamen aduertendum an relatio breuis, uel bullę, super qua fit concessio sit uera, nam si est falsa, nihil ualet quod conceditur, etiam si contineat maximas clausulas, & non obstantias ¶ Itẽ aduertendum, an in totum, uel in partem, aut ad tẽpus derogent prioribus nã licet habeant

Notãdus est tenor priuilegii.

beant

amplas generalitates, non derogant, nisi illis, contra quæ sunt. ¶ Et idem intelligendũ est de suspensionibus priuilegiorum quæ quotidie fiunt, quando conceduntur bullæ Cruciatæ, uel fabricę ecclesiæ Apostolorum Petri, & Pauli, siue tempore Iubilei, aut aliæ similes in materia indulgentiarum.

¶ *Statuta particularia locorum quando intelliguntur derogata per priuilegium. 9.*

PRiuilegium Papę non tollit consuetudines rationabiles, & statuta particularia locorum, & singularium personarum, cum sint facti, & in facto consistant, & ea Papa posiit rationabiliter ignorare: nisi de hoc priuilegium ipsum, expressam fecerit mentionem, textus est ad hoc expressus in c. 1. de constit. in 6. ¶ Ideo in multis capitulis generalibus fuit à patribus ordinatum quòd nullę mulieres (præter eas quibus ex regula nostra ꝑmittitur) quorũcũq; priuilegiorũ uirtute permittantur monasteria nostri ordinis. Etiam sanctimonialium, intrare, nisi in earum priuilegio Papali exprimatur clausula

Statutũ cap. gen.

huiusmodi

huiúſmodi uidelicet, non obſtante pro hibitione in regula fratrum minimorũ. ¶Et ratio eſt, quia cum ſint facti, & in facto conſiſtant, Papa probabiliter po teſt ignorare, quibus non intendit dero gare, ſi de eis non facit mentionem.

De bulla Cruciatæ. 10.

QVando per bullas Cruciatæ, uel alias ſimiles conceditur, ut de reſeruatis poſſint fideles ab ſolui per confeſſorem quemcunque ad libitum eligendum. ¶Religioſi ſine licentia ſuorum prela torum non poſſunt uti conceſsionibus, & facultatibus in eis contentis, quia nõ eſt mens ſummorum Pontificũ aliquid regularibus, & monialibus concedere, unde ordinis diſciplina collabi contin gat, quod eſſet quando fratres uti poſ ſent gratiis ſecularibus conceſſis, ut po- tè contra regularia ordinis ſtatuta, con fiteri quibuscumque ſacerdotibus, & abſolui a caſibus reſeruatis, & in die bus ieiuniorum manducare lacticinia. ¶Et ita fuit declaratum per Sixtum iiii. Innocentium VIII. Alexandrum VI. Iu lium

Sine licẽtia fra- tres, & ſorores nõ gau dent cru ciata.

lium II. & Leonem X. ſicut dicitur in cõpendio priuilegiorum fratrum minorũ in uerbo cruciata. ¶ Et têporibus meis, dum ego Hiſpanias ordinem pro comuni bono uiſitando peragrarem, legi, & uidi quodam breue bo. me. Pii V. quo idem Pontifex ad inſtantiam Prouincialis Prouinciæ Hiſpaniæ ordinis prędicatorum expreſsè declarauit conceſsioné Cruciatæ, quã dederat in Hiſpania, & aliorum indultorum ſimilium, quantum ad articulum eligendi confeſſorem, & abſoluendi à caſibus reſeruatis, cum fratribus, & monialibus totius ordinis prædicti locum minimè habere. ¶ Et idem intelligas de fratribus noſtris, propter communionem priuilegiorum, ut ſup. dixi.

Pius 5. in fra car. 127.

Sup. notabili 4.

¶ De licentia tamen ſuperioris poſſunt fratres, & ſorores uti gratiis, & facultatibus dictarum bullarum, alias nõ. ¶ Ideo Leo X. prohibuit ſub excommunicationis latę ſententię pœna, ne fratres, ac moniales S. Claræ, ſeu tertię regulæ utantur ullo modo gratiis, & immunitatibus bullarum Cruciatæ, ſeu aliorum conſimiliũ contra obedientiam ordinis, & abſque ſpetiali licentia ſuorum ſuperiorum.

¶ De

¶ De personis quæ gaudent priuilegijs ordinis. 11.

IN ordine nostro Minimorum gaudent priuilegiis, fratribus, & sororibus eiusdem ordinis concessis, tertiarii vtriusque sexus, Conseruatores capituli iter electi, Tutores, & Tutrices, fundatores, & fundatrices, Procuratores, & procuratrices, ac eorum vtriusque sexus liberi procreati, & procreandi, famuli quoque domorum, nec non, & cæteri eiusdem ordinis habitum portantes, & in articulo mortis in domibus eiusdem ordinis sepulturam eligentes. ¶ Indulta, gratiæ, & facultates concessa fratribus inter alia, quæ gaudent prætatæ personæ, sunt absolutio, & dispensatio in multis casibus, saltim in foro conscientiæ. Lucratio indulgentiarum Vrbis, & indulgentia plenaria semel in vita, & in articulo mortis, & participatio suffragiorum totius ordinis. ¶ De famulis autem, & seruitoribus est indubitabile, quando seruiunt amore Dei, sed si seruiant propter salarium, dubium videtur apud aliquos, quod lucretur aliquid in spiritualibus, cum velint sibi satisfieri in temporalibus, sed alii dicunt, quòd in omnibus habeat locum, & fundatur in hoc quod concessiones absolutè dicunt, quòd seruitores fratrum, vel eorum famuli gaudeant, &c. non distinguendo de his, qui seruiunt pro salario, vel propter Deum, & sic videtur, quod nec nos distinguere debeamus, & hic intellectus est pius, & forte est verus.

Supra folio 27. 28. & 33. & 43.

Nota de famulis seruientibus pro salario.

¶ De pactis initis cum fratribus. 12.

PActa, conuentiones, & transactiones, inter mendicantes, & alios quoscunque inita, nisi fuerint ratificata

per

per ministros generales, siue per Capitulum generale non est dubium, quoad sæculares non valere per priuilegium Iulii II. concessum ordini Minimorum. Sed dubium est, quoad curatos parocchialium ecclesiarum, quia Bonifacius VIII. statuit ea valere si fuerint facta de consensu capituli localis, non obstante quòd superiorú prælatorum non interuenerint in eisdem assensus, nec ab ipsorum generalibus, vel prouincialibus capitulis extiterint approbata. Et Leo X. in Conc. Later. similiter statuit, nisi per subsecutum capitulum proximum generale vel prouinciale refutata, & per eos refutatio huiusmodi intimata debito tempore fuerit. ¶ Quibus non obstantibus adhuc dicitur inita etiam cum curatis, neque valere, nisi fuerit ratificata, vt supra dictú est, quia statuto Bonif. fuit derogatum per præfatum Iulium, & statuto ipsius Leonis similiter per Paulum III. cum derogatione eiusdem Conc. in approbatione priuilegiorum ipsius ordinis, vt dixi supra.

Iulius II. 43. Bonif. in c. fin. de pactis in vi. Leo x. in Cõcil. Later. 83. Supra 83.

¶ De casibus in bulla Cœnæ Domini. 12.

CAue ne fallaris putans ex larga concessione concessa à summis Pontificibus fratribus, sequi, quod vigore priuilegiorum possint fratres absolui à casibus contentis in bulla cœnæ Domini. ¶ Et ratio est, quia licet Iulius II. in Mari magno nostro, circa litteras Gregorii XI. ab eo relatas, quibus ipse Gregorius concesserat prælatis, eorumque vicesgerentibus facultatem absoluendi, & dispensandi fratres eiusdem ordinis, nisi talia perpetrassent, propter quæ essent meritò ad sedem Apostolicam destinandi, declarauit duntaxat esse destinandos hæreticos relapsos, scismaticos, & qui litteras Apostolicas falsificassent, aut ad infideles prohibita

Supr. car. 40.

hibita detulissent: sed in reliquis omnibus, etiam Simoniæ prauitate irretitis posse per illos, quibus inibi conceditur absolutionis, & dispensationis beneficium, iuxta casuum exigentiã, impartiri. ¶ Tñ ista cõcessio uř expirasse per mortem concedentis, & idem est de omnibus concessionibus Apostolicis tangentibus prædictũ processum bullę Cænæ Domini: cum quolibet anno ille processus censurarũ de nouo promulgetur, cum noua reseruatione prædictorum casuũ &c. & cum maximis censuris contra absoluẽtes: ponendo ibi expressè, non obstantibus priuilegiis, etiam ordinibus mendicantium cõcessis, & aliis sufficientibus derogatoriis: & ideo non audeas asserere, ꝙ fratres possint absolui à prædictis casibus: hac de causa inter bullas cõmunes in fine inserui bullam in cæna Domini, ut fratres de facili ipsius notitiam habere possint. ¶ Et illa concessio, uel declaratio Iulii II. in mari magno potuit ualere in uita sua, quia licet faceret processum quolibet anno, semper intendebat excipere fratres, prout ipse cõcesserat, nisi in dictis quatuor casibus, sic legiť respõdisse quõdã Dñum Cardinalẽ Alexãdrinũ, q & Prępositus appellať, R.P. Martiali boulier qui fuit Generalis Vicarius fratrũ minorũ cismontanorum, ut legitnr In compendio priuilegiorum dictorum fratrum.

Fratres non possuntabsolui à casibus contentis in bulla cænę Domini.

In uerbo absolutio ordinaria quo ad fratres §. 13.

Z ¶De

¶ De absolutione quę potest impendi venientibus ad habitum. 13

Sup. fol. 35.

ADuerte quòd licet Iulius II. in mari magno fecit quandam latisimã concesionem circa absolutioné, quæ nouitiis recipientibus habitũ potest impendi, in qua concessione nullum casum excipit, prout fecit de fratribus, nisi casus adeò grauis esset &c. ¶ Ex quo uidetur, quòd ampliorem gratiam uoluit facere uenientibus ad ordinem, ne impediretur eorum conuersio ad Deum, quàm iam professis, in quorum concesione absolutionis ponitur prædicta exceptio. ¶ Attamen in casibus contentis in bulla cænæ Domini, ne audeas asserrere, quòd posint uenientes absolui, nec minus alii, absque noua concesione post prædictæ bullę pronunciationem quolibet anno impetratam, quia casus illi, ut dixi, quolibet anno de nouo reseruantur cum derogatione priuilegiorum ordinis, & eximiis non obstantibus. ¶ In aliis tamen posse absolui non est dubbium. Ita tamen, quòd si aliqui ex aliqua sententia censuræ, propter debitum sint astricti, satisfaciant, ut tenentur. ¶ Et uoluit ibi Papa Iulius, quòd nisi præfati mox ordinem intrauerint (etiam si super

Seculares uenientes ad habitum non possunt absolui à casibus contentis in bulla cęnę Domini.

Sup. fol. 36.

si super hoc indutię à prælatis eiusdem ordinis concedantur) eo ipso in pristinas sententias, à quibus eos absolui contigerit, relabantur.

¶ Quòd prælati in foro conscientiæ possint delegare eorum authoritatem. 14

PRopter c. fin. extra de offi. deleg. ubi dicitur, quòd salua legatorum sed. Apost. authoritate nulli, cui commissum fuerit excommunicare, uel absoluere alios, dispensare cum irregularibus, uel iniungere pęnitẽtias liceat hæc aliis demandare. ¶ Volunt dicere aliqui ꝙ prælati religiosorum habentes per priuilegium posse absoluere, & dispensare fratres suos super casibus eis permissis per indultum sed. Apost. non possũt in casu præfatam absolutionem, seu dispensationem aliis demandare, cum ista potestas uideatur delegata. ¶ Sed hoc non obstante dicitur quòd superiores prælati possunt liberè ea aliis demandare, ut rationabilis consuetudo religiosorum attestatur, quia dictum c. fina. secundum comuniter doctores, habet locum in personis, quibus committitur tantum certum, & nudum ministerium, & ubi eligitur industria personę. ¶ Prælatis

Prælati possunt delegare aliis ĩ foro cons. eorũ authoritatem.

autem religiosorum ex priuilegio non dicitur committi certum, & nudum ministeriũ, sed potius cognitio caussę, & iurisdictio, cũ illis competat ratione offitii, & dignitatis, cui commissum fuit priuilegium perpetuũ. ¶ Et ulterius in eis non est electa industria personæ, cum sit incognita, patet, quia Papa nõ cõcedit alicui p̃lato in particulari absolutioné, & dispensationẽ circa determinatos subditos, sed in comuni conceditur prælatis omnibus in genere præsentibus, & futuris, ut possint absoluere suos subditos quoscunque, tàm respectu culparum pręteritarum quàm futurarum. ¶ Et melius dicitur, quia dictum c. fin. habet locum in personis quibus competit absolutio ex potestate delegata, non aũt in ordinaria, ut est in prælatis religiosorum, tex. est ad hoc expressus in c. fin. de off. ord. & ibi gl. ubi dicit Panor. ꝙ potestas absoluendi ab excommunicatione est delegabilis per habentem potestatem ordinariam. ¶ Quòd autem pręlati religiosorum habeant ordinariam, & non delegatam potestatem in sequenti notabili dicam. ¶ Illud tamen est aduertẽdum, ꝗ illi fratres, quibus Prælati committunt authoritatem à casibus eis reseruatis absoluere, non possunt committere aliis præfatam authoritatem, quia secundum iura delegatus ab inferiore à principe, non potest delegare nisi sit dele-

Alia ratio fortior.

Delegati non possunt delegare.

delegatus ad uniuersitatem causarum, uel nisi hoc sibi specialiter concedatur, secundū Io. And. per c. is cui de offi. deleg. in 6.

¶ Potestas prelatorum religiosorum an sit ordinaria uel delegata. 15

Ommissis multis distinctionibus, quas glossę, & Doctores faciunt in materia ista, quia licet uno pede planè ambulant, altero tamen claudicant, fundamentum rationis sollidissimū, per qđ propositū notabile terminatur, hoc est, quia iurisdictio emanans ex cōmissione perpetua facta à Papa, uel à principe, uel à ciuitate non recognoscente superiorem, est ordinaria, & non delegata, ut tenet gl. & ibi Bart. in l. pluribus de procurat. ff. alia glossa clarior in c. fin. de offi. ord. ibi cum concessū ei sit priuilegiū perpetuū: sed clarius, immò clarissimè tenet Bal. in l. unica. ff. de of. com. cuius uerba sunt hæc. Nonò quæritur utrū cō missio facit quē ordinariū, seu delegatū, respō. si est cōmissio ppetua facit ordinariū, si tēporalis facit delegatū, & sic cū cōmissio facta prælatis nostris, ut possint absoluere, & dispensare cū fratribus suis in certis casibus sit perpetua, & nō tpalis, planè constat, ꝙ facit eos ordinarios, & hęc est dist. quæ totaliter negotiū cōplectit, & cōcludit, ūde benè.

Potestas prælatorum ordinis est ordinaria.

Pal. in 4 d. 17. q. 3 ar. 2. circa medium.

Pal. in 4. d.17.q.3. ar. 2. circa mediū

¶Sed de hoc (si uita fuerit comes, & Deus dabit) plenius dicam in summa in uerbo delegatus.

¶De eiectione incorrigibilium ab ordine. 16.

Sup. fol. 37.

Concessio maris magni, ut prælati, quos indignos iudicauerint, eiicere, & expellere possint ab ordine, sanè est intelligenda: quia San. Tho. quolib. ult. dicit, quòd nullus religiosus, quantumcunque malus, si uult corrigi, debet expelli, quia pœna expulsionis, est sicut excommunicatio in ecclesia, unde nullus nisi propter contumatiam expellendus est, sed sequestrandus est in carcere, uel alio modo puniendus, secundum ordinationes suæ religionis.

¶S. Bona in quæstionibus super regulam fratrum minorum quæst. 14. ubi quærit, si liceat ordini eiicere aliquē pro demerito, dicit sic, si frater aliter uiuit quàm licet ī ordine & sępius correctus, se sufficiēter nō correxerit, si excessus occultus sit, tolleretur, & cū cautela, propter scandalum, ne si abiiceretur, cum eius culpa non pateat, uideretur iniustè proiectus, aut peccatum iniustè propagaretur

S. Bon. benè soluit hanc materiā.

propagaretur, quod utrunq; illicitum uidetur. ¶ Si uerò excessus eius graues fuerint, & notorii, quòd alii eius exemplo possint infici, si retineantur in ordine, & extranei scãdalizarẽtur: ꝙ talis in ordine sustineretur, tum propter auferendum scandalum, tum propter corruptionem ordinis præcauendam, debet eiici pręuaricator uoti, & pacti sui, quia iam ordo non tenetur ei de promisso tenendi eũ secũ, qui promissũ suum, præuaricãdo, pluries uiolauit, cũ ideò sit uocatus ordo, ꝙ nihil inordinatũ in se patiať. ¶ Quod (si Deo permittẽte) talis se eiiceret, gratię sunt Deo referendæ, non quia ille peccauit, sed quia Deus oues suas à pestifera contagione liberauit, unde Apostolus ad Galat. V. Vtinam (inquit) abscindantur qui uos conturbant, scilicet puritatem uestram, pacem, & famam. ¶ Si autem allegatur ꝙ misero est miseratio adhibenda, ut iterum recipiatur in ordine, dicit Bona. crudelis est miseratio unde plures, & meliores grauiter offenduntur, sicut qui furem liberaret, unde pauperes expoliarentur, maximè cum tales longo usu tepefacti, rarissimè uerè, & perseueranter emendantur, & facilis remissio aliis audatiam præbeat delinquendi. ¶ Nec potest allegare sibi iniuriã fieri, si nõ recipiatur, quia ipse talem se fecit, exculpa

Spontè egressus

pa propria, q recipi sit indignus. Quinpotius ordo habet cām contra eū agendi, pro eo q sic se dehonestauit, unde pōt eū punire, nisi faciat, qđ tenet. ¶Sedes.n.Apost.quę suū ius unicuiq; seruat, & uult ordinē in sua puritate persistere, nō cogit ordinē tenere illos, quorū cōuersatio nociua esset i ordine, quia tūc puniret innocētes, & reos foueret, & occasionē daret ordinis corruptioni per tales pestiferos, si eos recipi oporteret.

Declaratio Pauli 4.

¶Ideo Paul.iiii. Viuę uocis oraculo, instāte, & de hmōi declaratiōe testimonium ferēte bo.me.Pio V. (cum eēt in minoribus) sup receptiōe apostatarum, declarauit uirtute motus pprii ab eo emanati, nō fuisse intentiōis eiusdē Pōtificis, ut quoscunq; hmōi apostatas sine discrimine, & absq; ullo defectu recipe tenerēt supiores, & nrę societati admiscere, sed eos tm̄, de qbus emendationis uitę ppositum concipe, & sperare pbabiliter possent. ¶Et hanc declarationē R.P.F. Mathurinus aubert, cū esset zelosus ordinis authenticā misit ad Pr̄es capitulum gñerale ianuæ tertiò cęlebrantes, & hodie in statutis ipsius ordinis reperit inserta. ¶Sed ne dānabiliter uagent in seculo ex gratia sed. Apost.

in 3.cap.

Tenētur transire ad alium

ordo pōt eis licentiā (quos iudicat non recipiēdos eē) ad aliū determinatū ordinē cōcedere trāseūdi, ubi saluent ad quē ēt trāsire, tenentur

nēt (si possūt) alioqui nō erunt in statu salu tis. ¶ Propria auth. nō possunt ordinē dese re, quē uouerunt, nec aliquē intrare, sine ordinis sui licentia, uel Sum. Pont. ¶ Qꝑ aūt talis aliū cogit̃ itrare ordinem, si i isto nō recipit̃ cum tñ alium nō uouerit, nisi istum, hæc est rō, qa cum uouit istū, sic alligauit se religio ni ꝙ, sm̃ ius canonicum, nullatenus pōt redi re ad seculum, uel ad laxiorem uitā transire. ¶ Et ideò dicit Bona. si frater demeret̃ in or dine, quem uouit, nō retineri, cum ex pecca to suo nō sit conditio eius melior facta, ut iā possit esse liber, sed potius deterior, oportet eum alium ordinem intrare, & illum serua re, si uult saluari. ¶ Si aūt uelit i seculo uaga ri, ex quo ordo nō uult eum recipe, licet iā uideat̃ ab ordinis iurisdictiōe exemptus, cū nolit eum amplius tenere, tñ ex authoritate Sum. Pont. cuius iurisdictioni non est subtra ctus, pōt eum ordo impetere, & per censurā ecclesiasticā, uel ēt per alias pœnas corpora les pōt cohercere eum uice Dñi Papę, quàm diu nō habuerit alium iudicem regularem, cui se subiecerit, regulam, & ordinem illius stabiliter assumendo, hæc omnia Bonauen. ubi supra. ¶ Idem iulius concessit, ut eiecti, uel egressi d̄ p̄dicto ordine possint trāsire ad alios ordines ap̄pbatos, p̄terq̄ ad B. Aug. tē plariorū, hospitaliorū, & aliorū religiosorū

ordinē:

Quid si uult in seculo uagare.

sup. fol. 37.

arma

arma portantium, ad uitandam occasionẽ uagãdi (deferẽdo tamen litteras testimoniales generalis, uel prouintialis dicti ordinis,) & inhibuit districtè ne tales fratres aliter ad alium ordinem transeant, uel alibi eos recipere, seu retinere præsumant, absque licentia speciali sed. Apost. faciente de præsenti mentionem.

¶De rimulis, & apicibus iuris. 17

Sup. fol. 40.

LIcet habeaẽ i priuilegiis oĩum religiosorũ, ꝙ superiores ad correctionẽ fratrũ, rimulis, & apicibus iuris postpositis: liberè ꝓcedere possint tñ hoc intelligẽdum est, ubi iustitia nõ periclitaẽ, ut habeẽ in c. 1. de dolo & cõtum. ¶ Quare superiores per dicta uerba non eximuntur à iure comuni, ad quod omnes catholici tenentur c. 1. de constit. extra, nec ab eis, quæ sunt de substantia, & essentia iuris, ut sunt testes idonei, legitimæ probationes, exceptiones, & legitimæ defensiones, quoniam sine ipsis iuditium esset iniquum, ubi audiretur impugnatio, & non defensio, sed eximuntur ab apicibus, & rimulis iuris. ¶Sunt autem huiusmodi, porrectio libelli, citatio in die non feriata, & his similia, sine quibus in iuditio contentioso procedi non potest.

Apices iuris qui sint.

¶De

¶ *De benedictione, & reconciliatione ecclesiarum.* 18

QVia Iulius II. concessit, & sui successores comprobarunt posse superiores prelatos benedicere, & recōciliare eiusdem ordinis ecclesias, si essent pollutæ, aqua tamen prius per aliquem catholicum antistitem (ut moris est) benedicta. ¶ Est sciendum, q solleinnis benedictio est illa, quæ fit cum illa solemnitate, Adiutorium nostrum, & sit nomen Domini benedictum, quæ licet de ordinario iure spectet ad Episcopos, prælatis tamē nostris ex priuilegio concessum est, facit c. Abbates de priuileg. in 6. ¶ Et per communionem priuilegiorū possunt prælati aquā benedicere, si præsentia Episcopi, qui illam benedicat, distet ultra duas dietas. ¶ Forma huius benedictionis, & reconciliationis est in cæremoniis ordinis.

Solēnis benedictio quæ est.

Leo X. supra in priuilegiominorum 75.

¶ *De benedictione corporalium.* 19

FAcultatem benedicendi corporalia, & alia paramēta, etiam ad usum aliorum ab ordine nostro, habet tantum corrector generalis, & eius uicarius, per communionem priuilegiorum heremitarum

Sup. 47.

tarum S. Auguſt. & licet ad uſum eiuſdem ordinis tantum ultra ſuperiores prælati, u deātur eam habere locales correctores, per cōionem priuilegiorum minorum, ſecundum conceſſionem Papæ Leonis factam eo rum guardianis, non tamen poſſent ea benedicere, niſi per cōmiſſionem capituli generalis, quia ſic guardianos ipſos uoluit eſſe aſtrictos dictus Pontifex, & ſic per communionem ad correctores noſtros extendi tur, nec aliter nec alio modo.

ſup. 75.

❡ De morientibus, uel ſepultis cum habitu fratrum. 20

IVlius II. ſepulturā eligentibus in eccleſiis fratrum minim. & habitum eiuſdem ordinis portantibus conceſſit cōionem omnium gratiarum, priuilegiorum ordinis

ſup. 27.

❡ Et per prohibitionem Sixti IIII. illis, q mādant ſua cadauera, cum habitu fratrum ſepeliri, habitus per ſe dari non pōt, niſi per ſuperiores prælatos, ſeu locales correctores, uel per alios ab ipſis deputatos.

Bulla aurea ſup. car. 9.

❡ Et idem Sixtus in mari magno prædicatorum decreuit, ut illi, qui ordinauerint, ꝙ eorum corpora cum habitu fratrum ſepelliātur, tales fratres hmōi eſſe ſepelliendos, et ſi alibi

Tenent ſepelliri in eccleſiis ordi

alibi suā elegissent sepulturam, nisi fiat de li dinis.
centia, & assensu fratrum domus loci, ī quo
tales decesserint. ¶ Nec obstat, ꝙ Leo x. in cō
cilio Lateranensi statuit, quòd uolentes sepe sup. 84.
liri in habitu fratrum, in eorum ultima uo
luntate sepulturā sibi alibi eligere possint,
quia idem Leo, & successores post dictum sup. Pau.
concilium innouauerunt dictā bullā aureā, III. 93.
non obstantibus quibuscunque.

¶ *De laicis fratribus promotis.* 21

LEo X. statuit, ꝙ quando aliquis frater
laicus ad clericatum ascenderit extra Tenent
obedientiā prælatorum ordinis, etiā ad offi-
si usq; ad sacerdotium promotus sit, cium lai
postquā reuersus fuerit, oī honore clericali cale.
priuetur, nec permittatur canonicum psol
uere officium, sed laicorum officium persol
uens, ad merum statum suum laicalem redu
catur. ¶ Et hoc fuit publicatum in capitulo
generali ordinis minorum Lugduni cęlebra
to anno domini 1518. Et fuit positum in ta
bula diffinitionis prædicti capituli, & hodie
reperitur insertum in statutis eorumdem
fratrum per Cardina. Aracœli, reformatis,
& per sedem Apostolicam approbatis.

¶ De professione fidei iuxta formam bullę Pij Papæ iiij. 21.

Concil. Tri. sess. 24. c. 1. & c. 12. de refor. sess. 25. c. 2. de reform.

SAncta Synodus Tridentina statuit, quod qui cathedralibus, & superioribus ecclesiis præficiuntur, uel quibus de illarum dignitatibus, canonicatibus, & aliis quibuscunque beneficiis curam animarum habentibus, prouideri continget, publicam orthodoxæ fidei professionem facere, seque in Romanæ ecclesiæ obedientia permansuros, spondere, & iurare teneantur. ¶ Cuius fidei professionis formam bo. me. Pius iiii. edidit, & mandauit etiam idem seruari per quoscunque, quibus de monasteriis, conuentibus, domibus, & aliis quibuscunque locis regularium quorumcunq; ordinum, etiam militiarum quoquo nomine, uel titulo prouidebitur. ¶ Idcircò inter alias bullas communes apostolicas in fine priuilegiorum positas inserui huiusmodi
147. bullam Pii iiii. continentem formam professionis fidei, ut prouisi de conuentibus, & monasteriis sciant, quid agere teneantur.

¶ De

De communione ſuffragiorum ordinis, participationes uulgariter nuncupatę. 22

IVlius ſecundus, omnes fundatores, fundatrices, procuratores, & procuratrices, tutores, & tutrices, eorumque utriuſque ſexus liberi, nec non noſtri ordinis conſeruatores præſentes, & futuri omnium, & ſingularum miſſarum, ieiuniorum, orationum, & ſacrificiorum ac quorumcunque aliorum bonorum, quę per uniuerſos fratres, & ſorores dicti ordinis perpetuò fieri dederit author omnium bonorum, Chriſtus Ieſus participes facit. Sup. fol. 43.

¶ Vbi eſt ſciendum quòd ſuperiores prælati ſacrificia, & oblationes ſubditorum per uiā ſuffragii, quibus uoluerint, poſſint applicare, non obſtantibus conuitiis hęreſiarchæ illius Vuitcleff, qui huiuſmodi applicationē religioſorum, ueluti conuentitiam irridet, ut eſt uidere apud Thomam Vuldenſem tomo iii. de ſacramentalibus titulo x. Vbi idē orthodoxus doctor ueritatem hanc, exemplo Chriſti confirmat, nam quemadmodū ipſe tulit dolores noſtros, ita, & nos alter alterius debemus dolores portare. ¶ Vnde ſicut ſubditorum ſinguli pro aliis benefactoribus

ribus satisfacere ualent, ita, & prelatus huius modi suffragia eisdem benefactoribus impertiri eo utique iure, quo singulis pōt præcipere, pro tali, aut tali persona sacrificium, & orationem offerre, exemplo Paul. Colos. 1. gaudeo in passionibus meis p̄ uobis, &c. Adducit ibidem Vuald. historiā Iuonis cornotensis Episcopi antiquissimi, & Anselmi, & aliorum patrum, qui litteras concesserunt per quas subditorum suffragia benefactoribus participabant, ut quorum temporalia (ut ait Paulus) metebant, eisdem spiritualia impertirent. ¶ Ex quo fit eiusmodi applicationem nō solum de congruo ualere, sed & de condigno, quantum ad rationem satisfactionis. Quia fit solutio, sicut unus pro alio satisfaceret. ¶ Quare non tantum orationes, uerum, & ieiunia, & alios labores, & uigilias, quantum ad rationem satisfactionis ascribere aliis potest, tamen, & si ratio meriti ipsis religiosis, qui hæc patiuntur, integra seruetur.

Valet de condigno.

¶ Quòd si sciteris, applicatio hæc à collatione indulgentiarum quomodo differt.

Applicatio hæc quomodo differ à collatione indulgētiarum.

¶ Respondetur duobus modis. Primò, quia religiosorum prælatus in hoc claue Ecclesię non utitur, neq; ullam facit absolutionem, aut relaxationem, sed meram solutionem, & satisfactionem. Quare neque applicat

passionem

passionem Christi sicut indulgentiarum collatores, quia illa non applicatur, nisi uirtute clauium, sed solum labore suæ familiæ. ¶ Est, & aliud notandum discrimen, quod prælatus, nisi sacrificia, & labores, aut dum fiunt, aut prius, applicet, reseruantur in thesauro Ecclesię, quamobrem nequit postquã facta sunt illa applicare, itaque nequit ipse thesaurizare, sicut neque priuata persona potest suas satisfactiones in thesauro sibi reponere, ut scilicet sibi reseruentur pro tempore, quo eis indiguerit. ¶ Cuius ratio est, quod eo ipso, Quòd quis satisfactionem, quam facit, non indiget, iure communi reseruatur in thesauro per Papam, aut Episcopos distribuendo, nisi ipse, uel eius prelatus ea applicuerit. ¶ Quocirca dum prælatus ait, se benefactores ad beneficia ordinis recipere, intelligitur, ad illa, quæ subsecutura indè sunt, nã præterita, nisi prius applicuerit, iam non potest. Et ideò in more religiosis est, semper facere applicationem ante, uel dum fiunt sacrificia. ¶ Sed de hoc, Deo dante, diffusius dicam in summa, in uerbo indulgentia. ¶ Formam huius participationis descripsi in formulario ordinis.

Discrimẽ aliud

Ratio.

Intellectus.

SI quæ mulieres uirginalem, seu cælibem aut castã uidualem, expresso uoto sub habitu tertii ordinis minimorum uitam ducere uolunt, Id liberè profiteri possunt, non obstante forma professionis tertii ordinis utriusque sexus præstitura, & approbata per Iulium II. quam nuper inseruimus in principio regulæ fratrũ, & sororum utriusq; sexus eiusdem ordinis quia de tertiariis coniugatis intelligitur.

¶ Sed uotum illarum quamuis de simplici, & non de sollenni uoto religionis intelligi debeat, sicut declarauit Leo X. etiam, si in cõsanguineorum, & affinium suorum, aut propriis domibus singulariter habitent, priuilegiis, & immunitatibus ordinis tàm fori, quã personæ, & rerum gaudent sicut idem Leo in concilio lateranensi uoluit, & declarauit.

Leo x. supra car. 78.

Sup. car. 85.

¶ Si quæ uerò collegialiter, & in comuni uiuere uolũt, & emittere tria uota religionis, id etiam liberè facere possunt, per cõcessionem Iulii II. & uota per eas emissa illum effectum inducere noscas, quem inducunt ipsa uota sollennia facta per quoscunque religiosos, & religiosas de religionibus approbatis; sicut declarauit, & uoluit Paulus III.

Sup. car. 59.

Paulus sup. 97.

¶ Et

¶Et quàmuis istæ olim ad clausuram non tenebantur per concessionem eiusdem Iulii, hodie tamen per reformationē bo. me. Pii V. super clausuram quarumcunque monialium innouatam à moderno Sanctissimo nostro Pontifice Gregorio XIII. tenentur. ¶In ordine autem nostro mulieres tertiarias collegialter uiuentes, usque modo non uidi, nisi unum monasterium Toleti, dum Hispanias ordinem Visitando peragrarem, authoritate Apostolica tempore bo. me. Pauli III. erectum sub inuocatione Iesu Maria, quæ uulgariter in Hispania Beatę nuncupantur cum concessione ut tria uota substantialia emittere possent, ut in illa bulla latius est uidere.

Iul. car. 51.
Pius car. 102.
Gregor. car. 129.
Bullacar. 137.

¶De illegitimè natis. 24

QVia secundum iura illegitimè natus sine dispensatione non potest eligi in superiores, etiam si efficiatur religiosus quia ingressus religionis, quamuis sine dispensatione habilitet ingressum quo ad ordines suscipiendos, non tamen habilitat quo ad dignitates, & offitia, ut probat bona Glosa in capitulo final. de filiis presbyter ideo Iulius Papa secundus, in mari magno

Illegitimè natus debet dispēsari quo ad officia.

Sup. fo 40.

concessit facultatem omnibus prælatis nostri ordinis, ac eorum uicariis cum huiusmodi posse dispensare. ¶ Vnde si illegitimè natus eligeretur superior, non habita prius dispensatione, electio est nulla c. innotuit, c. V inton. de electio.

¶ Et ideo fratres prædicatores per declarationem capituli generalis habent q illegitimè natus nõ põt eẽ superior, uel uicarius in aliquo conuentu, etiã priore illius conuentus mortuo, uel amoto, nisi cum eo fuerit dispensatum. ¶ Vbi est aduertendum, q dispensatus circa dignitatem inferiorem, puta q possit esse corrector, non intelligitur dispensatus circa maiorem, puta quòd possit esse prouintialis, nisi in dispensatione facta fuerit de prædictis expressa mentio, ut probat Panor. in d. c. innotuit, & ratio est, quia ad permissionem minoris dignitatis, non uenit permissio maioris, sed benè è contra, & ideo fratres prædicatores per declarationem capituli generalis habent, quòd si cum illegitimè nato dispensatum fuerit, quòd possit esse prior, non poterit propter hoc esse uicarius prouintialis, aut prouintialis, nisi in dispensatione de prędictis facta fuerit expressa mentio. ¶ Formam autem dispensandi illegitimè natos fratres professos, quando necesse erit, poterunt superiores prælati cam

Statuta fratrũ p̃dicatorũ

Panor.

Aliud statutum.

Forma talis di-

eam uidere in Formulario, quod nuper ed didimus,& inseruimus, circa finem statuto rum nostri ordinis, quam etiam habent fra tres prædicatores in eorum formulario. spésatio nis.

De intellectu culpę regulę minimorum, ad quam ex priuilegijs, & regula fratres non obligantur. 25.

QVia in priuilegiis ordinis, & in fine correctorii exprimitur statuta regulę, & ipsius correctorii non obligare transgressores ad culpam, sed ad pœnam tantum, quorum uerborum intellectus, quia per doctrinam Sanctus Thomas 2.2.q.186.art.9. & quol.1. ar.20.facilè aperitur pro serenitate consciétię fratrum nostrorum, cum uiderim in hoc quamplurimos errare, hic extendere libuit. Iulius II. supr.car. 26.

¶Caie. ibi pro expositione regularum, & statutorum religionis cuiuscunque distinguit multa genere contentorum in qualibet regula, quæ omnia ego multum benè notaui, & applicaui ad iurium, & statutorũ nostrorum intellectum, & rationem, meméto igitur, & obserua diligenter statuta con- Optima distintio Caie.

tenta in regula, & correctorio esse in quintupli genere.

Primum genus.

¶ In primo genere sunt illa, quę se habent, ut finis regulæ, uel essentialiter facientia ad finem regulę, & sine quibus finis regulæ haberi non potest, & huiusmodi sunt omnes interiores actus uirtutum, de quibus agitur in regula, ut de charitate Dei, & proximi, de patientia, humilitate, mansuetudine, iustitia, & de aliis huiusmodi seruandis.

secudum genus.

¶ In secundo genere sunt illa, quæ sunt substantialia, seu essentialia religionis, sine quibus religio constare nõ potest, & huiusmodi sunt tria uota in aliis religionibus, in nostra additur quartum.

Tertium genus.

¶ In tertio sunt illa, quæ licet sint statuta à regula, sunt tamen alias lege diuina, uel humana prohibita. sicut Deũ, & Sanctos blasfemare, in consuetudinem ducere iurare p Deum, uel per uirginem Mariam, uel per aliquem Sanctorum, & Sanctarum uel Sanctum Euangelium, aut simile facere aliud quodcunque iuramentum, uerba maledicta, & inordinata, & irreligiosa malitiosè proferre, dicere opprobrium contra aliquem fratrem, mendacium de industria dicere, aliquem uerberare, mala de patribus, & fratribus dicere, murmurationes amare, & alia huiusmodi.

¶ In

¶In quarto ſunt illa quæ licet ſint etiam ſta tuta à regula, ſunt etiam alias lege diuina, ſeu humana præcepta, & mandata, ſicut cũ omnibus benignos, modeſtos, & exemplares eſſe, nemini occaſionem ſcandali eſſe ieiunia eccleſię ſeruare, hoſpitalitatem cum omnibus ſectari, officium diuinum cũ tremore reuerenter, ac cęrimonialiter per ſoluere, cum infirmis charitatem habere, cum impoſitione præcepti obedientię, & alias his ſimilia. Quartũ genus.

¶In quinto ſunt illa quæ alias lege diuina, uel humana prohibita non ſunt, neque mã data, ſed duntaxat pro ornatu, & decentia religionis in regula, & correctorio ſtatuta & ordinata. ¶Sicut quòd fratres ſilentium ſtatutis horis, & locis obſeruent, & ꝙ non utantur lineis, & quòd dormiant ueſtiti, & ꝙ non tangant pecunias, & ꝙ capillos non nutriant, & ꝙ calceos deſuper apertos portent, & ꝙ habitus ſit de panno abiecto, & lana naturaliter nigra, & ꝙ utantur zoccolis, & quòd extra refectionis ordinarię ſolitam horam nullis ſanis ſine ſuperioris licentia comedere liceat, & ꝙ bini bini uadant extra conuentum, & quod benedictionẽ à ſuperioribus ſuis humiliter expoſcãt & eandem etiam cum redierint petant, & quod in domibus ſecularium nõ comedãt, & Quintũ genus.

 pernoctent

Pernoctent, & alia huiusmodi, de quibus Plenum est correctorium, & regula.

¶ Quibus omnibus sic benè ordinatis, & optimè distinctis notãdum est. ¶ Quòd primi generis statuta transgressores suos obligant ad culpam, non ratione regulæ, hoc est quatenus à regula sunt præcepta, sed ratione sui, hoc est, quatenus ex se suapte natura, & absolutè constituunt transgressores suos in culpa, diuina lege sic dictante, quia non solum religiosi, sed etiam laici de iure diuino tenentur ad illa. ¶ Item secundi generis statuta obligant ad culpam non ratione regulæ, quatenus à regula sunt, sed ratione uoti, & ordinationis ecclesiæ. ¶ Item tertii generis statuta obligant ad culpam non ratione regulæ, hoc est quatenus à regula sunt prohibita, sed ratione sui, quatenus de se mala, sunt diuina lege prohibita. ¶ Item quarti generis statuta obligant ad culpam, non ratione regulæ, quatenus à regula præcepta sunt, sed diuina, & humana lege sic proclamantibus.

Intellectus secũdi generis.

Intellectus tertii generis.

Intellectus quarti generis.

¶ Quinti aũt generis statuta nullo mõ obligant ad culpã, nec ex se, nec ex regula. ¶ Nõ ex regula qa in statutis maximè uenit attẽdẽda intentio, & uoluntas statuentis, & cum intentio, & uoluntas Beati Francisci, qui statuta regulæ instituit, fuerit, ut fratres suos non

Intellectus quinti generis.

obligaret

obligaret ad culpam. Idcircò transgressores ex regula non obligantur ad culpã. ¶ Non ex se, quia de se, & per se, quatenus talia mala non sunt, nec alias lege diuina, aut humana prohibita, uel mandata reperiuntur, sed duntaxat pro ornatu, & decentia regularis status in regula, & correctorio statuta, & ordinata, quare transgressores tantum ad pœnam obligant. ¶ Et de istis tantum debet intelligi textus correctorii, & non de illis quæ habent in se preceptum obedientię annexum, seu alias lege diuina, uel humana prohibita, uel mandata sunt. ¶ Et quamuis pœna non debeat inffligi nolenti sine culpa, ei tamen, qui uoluntariè se obligauit ad aliquam pænam, potest talis pæna inffligi sine culpa, tales autem sunt fratres ordinis nostri, qui uoluntariè in sua professione huic legi se obligauerunt,

¶ Sed ut clarius elucescat ueritas, in contrarium possunt fieri duo argumẽta. ¶ Primò facere cõtra uotum est peccatum mortale, sed religiosi uoto professionis ad regulam adstringuntur, & sic ad omnia contenta in ea, ergo transgrediendo quodlibet eorum peccãt mortaliter, & sic fratres nostri transgredientes aliquod statutorum quinti generis, peccant mortaliter. ¶ Secundò regula imponitur religioso, sicut lex quædam, sed illę, qui

obiectio prima.

obiectio secunda.

qui transgreditur præceptum legis, peccat mortaliter, ergo religiosus transgrediens ea, quæ sunt in regula, peccat mortaliter.

Solutio primæ.

¶ Ad primum dicitur, ꝙ uerum est, quando uouens intendit se simpliciter ad illud faciendum obligare, sed religiosi ex uoto professionis eorum, sicut dicit S. Tho. ubi supra in responsione ad primum non se obligant seruare omnia quæ sunt in regula sed tantum uota, unde sequitur ꝙ uoto eorum professionis sub pœna peccati mortalis, nõ potest contrariari, nisi id, quod est, contra uota ipsius regulę, & sic est in ordine nostro, nam nos fratres minimi in nostra professione non uouemus, seu promittimus seruare omnia contenta in regula, sed tantum quatuor uota. Et ideo uoto nostræ professionis sub pœna peccati mortalis non contrariatur, nisi id quod est contra uota. ¶ cætera uero contenta, quia non profitentur, eorum transgressio, seu omisso non põt ex se obligare transgressores ad culpam, sed tñ tum ad pœnam, quia per hunc modum ad talia obseruanda in nostra professione obligamur, cum promictimus stare sub regula, & uita ordinis minimorum iuxta determinationes, & circunstatias in ipsa regula positas, & limitatas. ¶ Quod aũt in ordine nostro tm̃ quatuor uota profiteãtur, & illa tantummodo

tummodo cadát sub uoto ex lectura primi capituli ipsius regulæ expressè apparet, cum dicitur, ꝙ fratres perseueranter uiuere promictant, sub, uotis obedientię, castitatis, paupertatis, & quadragesimalis uitæ, & expressius ex forma professionis ordinis, cum dicimus Ego N. uoueo, & promicto stare, & perdurare toto tempore uitæ meæ sub uita, & regula fratrum ordinis minimorum perseueranter uiuendo, sub uotis paupertatis, castitatis, ac obedientię, & quadragsimalis uitæ.

¶ Ad secundum similiter respondit S. Tho. ubi supra in responsione ad secundum ꝙ uerum est, ꝙ ea quę tradũtur in lege aliqua, siue regula per modum præcepti obligant ad culpã, sed non ea quę traduntur per modum obligationis cuiusdam, uel statuti obligantis ad certam pœnam, sicut est in regula nostra. Solutio secundæ.

¶ Quia uerò dictũ est statuta quinti generis ex se non obligare ad culpam, oportet diligenter notare uerba legis correctorii in littera dicentis, quod huiusmodi transgresiones non sunt culpæ ex se, hoc est, ex suo genere, ita quòd sensus legis obligantis ad pœnam, & non ad culpam est quòd statuit actũ illũ esse extra genus culpæ non qualitercunque, sed ex suo genere, hoc est, Statutà qnti generis quomodo possunt esse culpæ,

non ex parte ope antis, sed secundum sua m naturam, & propterea multifariam potest ex parte operãtis ingredi genus culpæ, actus qui secundum se, extra genus culpæ à lege positus est, numerat autem S. Tho. ubi supra tàm in corpore articuli, quàm in resp. argu. aliquos modos, quibus ex parte operantis actus hujusmodi fit culpa.

Primo modo p contemptum.

¶ Primus qui manifestus est, dicitur ex contemptu quia transgressio alicuius ex statutis quinti generis quantumcumque minimi obligat ad mortalem culpam, quia ut dicit Bernardus, contemptus semper damnabilis est. Vnde si quis ex contemptu frangit silentium, peccat. ¶ Et dicitur contemptus secundum Thomam ubi supra in respon. ad 3. sicut etiam per extensum satis aperte declarat magister Vincentius de Castro franco super prologo consti. fratrum prędicatorum. Quando nulla existente necessitate, uel causa uera, uel opinata ex sola propria uoluntate, & inobedientia quis statuta transgreditur, & non uult se subiicere legi, immò ex propria uoluntate renuit subiici statuto sui superioris, uel ut quidam dicunt. Contemptus est uoluntaria sine causa continuata legis transgressio.

Cõtemptus qd est.

Qui renuũt subiici statutis.

¶ Illorum autem uoluntas renuit subiici nostris legibus, & statutis, qui habent firmum pro-

propositum non seruandi statuta, & nulla existente causa, animo deliberato illa transgrediuntur, cum intentione perseuerandi in tali transgressione, & non faciendi pœnitentiam in statutis taxatam, uel à prælatis taxandam. ℭ Qui uerò habent uoluntatem, & propositum seruādi statuta, & si interdū, uel frequenter, ex fragilitate, uel ex inaduertentia, uel alia occasione, uel causa uera, uel opinata illa transgrediantur, habent tamen intentionem faciendi pœnitentiam taxatā, uel à prælatis taxandam, nec intendunt in huiusmodi transgressionibus perseuerare, tales contemptum euadunt, & culpam, facientes id, ad quod obligantur. ℭ Tenemur enim habere uoluntatem seruandi statuta cum intentione, si illa non seruabimus, faciendi pœnitentiam taxatam, uel taxādam. Et ideò, ut euadamus culpam, sufficit, uel statuta seruare, uel si ea transgredimur, pœnitentiam taxatam, uel taxandam facere, quando sunt pura statuta.

Qui nō renuunt subiici statutis.

ℭ Caie. autem ibi in respon. ad 3. notat de mente Sancti Thom. Quòd peccare ex contemptu importat duo, scilicet actum peccati, & causam peccati, uerbi gratia, nolle ire ad chorum, uel frangere silentium ex contemptu dicit duo. Primo ipsum actum frangendi silentium, seu ipsam omissionem eundi

Nota doctrinam Caiet.

ad chorum, & hoc uocatur actus peccati, secundò, ipsam causam peccati, scilicet ex contemptu, & hoc signat actum uoluntatis refutantis subiici legi, seu regulæ. Ita quòd peccare ex contemptu non sufficit, etiam si esset perpetua, & millies reuoluta, & deliberata consuetudo peccandi in tali commissione, uel omissione, sed exigitur, quod peccet quis ex tali causa scilicet ex hoc, quod non uult subiici legi, seu regulæ, uel prælato. Nā prælatus lex est animata. Vnde quādiu quis subiectionem ad regulam in sua uoluntate retinet, quod semper est, quandiu uult, ut subditus suæ regulæ uiuere, quamuis ex minus bona, & indeuota uoluntate intendat transgredi eandem regulam, nunquàm peccat ex contemptu.

Cautela. ¶ Caueat tamen, ne frequentia peccandi disponat ipsum paulatim, & eandem deducat ipsum ad uoluntatem non subiiciendi se regulę, quoniam ut in littera dicitur, frequentia peccati dispositiuè inducit ad contemptum, sicut consuetum ueniale non correptum dispositiuè inducit ad mortale hæc Caie.

Secundo modo per cupiditatem. ¶ Secundo ex cupiditate, quia cupiditas peccatum est, & dicitur cupiditas, quando aliquis frater ex cupiditate, hoc est ex complacentia fruitionis transgreditur aliquod statutorum quinti generis, & hoc

manifestat

manifestat Caie. ibi per locum a maiori, in quit enim comedere est actus extra genus culpæ, & necessarius, ac sub præcepto naturali cadens, & tamē si cupiditas excessiua adsit, peccatum fit, multo magis actus non præceptus, sed excusatus secundum se à culpa, si ex concupiscentia fiat, peccatum erit, quia, ut dicit Augustinus non usus rerum, sed libido in culpa est.

¶Tertio ex negligentia, quia ait Bernardus, neglectus semper culpabilis, & dicitur neglectus, quando aliquis frater ex negligentia omittit aliquod statutum quinti generis, puta accipere benedictionem, silentium seruare, propter quod incurrit transgressor culpam uenialem, quam non incurreret, si talis trausgresio fieret ex inaduertentia, uel ex obliuione, ut dicit Sanctus Thomas ¶Quarto ratione inobedientiæ, quia inobedientia peccatum mortale est, & dicitur inobedientia, quando subditus omittit facere pœnitentiam, quam superior imponit pro transgressione aliquorum statutorum quinti generis.

Tertio mō per negligētiam.

Quarto modo p inobediētiam.

¶De

¶ De ſtatutis confirmatis à ſede Apoſtolica. 26

Controuerſiō inter doctores, an ſtatuentes poſſint recedere à ſtatuto confirmato per ſedem Apoſtolicā ſeu alium ſuperiorem, & redire ad ius commune priſtinum non obtenta licentia ſuperiorum: Concordat Panor. in c. cū acceſſiſſet ſequenti diſtinctione uidelicet. ¶ Quod, aut ſtatutum concernit principalem fauorem ſtatuentium, & ſic liberè poſſunt recedere, quod uoluit Bart. in l. omnes populi ff. de iuſt. & iur. & ratio eſt, quoniam tunc confirmatio habet uim cuiuſdā priuilegii, cui poſſunt ſtatuentes, ut priuilegio, renunciare. ¶ Si uerò ſtatutum cōcernit fauorem aliorum, uel bonum publicum, ita ꝙ merè ipſos ſtatuentes, tunc non poſſunt recedere ſine obtenta licentia, & ſic intelligitur ꝙ uoluit Bald. in l. omnium, c. de teſtam. Et ratio eſt quia ex quo ſuperior confirmat, uidetur diſpoſitionem ſuam facere, quia omnia noſtra facimus, quibus authoritatem impartimur in c. Apoſtolicę de præben lib. 6. inferior autem non poteſt legem ſuperioris tollere, facit, ꝙ not. Inno. in c. accedētibus de priuileg. ubi ſingulariter dicit, ꝙ ſi ſtatutū eccleſiæ

ecclesiæ concernit, principaliter utilitatem, uel honorem ipsius ecclesiæ. non possunt canonici expressè, uel tacitè illi renūtiare.

¶ De promotis sine licentia, uel ante ætatem, & eorum dispensatione. 27.

PRomoti sine licentia, uel ante ætatem, sunt ipso iure suspensi per extrauag. Pii 2, & si quis durante suspensione præsumpserit celebrare, incurrit irregularitatem secundum canones, quia sic promoti, & si caracterem, non tamen executionem recipiūt, ideo credo uoluisse Panor. in c. pro illorum de præb. & digni. quòd promotus ante ætatem, non debet habere uocem in capitulo, quia tunc paria sunt, ut quis non sit ordinatus ad ordinem requisitum, & ꝙ sit ordinatus ante tempus, & allegat notabilem glo. in c. ei cui de præb. & dign. in 6. quod maximè habere locum uidetur in ordine nostro, ubi ius uocis dandæ in electionibus superiorum, ex ordine, & debita ætate procedit. ¶ Vbi est aduertendum quòd cum ordinatis sine licentia possunt prælati dispensare etiam cū

Sup. car. 140,

c. 1. de re iud. in 6. & coi. ď sen. excō mu. in 6.

Pro motus ante ætatem nō habet uocem ĩ cap.

fratribus ordinatis i apostasia, nec obstat c.
si de tpost, ubi hr, q monachus i apostasia
ordinatus nō pōt ministrare in ordine sic su
Mare mag. 40. scepto, sine dispensatiōe Papæ, qa hodie ua
cat pp priuilegia nostra, qbus conceditur p
latos posse cū talibus dispensare. ¶ Nō aut
cū ordinatis añ ætatē, imò neq; epus, ut pu
tat gl. i cle. gñalem, de æta. & quali. ordi. sed
elapso tpe suspensionis sunt ipso iure resti
tuti, hoc est absq; alia declaratione, ut pro
bat gl. in c. i de sent. excō. in vi. i uerb. præsen.

¶ De pœna celebrantis in ordine, quem non habet. 28.

Quæ pœna sit imponenda clericis, seu religiosis missam, uel aliud sacrum mysterium celebrantibus. ¶ Hucusq; canonica iura non statuerūt, forsan. n. anti qui illi pres nō crediderūt tātā futurā eē ali quorū hoium temeritatē, ut tm̄ nefas (qua le est sine ordinibus missā celebrare) cómit terent, & si iā hodie dignū esset hoc spāli sā ctione punire, cū tpibus istis hoc aliqñ acci disse cōperimus. cum ergo casus acciderit, hoc arbitrio iudicis puniendū ut. In quo o portebit considerare ea, quæ in arbitrariis sunt cōsiderāda, de qbus (Deo duce) in nra summa, in uerbo. arbitriū dicemus. ¶ Bal.

Arbitraria est pœna.

Pœna falsi pōt puniri.

tñ in l. q sub ptextu, C, de sacr. eccl. notat, q dicēs se clericū, & ingers se actibus clerico rum,

rum, cũ non sit, est falsarius, quẽ refert Fel. in c. 3. loco de pb in princ. etiã Fely. in proemio decreta in nu. 37, ubi dicit, ꝙ mētiens se clericũ, punit arbitrio iud. & ultra hoc faciẽs actus clericales, punit pena falsi, & ui de Præpos. in c. qd interrogasti d. 27. ¶ Clericus aũt ministrãs in ordine quẽ non hẽt, deponendus est, & amplius nõ ordinãdus, rex tus est ad hoc expssus in c. 1. de cle. nõ ordi. ministr. ¶ Diaconus aũt missã celebrãs non dũ ad illã ordinatus, ad sacerdotiũ nõ põt ꝓmoueri, & a Diaconatu, quẽ hẽt, bienio, uel trienio, superioris arbitrio suspendet, ut in c. 2. eo. ti. ¶ Clericus aũt, q cũ non esset ordinatus, ministrauit in aliquo ordine in apparatu, hoc est solẽniter indutus, incurrit irregularitatẽ, ut not. Sylue. in uerbo, irregularitas. in. §. 12. quærit. ¶ Et quãuis antiqua iura, ut pbat gl. i c. 3. de uit. & hon. cle. & ibi doct. uident uelle ꝙ clericus, si est ĩ minoribus pt cãtare epistolã cũ tunicella, sine manipulo, hodie tñ uacãt ꝑ ꝑ Conc. Trid. sess. 23. c. 17. quo cauet ꝙ hmõi ministeria nõ nisi ꝑ cõstitutos ĩn dictis ordinibus exerceri. ¶ Iõ fres pdicatores in executionẽ huius canonis ĩ cap. gñali Bononię celebrato 1564, ordinarũt, ꝙ in eoꝝ cõuẽtibus, ĩ q bus frum sufficiẽs ẽ multitudo, sacri altaris mysteria ẽt minima ab ordinatis ministris exerceant, & ꝙ nullus deiceps sacris uestibus

Depositio.

Irregularitas.

Statutũ prædicatorum.

indutus solemniter epistolam canere permittatur, qui ad eum ordinem non fuerit promotus. ¶ Qui autem celebrat aliquod ministerium sine sollemnitate uestimentorum, puta, si subdiaconus cantat epistolam sine manipulo, Diaconus sine stola euãgeliũ, Sacerdos sine planeta, seu manipulo, uel stola missam, non incurrit irregularitatẽ secundum Sylue. ubi supra, & ratio potest esse, quia pœnæ non sunt extendendæ, & cum id non sit expressum in iure, non est dicendum, tales incurrere irregularitatem, facit c. his qui de sent. excom. in 6.

Qui cantat epist. sine Manip. uel euang. sine stola, uel missam sine planeta.

¶ De descendentibus ex genere iudæorum, an sint recipiendi ad ordinem. 29.

Quæstio petita a caie.

QVæstio ista fuit petita à R. Card. Caie. per P. F. Matthæum de Pace sacræ Theologiæ Salmanticensé regenté, ut patet in suis opusculis in uolumine responsionũ. in resp. 6. an illis, qui ex iudæis originem ducunt, si in nullo culpabiles inuenti, nec aliter suspecti, nisi ratione originis sint, possit negari ingressus religionis, & si fuerint nouitii, negari posit professio absque aliquo peccato

cato mortali, an sit hoc cõtra præceptum charitatis.

¶ Caiet. duo dicit, primum, quod prælati ipsarum religionũ licitè facere possunt talia statuta, & maximè in Hispania, & ratio sua ibi in summa est. quoniam actus recipiendi uenientes ad religionis statum, & si in abstracto consideratus (hoc est, nõ relatus ad aliquam personarum conditionem, sed indeterminatus in communi per se) habeat rationem debiti, quoniam religiones institutæ sunt, non solum pp pñtes, sed etiã propter futuros, tamen in concreto consideratus (hoc est relatus ad hanc, uel illam personarum conditionem specialiter, & determinate) non habet rationem debiti, nisi in articulo necessitatis, & probat hoc per similitudinem de operibus charitatis. quoniam charitas non arctat ad diligendũ, seu benefaciendum alicui particulari personæ, non aliàs coniunctæ, nisi in articulo necessitatis, uerbi gratia, diligere, seu benefacere in communi omnes tenemur, sed in speciali, puta talem, & talem personã, non, nisi in casu necessitatis, & adducit authoritatem diui Thro. in quol. ubi dicit, q habens de superfluo non tenetur obuianti pauperi, ac petenti eleemosynã dare, quia licet teneatur superfluũ elargiri, non tamẽ

Religio-se licite põt facere talia statuta.

tenetur dare huic, puta tali personæ, quia potest alteri dare, si uult, & sic concludit posse prelatos absq; peccato, & multo magis patres in cap. generali statuto cauere, ut genus aliquod hominum sine eorum culpa ad religionem non admittantur, ut sunt hi, qui ex Iudæis originem ducunt.

Sententia. Caie. rationabilis mihi uidet. ¶ Scdo quãuis idem Reuerendiss. ita sibi uideri dixerit, irrationabile tamen sibi uideri dicit, ꝑpetuo statuto cauere eos, q nulla alia suspitiõis nota sunt affecti, nisi ꝙ originẽ ex Iudæis traxerũt, nõ posse admitti, seu recipi ad religiõis ingressum: qđ probat triplici rõne. primò, qa salus nostra ex Iudæis est, ex quibus natus est Christus secundum carnem, & apostoli, & plurimi patres fidei, & ingrati iuenimur sui generis filios repellendo. Secundò, quia occasio daret Iudæis, ut ad fidem non conuertantur, dum intelligunt cõuersorũ filios in generationẽ, & generationẽ repulsos à religiõe. Tertiò, quia religiõis status ẽ talis ubi ipsi potius, & si in aliquo dubitãt, solidari in fide, quã aliàs insicere possunt. ¶ Ex quibus causis credo ꝙ motus bo. mem. Pius V. statuit & uoluit ꝙ tales ad ordinem reciperentur, immò etiã ad dignitates. Sed satis consulte S.D.N. Gregorius decreuit quod in his & aliis de quibus disposuit Pius V. seruetur quod Paulus IIII. per suas literas statuit.

Pius V. supra. 138.

¶ De apostatis. 30.

Apostata à religiõe scdm declarationẽ D. Card. Aracæli, quã fecit super statutis fratrum minorũ de obseruãtia approbatis per Iulium III. in c. 2. dicitur ille, qui sine licentia, uel obedientia superiorum suorum per terras, loca, seu patrias cũ habitu, & socio, uel sine utroq; ierit, uel uagabundus discurrit, & generaliter, q absque eiusdem ordinis licentia quolibet à cõuentibus discesserit, & facit pro sua declaratiõe, quod notat Inno. in c. fin. de renun. & in c. ĩtelleximus de ęta. & qual. quẽ sequit Pan. in c. 1. de apost. ubi dicit, ꝙ religiosus, q discedit à monasterio sine licentia sui superioris, & nõ subiicit se alterius obediẽtiæ, puta qa nõ uadit ad aliud monasteriũ, sed alicubi abscõditus manet, est apostata, quãtũcũq; retineat habitũ. Sed qa in l. desertorẽ. §. emãsores. ff. de re mili. expresse habet, ꝙ nõ debet iudicari apostata scdm iura, qui diu ad lõginqua uagat, nisi postquam sic uiuit, qd aium redeũdi deposuisse oñdit, unde Sylu. uerbo apostasia. §. 9. dicit, ꝙ apostata à religiõe ẽ religiosus ꝓfessus sine licẽtia exiẽs à monasterio, cũ intẽtiõe nõ reintrãdi illud, uel aliud, sed uiuẽdi irreligiose, puta clericaliter, aut laicaliter, uel inobedienter.

Apostata à religione, q dicatur.

Innoc.

Panor.

Syluestr.

Dupliciter cõtingit religiosũ cũ habitu extra religionẽ manere.

¶Ideo est notandum secundum Caiet. 2.2. q.12.art.2. quòd religiosum cum habitu sine licentia, & alterius obedientia manere, dupliciter contingit. Primò eo animo, & intentione, ut religiosus amplius non sit, & talis est uerus apostata, nec excusatur ab apostasia, & censuris annexis ex hoc, quòd defert habitum, sed tenetur ad omnia, ad quę tenentur apostatæ sine habitu. ¶Secundò contingit, ꝙ non recedit, nec uagetur ex animo retrocedendi à religione, sed propter prælatorum fortè rigoré, aut propter libidinem uagandi, aut aliquid huiusmodi, & talis non est apostata, sed fugitiuus, & uagus, & ꝙ hoc sit uerũ, probat ex hoc, quòd cum apostasia consistat in retrocessione à religione, consequens est, ꝙ qui retrocessioni à religione nunquam cõsensit, núquam apostasiam incurrit, quamuis incurrat peccatum inobedientiæ, & rebellionis, contra præceptum prælati exeundo, & dat exéplũ, de religioso, qui si stat in claustro, & non uult pertinaciter obedire prælato, aliquid iustè præcipienti, non apostata, sed rebellis est, et dictum Inn. superius allegatum in primo casu, & in primo sensu tantum putat uerificari, & pro ista distinctione Caiet. facit, ut dictum est. l. defensorem.

Exéplũ.

¶Secundò nota, quòd ille, qui per se à monasterio

nasterio egreditur,& subito,ac statim reuertitur, non est iudicandus apostata, sicut habent fratres prędicatores, per declarationẽ capituli Generalis,ut habetur in eorũ constit.C.de apost. similiter qui de uno monasterio ad aliud, uel de una prouintia ad aliã fugit, si per directum uadit, non erit iudicandus apostata, sed fugitiuus, & uagus; & ratio est secundum Caie.ubi supra, quia cum apostasia sit retrocessio à religione, nunquàm apostasiam incurrit, qui retrocessioni à religione unquam consentit, sed per directum uadit ad illam, quærens illam puta, quærens aliud monasteriũ, seu aliam prouinciam.

Qui a monasterio egreditur, & statim reuertitur, non est apostata

¶ Tertio nota, quòd religiosus, qui dimittit habitum suæ religionis, & assumit habitum alterius religionis, si cum effectu sine intermissione tamen, transit ad aliã religionem, non est apostata, quando est apostata. Secundum gl. in c.fi.de apost.& in c.ex parte de temp.ord.& rationem asignat Caie. ubi supra quia cum apostasia à religione sit retrocessio à religione,& aliud sit retrocedere à religione in communi,& aliud retro cedere ab hac religione in particulari, puta minimorum, consequens est, quòd si quis à sua religione retrocedit, etiam si laxiorẽ intrans, non fit apostata à religione, sed si

Qui dimittit habitũ suæ religiõis & assumit habitum alterius religionis.

cum

cum effectu non transit, sed solum portat habitum alterius religionis extra claustra, apostata est, etiam si efficiatur clericus sęcularis secundum Panor. in c. à nobis. & c. cõsultation. de apost.

Forma recipiendi fratres apostatas. ¶ Omnes apostatæ reuerti uolentes sunt recipiendi quia ecclesia non claudit gremiũ redeuntibus, immo prælati adhoc compelluntur per c. fi. de regul. exceptis tamen his de quibus emẽda non speratur, ut dixi supra in notabili⁹ de eiectione incorrigibiliũ ab ordine.

notabile 15. ¶ Cum eis autẽ, qui sunt recipiẽdi, debẽt obseruari ea quę adnotãtur in formulario ordinis, quod nuper fecimus in capitulo, de forma recipiẽdi fratres apostatas.

¶ De sæculari homicida venienti ad habitum. 31.

Sæcularis homicida fugiens a sęculo, an liberetur à pœna debita in foro mũdi,

VErum homicida fugiens à sæculo, & profitens religionem, liberetur à pœna debita in foro mundi. Sunt opiniones. ¶ Quidã tenent quòd si profiteatur religiõé, nõ propter hoc ei parcitur; quin per iudicem ecclesiasticum degradatus exponatur iustitiæ sęculari puniendus, in oĩ casu, in quo post professionem delinquens degradaretur, & iustitiæ sęculari traderetur. ¶ Alii tenent oppositum

pōsitū, quia cū plus sit fieri religiosum, quā simpliciter ad ecclesiā cōfugere, sicut homicida cōfugiens ad ecclesiā, nō traditur iustitiæ sęculari mutilandus, uel occidendus, sed ecclesia seruat sibi uitā, & mēbra, multo magis ille, qui fit religiosus, q̄a nō solū de monasterio nō debet eiici, plusquā latro aliàs cōfugiēs. Immò etiā post professionē extra monasterium inuētus, nō debet capi ab episcopo degradādus, & exponēdus, q̄a semper ēst in ecclesia, q totā uitā in ecclesia dedicauit. ¶ Nec est simile de illo, q post professionem deliquit, quia cum iste existens in ecclesia, deliquerit, ab ea tueri nō debet, & hanc opin. sequit̃ Petrus de Pal. dist. 38. q. 4. & uidetur mihi probabilior, & uerior; & propter hoc forte, cum quis religionem ingreditur, nō interrogat̃, utrū sit ad mortē obligatus, uel utrum cōmiserit crimen capitale; cum eñ interroget̃, an sit debitis obligatus. ¶ Si queratur, an iste fugiens à sęculo per timorē mortis, ue forte suspendat̃ per homicidium, profitens religionem, teneatur religioni. ¶ Dico, q̄ sic, q̄m timor mortis illatus ab homine, tunc excusat ab obligatiōe religionis, cum quis alteri dicit, nisi ingrediaris, & profitearis, te occidā, & sic loquit̃, & debet intelligi c. perlatū de iis, quæ ui, metusue causa fiunt, sed nō est à simili, cū quis

Opinio Pal. est probabilior & uerior.

Profitēs timore mortis tenetur religioni.

propter

propter periculum mortis euadendæ fugit à sæculo; se in claustrũ recipiens: immò possit dici de eo, ò necessarium suũ peccatum, quod religionis ingressu deletum est.

Nota casũ de dãnato ad mortẽ.

¶ Si quæratur, utrum homicida condemnatus ad mortem & liberatus tali conditione, quod intret religionem, si egrediatur, puniri possit, ut prius, respondet Bar. Brix. in quest. suis. q. 1. quòd si habet uxorem, & egreditur ad petitionem uxoris, non potest puniri illa pœna, & hãc opinionẽ sequitur Alber. in auth. ingressi. C. de sacrosanc. eccles. & ratio est, quia coactus exiit, quia secundum iura uir ad petitiouem uxoris tenetur exire claustrum.

¶ De conseruatoribus. 32.

PEr conseruatores consueuit Romana curia religiosis, & aliis personis miserabilibus prouidere, circa quorum defensionem, interdũ iudices ordinarii inueniuntur negligentes immo, & ipsos frequentius infestantes.

Cõseruator quis dicatur.

¶ Sunt autem cõseruatores iudices dati ad defendendum aliquos à manifestis iniuriis, & iuribus sibi competentibus. ¶ Et secundum gl. in c. 1. de offi. deleg. in vi. ¶ Interdum dantur contra infringẽtes priuilegia con-

Cõseruatorũ ge-

concessa aliquibus personis ex beneficio se dis Apostolicę, & isti dicuntur propriè con seruatores. ℭ Aliquando dantur, ut defen dant aliquos contra iniurias, & offensas illatas, & isti dicuntur propriè defensores, & de istis duobus propriè intelligũtur iura lo quentia de conseruatoribus in dicto c. 1. & fin. de offi. deleg. ℭ Aliquando dãtur gene raliter cum amplissima potestate, quam iu ra loquuntur, secũdum quod in rescriptis, uel priuilegiis continetur, quæ sunt diligẽ ter inspicienda, & seruanda, quia cõserua tores secundum priuilegia multa possunt, quæ nõ possunt cõseruatores secundum iu ra allegata, Papa enim potest illa remoue re, ex plenitudine potestatis suæ, sunt enim merè positiua. ℭ Et quamuis conseruator sit delegatus, quod probatur ex eo, quia ma teria eius ponitur in tit. de off. deleg. ut pro bat bona gl. in dicto c. 1. in uerbo conserua tores, sunt tamen multæ differẽtiæ, ut pro bat Ioannes Andreas in dicto c. fi. ex ipso te xtu, quas ibi uide, & nos (Deo propitio) dicemus in summa, in uerbo cõseruator.

nera tria sunt.

Cõserua tor secũ dum pri uilegia plura po test quã scdm iura.

Cõserua tor, ẽ de legatus.

Ioan. An dreas.

ℭ Item conseruator secundum iura, ut ha betur in dicto c. fi. non potest esse, nisi qui dignitatem, aut personatum habeat in ec clesia cathedrali, uel collegiata, puta Epi scopus, Abbas, archipresbyter, & similes.

Cõserua tores qui esse pos sint.

ℭ Et

¶ Et quamuis secūdum iura uidetur, quod canonici cathedralium ecclesiarum, et officiales, ac Vicarii ipsorum non possint esse conseruatores, quia eget declaratione, ut probat gl. in cle. 2. de rescrip. in uerbo de legatus. ¶ Tamen per priuilegium Iulii II. & Clementis VII. fratribus minimis concessum, præfatæ personæ, si eliguntur in cōseruatores per fratres ipsos, esse possunt. Item prior, siue prælatus in ordine minimorum, uel aliorum ordinum potest esse conseruator, ut probat Tabie. in uerbo conseruator. §. 2. & in uerbo dignitas, & non uidetur dubium per dictum priuilegium Clementis VII. quod Papa dirigit etiam prioribus.

Iulius II. 43.

Clemēs VII. 86.

Cōseruator secūdum iura ex officio suo de qbus cognoscere possit.

¶ Item conseruator secundum iura, quamuis ex officio suo non possit se intromittere nisi de manifestis iniuriis, & uiolentiis, ac de illis, quæ requirunt iudicialem indaginē, ut habetur in dicto c. 1. aliàs per unum annum est suspensus ab officio, ut habetur in dicto c. fin. & consequenter à beneficio, quod est officii sequela, ut ibi probat glo.

Cōseruator fratrum secundum priuilegia.

¶ Tamen conseruator fratrum secundum priuilegia pro defensione iurium, & bonorum ipsius ordinis potest se intromittere super quibusuis molestiis, iniuriis, atque damnis præsentibus, & futuris nostro ordini à

ni à quibusuis molestatoribus illatis, in illis uidelicet quæ iudicialem requirunt indaginem summariè, simpliciter, sine strepitu, & figura iudicii; quid autem per ista uerba importatur, uide clemen. sæpè de uerb. signi. in aliis uerò, prout qualitas eorũ exegerit, quia omnia, sine quibus eius iurisdictio non posset explicari, intelliguntur esse ei commissa. ff. de iur. omn. iud. l. ii. Clem. sæpè đ uerbo. sign.

¶ Itẽ conseruator scd̃m iura quãuis nõ permittatur extra ciuitatem, aut diœcesim, in qua fuerit deputatus, contra aliquem procedere, aut aliquem extra locum cũ itinere unius diei remotiorem protrahere, ut in dicto c. si. habetur, §. conseruatores. ¶ Tamen conseruator fratrũ secũdũ priuilegia id potest, nam per dictum priuilegium Clementis, conseruatores fratrum habent potestatem etiam extra loca, in quibus fuerint deputati, procedere, & conceditur ei facultas citandi, & inhibẽdi etiam per edictũ ad se trahendo citatos, & monitos, non obstãtibus Bonifacii Papæ VIII. de una, & concilii generalis de duabus dietis, dummodo nõ ultra tres dietas aliquis trahatur. Cõseruator secũdum iura nõ habet potestaté extra. Cõseruator fratrum secundum priuilegia.

¶ Item conseruator secundum iura quamuis debet procedere per se ipsum, nec posset committere uices suas aliis (exceptis citationibus, & sentẽtiarũ denũciationibus) Cõseruator s᷑m iura nõ põt alteri cõmittere uices suas.

nisi

nisi aliter eis committeretur per litteras, & tūc non nisi infra ciuitatem, & diœcesim, in qua deputatus fuerit, hoc ei facere licet, ut habetur in dicto c. fi. §. uices quoque.

Cõserua tor fra trum se cundum priuile gia.

¶ Tamen conseruator fratrū secundum priuilegia poterit committere uices suas aliis, etiā si sint extra loca, in quibus deputatur conseruator, ut patet in dicto priuilegio Clementis.

Cõserua tor secū dum iu ra quan tum du- rat.

¶ Officiū conseruatoris secūdū iura durat usque ad obitum concedentis tantum, quo ad negocia non cæpta, ut habetur in dicto c. fi. §. officium,

Cõserua tor sc̄dm priuile gia.

¶ Officium tamen conseruatoris fratrum secundum priuilegia nūquam expirat, etiam per mortem concedētis, tàm quo ad negotia cæpta, quàm non cæpta, ut habetur in dicto priuilegio Clementis, & hoc est iuri consonum, nā secundum glos. ut patet ex c. cum plures de off. deleg. in vi. quando sunt plures conseruatores deputati pro uno prelato, uel monasterio, seu ecclesia, uel religione, quo ad negocium cæptum per unum illorum, perpetuatur iurisdictio in aliis, non obstante morte concedentis.

Priuilegiū Cle- mentis VII. con cessum minimis

¶ Clemens VII. in predicto priuilegio mādauit quibuslibet in dignitate ecclesiastica constitutis, & Metropolitanæ, uel alterius cathedralis ecclesiæ canonicis, per uniuersum

ſum orbem ubilibet conſtitutis inter alia ut per fratres in cōſeruatores requiſiti poſ ſint, ſi opus fuerit, inuocare brachium ſęcu lare, & quoſcunq; inobedientes cuiuſcūq; dignitatis gradus, ordinis, uel conditionis exiſtant per cenſuras eccleſiaſticas, appella tione poſtpoſita, compellere. ¶ Vbi eſt ſciē dum, quod uirtute huius conceſsionis Cle mentis, & alterius antepoſitę Iulii II. iam fratres non ſunt hodie aſtricti ad certos & determinatos conſeruatores, ſicut olim, ut audiui, quando quælibet natio, ſeu prouin cia habebat per bullā particularē duos, uel tres conſeruatores determinatos ſub nomi ne dignitatis, ita quod illæ prouiſiones ni hil poſſunt hodie, tanquam ſuperfluæ, ex quo per præfatas conceſsiones Iulii & Cle mētis poſsunt illos cōſeruatores, ſeu quos libet alios aſſumere ad beneplacitum. ¶ Et idem eſt de conſeruatoribus particularibus quos aliqui fratres minus docti pro eorum prouincia procurant ſæpe pro negociis ſu perueniētibus, quia eſt ſuperflua huiuſmo di procuratio, cū conſeruatoriā Maris ma gni, & dictarum litterarū Iulii II. & Cle. VII. ſit perpetua, & uniuerſalis; ut ibi apparet. ¶ Demum duo ſunt ualde notanda: alterū, quòd conſeruatores Minimorum ſunt par ticipes ſuffragiorum totius ordinis, & poſ

Nota.

Nota.

ſeſſ. 14. de refor. c. 5.

sunt omnia, quę possunt cōseruatores alio rum ordinum secundum priuilegia illis cō cessa: & capitulariter electi gaudent priui legiis ipsius ordinis. ¶Alterum quod ea, quæ Sancta synodus limitauit circa iudices conseruatores non comprehendunt perso nas regularium locorum, quæ sumus nos.

¶ *De nouitijs absolutis à casibus reser uatis, & postea ab ordine exeuntib.* 33.

Nouitius si absolutus, ab ordine exierit.

SI qui nouitii infra annum nouitiatus in aliquo excesserint, pro cuius abso lutione, si in sæculo deliquissent, ad se dem Apostolicam, uel alibi meritū essent destinandi, sed ratione religionis, secun dum priuilegia absoluuntur; si postea non emissa professione, absoluti exierint, tenen tur se præsentare ei, qui eos alias de iure in sæculo absoluere poterat, non ut absoluat, cùm iam absoluti sint, sed ne reincidāt tex. est ad hoc expressus in c. eos de senten. ex com. in vi. ad quam reinciderent ratione inobedientię non se præsentando iuxta te uorem d. c. eos.

casus Angelicæ de nouitio percutiente.

¶ Ideo Angelica in uerbo excommunica io V. §. 48. quærit. ¶ Quid si nouitius per cutiens in nouitiatu, & absolutus egredia tur, respondet, quòd si egrediatur, nisi se re præsen

presentet, quàm primum commodè pote rit ei qui de iure eum absoluere poterat, incidit in eãdem, quod probat per d. c. eos. Et ratio est, ut dicit Syluestrina in uerbo Absolutio V. §. 7. quam sequitur Tabiena Absolutio 3. ab excommunicatione §. 10. quia absolutio quæ impenditur nouitiis, uel ad habitũ uenientibus, ipso iure intelligitur, si perseuerauerit in religione. ¶ Et nota hũc casum, & tene menti, quia sæpe solet euenire, ꝙ multi nouitii percussores fratrum absoluuntur, & postea absoluti, illinc ad aliquot dies solent exire. Quare cautè sunt animaduertendi eos, aliàs incidere in eandem censuram, nisi se representauerint, & à quo aliàs de iure absolui debebant; & ratio potest esse, quia priuilegio debet priuari, qui priuilegio abutitur.

Syluestrina.
Tabie.
Nota ꝑ cautela, exeuntium.

¶ De habitum suæ religionis dimittentibus. 34

IN cap. ut periculosa in vi. ne cler. uel mona. excommunicantur omnes religiosi temere habitum suæ religionis dimittentes, pro cuius canonis declaratione, est aduertendum, ꝙ dimissio habitus potest fieri tribus modis, uno modo sine peccato,

De excõicatione habitum dimittẽtium.

alio modo cum peccato, tertio modo cum excõicatione. ¶ Primo modo, siñe peccato tunc est, cum fit ex iusta, & rationabili cã, puta, cũ fit cã balneationis, notationis, uel piscationis: Item cũ fit secundũ statuta regulę, puta, causa mutationis, mundationis, reparationis, uel alicuius euidentis infirmitatis, itẽ cũ fit cã iusti timoris, ut probat gl. in d. c. ut periculosa, in uerbo temere, puta, ꝓpter periculum captionis, siue mortis, ut si quis, transeundo per terrã infidelium, seu aliorum inimicorum, dimittit habitum, ne agnoscatur. ¶ Sed an in tali casu liceat assumere habitum, seu aliquam uestem infidelium, dicitur, ꝙ sic, dũmodo in tali habitu, seu ueste non sit aliquod principaliter institutũ, ad significandũ aliquod determinatũ signum infidelitatis, quia tunc nullo modo liceret, etiam ex quocunque timore, quia nullus timor etiam cadens in constantẽ uirum, excusat Christianum à cõfessione suę fidei, nam propter Dei honorem, uitã quilibet tenetur exponere, secus quãdo depor tatio talis uestis, seu habitus non determinatè signaret aliquod infidelitatis signum, sicut Sanctus Sebastianus, ex bono zelo chlamyde militari utebatur, concordat Caiet. 2. 2. q. 1 1. ar. 1. ad secundum, & cũ eo oẽs summistę, in uerbo fides, uel infidelitas.

Dimissio sine peccato.

Qũo liceat assumere uestem infidelium.

exemplũ S. Sebast.

Secundo

¶Secundo modo, cum peccato, tunc est, quãdo tota die, seu aliqua ipsius parte, quis ex iocosa leuitate domesticè manet in monasterio sine habitu, uel cũ quis ex lasciua, & illicita sensualitate dormiendi quietius, dimittit habitum, & ratio est quia secundũ iura, habitus adeò est annexus ossibus monachorum, quod diu, noctuque eum dimittere non licet c. uidua 20. q. 1. ¶Itẽ, cũ fit ex aliqua causa non licita religioso, puta, cum quis dimittit habitum ex iocosa leuitate per horam, ad iaciendum palum ferreum, uel ludendum ad pilã, uel ad currendum, uel ad saltandum, uel ad trepudiandum, & his similia. Quamuis magister Vincentius de Castro nouo, in constitutionibus fratrũ prædic. in c. de Aposta (cũ talia non deceat religiosos agere) declaret, tales religiosos incidere in excõicationẽ, quod non placet Petro de Pal. in 4. d. 18. q. 3. ar. 3. quia non est uerisimile Papam in his minimis tantũ laqueum imposuisse, & hanc opinionem sequitur Siluest. contra Rosellã, (quia licet talia nõ deceat religiosos agere) non propterea tñ oi illicito apponit̃ sñia excõicationis ẽt in eod. genere, in quo aliquid sub ea sñia cadit, & dat exẽplũ de furto, si feratur excommunicatio, intelligitur pro notabili, quod sit mortale, non autem de mo

Dimissio cum peccato.

Opinio magistri Vicentii.

Opinio Paludæ rationabilior

Sentētia authoris. dico, puta solidi unius, uel duorum, & placet mihi, quia tales incidentes in hanc sententiam, dicuntur Apostatæ, ut patet per glo. in uerbo horum, quæ dicit istos apostatare, quod non potest dici de illis supradicto modo dimittentibus, cum non dolo se dimittant habitum cum animo non reassumendi, quod proprium est apostatarum.

Dimissio cum excommunicatione. ¶ Tertio modo cum excommunicatione, tunc est, cum fit temerè, ut habetur, in dicto c. periculosa. ¶ Temerè autem fit, cum quis dimittit habitū ad finem uagādi, quia dicitur in textu ut periculosa religiosis uagādi materia subtrahatur. ¶ Itē temerè fit, cum fit ex turpi causa cum scandalo secundum Pal. ubi supra puta, cum quis dimittit habitum, eundo de nocte ad lupanar.

Temerè quid.

¶ Si uero dimittit ex causa illicita, & tamen non stat in illa cum scandalo, puta in sua camera dormit cum meretrice sine habitu ad fornicandum maiori cum delectatione, tunc non uidetur incurrere, secundum Siluestr. in expos. dictæ excommunicationis credendo dictum Pal. tenentis contrarium, ubi supra prima facie, intelligi debere de eo, qui dimittit illum, ad eundum incognitè ad fornicandum, & ratio est, quia textus uidetur adducere uagationem scandalosam pro causa, ad hoc, ut incurratur, quæ

Siluestr.

non

non est in casu dormitionis de nocte in cel la, tamen secus, ut dictum est de lupanari. ¶ De dimittentibus habitum suæ religio nis, & assumentibus habitum alterius reli gionis, sunt opiniones, an ipsi incident in ce censuram. Syluest. tenet, (quem sequitur Caie. in summa, & Nauar. c.27.nu. 131.) quòd sic. quia propterea in textu ponitur illud pronomen suæ religionis, alioquin frustra poneretur, sed Gemi. tenet opposi tum, & ita consulit Lapus, & ad uerbum suæ religionis respondet, quòd non obstat, qa una est religio generaliter sumpta quoad tria uota, quamuis Sylue. dicat, quod secundum istum intellectum sufficisset dicere religionis absolutè, sine illo pronomine, suę. ¶ Sed pro concordantia potest dici illud, quod à simili de apostasia dicit Caiet. 2.2.q.12.art. 1. quòd si quis dimittens habitum suæ religionis cum effectu, & tran sit ad aliam religionem approbatã nõ incidit, & sic potest sustineri opinio Gemin. dũmodo cum effectu statim sine temporis intermissione subinduẽdo habitum alterius religionis, intret illã religionem. ¶ Rationabiliter tamen secũdum Caie. in summa, quia si quis habitum suum dimittendo, nõ statim intrat, sed circumeundo ambulat, ut sic exutus citius in alia religione recipiatur,

De dimittẽtibus habitũ suæ religiõis & alterius assumentibus, an incidãt.

Concordantia Caiet.

Rosella. tur, incidit secundum Rosellam i uerbo ex communicatio. 16. sed si cum effectu non transit, sed solum portat habitum alterius religionis extra claustra, incidit, & sic potest sustineri opinio Siluest.

Assumés habitum alterius religionis ad solatiũ nõ incidit.

¶De dimittétibus habitum suę religionis, & assumentibus alium, nota, ꝙ si qs dimittit habitum suæ religionis, & sumit aliũ nõ ad utendum, sed ad solatium, ex leuitate io cosa, non incidit in censuram, secundum Siluestr. in uerbo habitus, quia temeraria dimissio debet intelligi, quando habitus dimittitur dolose, cum assumptione alterius, ad utendum eo, secus ubi dimitteretur ad horam uoluptuose, puta, ut si in honesta recreatione frater minimus induat habitũ prædicatorum uel e, conuerso.

Portantes habitum absconditũ quomodo incidunt.

¶De portantibus habitum absconditum, nota, ꝙ qui portat habitum absconditum puta, quis cooperit habitum suę religionis cum alio habitu, seu ueste, puta cum ueste clericali seu seculari, uaria est opinio doctorum. Nam quidam canonistæ tenent, ut Panor. in c. Deus qui de uit. & hon. cle. quod si quis abscõditum portat habitum suum, non incurrit censuram, quia pœna non est extendenda ultra litteram, sed alii tenẽt oppositum, ut probat glo. in clem. 2. de uit. & honest.

honest. cler. in uerbo extrinseci. ¶ Sed tu distingue, & concorda cum Caie. in sua summula, in declaratione istius canonis, & tene cum eo, quia bene dicit, quòd si quis abscondit habitum, & taliter incedit, quod non cognoscitur religiosus maximè ab illis, qui eum aliter non nouerunt, incidit, & sic uera est opinio glo. quia licet talis non dimittat materialiter uestem, quæ est habitus, dimittit tamen formaliter habitum suæ religionis, quia dimittit ipsum, ut habitum, quo cognosci, & discerni potest, ut religiosus talis religionis. ¶ Si tamen à conuersantibus, quamuis non ab omnibus prætereuntibus cognoscatur, quòd religiosus est talis religionis, sic non incurrit, quia nec materialiter, nec formaliter suæ religionis habitum dimittit ex toto, non materialiter, quia portat subtus, neque formaliter, quia cognoscitur, ut religiosus, quamuis secundum quid dimittere dici possit, & sic procedit opinio Panor. ¶ Et memento hic, quòd ex uigore Conc. Trid. nemini regulari potest dari licentia occultè ferendi habitum suæ religionis.

Concordātia Caiet.

Opinio glo.

Opinio Panor.

sess. ulti. de regu. c. 19.

¶ Et

Nouitius nõ incurrit.

¶ Et nota, quod in his, quæ dixi de censura dimittentium habitum religionis, non incidit, nisi ille tãtũ, qui expressè, uel tacitè professus est, ut habetur in textu dicti c. ut periculosa, unde nouitius non incurrit.

¶ *De fratribus se percutientibus in claustro, & eorum absolutione.* 35.

Appellatiõe monachorum qui ueniũt.

CAnon latæ sententiæ. Circa percussores clericorum, & monachorũ ligat multos, quia appellatiõe monachorum. ¶ Primò ueniunt omnes religiosi professi religionis approbatę c. cum illorum de sent. excom. ¶ Item conuersi omnes, seu oblati .c. non dubium eo. ti. ¶ Item omnes nouitii c. religioso, eo. tit. in vi. ¶ Item omnes moniales, & conuersæ, & conuersi earum c. de monialibus extra de sent. excom. ¶ Vbi est sciendum secũdum Ang. in uerbo, nouitius. 21. ꝙ in dicto c. religioso, nouitius accipitur largè, etiã pro eo, qui est infra annos pubertatis indutus habitum religionis in monasterio, ut sunt multi, qui habitũ religionis suscipiũt duodecim annorum, seu quatuordecim expectantes debitum tempus professionis. ¶ De fratribus autem, & sororibus tertii

Percutiens nouiciũ, 14 annorũ incurrit.

ordinis uiuentibus in cõgregatione, & profitentibus tria uota, non est dubium. ¶ Sed de tertiariis uiuentibus laycaliter in ꝑpriis domibus, qui de iure communi non gaudent hoc priuilegio clericali, & hoc est, qđ dicit Caie. in summula in expositione huius canonis, quia nec sunt religiosi, cũ nõ habeant solemnem professionem, qua religiosi à non religiosis distinguuntur, nec conuersi religionis, nec nouitii religionũ, nec clerici, ¶ Sed loquendo de iure priuilegiorũ omnes sorores, & fratres tertii ordinis gaudẽt per bullam auream Sixti IIII. cum isti per dictam bullam gaudeant omnibus priuilegiis & immunitatibus, quibus gaudent fratres, & hoc sentit Silue. in expositione huius canonis.

De percussoribus tertiariorum.

¶ Si autem quæratur de fratre, qui percutit alterum fratrem excommunicatum, an ipse incidat excõmunicationem, sunt opiniones. Dicunt aliqui, ꝙ non. per c. excõmunicatorum 23. dist. 5. Quòd tamen gl. in c. si quis deinceps 17, q. 4. non credit uerum, & sic est cõis opinio, quę tenet, ꝙ iste percutiens excommunicatum, incurrit excommunicationem, & ratio est, quia excommunicatus retinet ordinem, ratione cuius inducta est immunitas, & ideò durat durante causa.

Percutiens excõmunicatũ in cidit incẽsuram.

¶ Deo

De abso lutione. ¶ De absolutione. Nota, qd' absolutio huius canonis quamuis regulariter spectet ad Pontificem, quando percussio est uiolenta ut habetur in c. si quis suadente. 17. q. 4. tamen quo ad personas religiosas, non solum ex priuilegio, sed etiam de iure communi spectat ad eorum superiores, ut habetur in c. monachi, & c. cũ illorũ de sent. exc. extra.

percutiẽs fratres alterius religionis. ¶ Vbi est aduertẽdum, quòd fratres nostri percutientes fratres alterius religionis, laicos clericos seculares, possunt à proprio superiore nostrę religionis absolui. ¶ Nec obstant iura, quę uolunt, quod si percussit fratrem alterius religionis, absoluatur per prelatum percussi de sen. excom. c. cum illorum ¶ Si autem percusserit clericum secularem absoluatur per Episcopum de sent. excom. in 6. c. religioso, qa ista iura, & multa alia quæ à summistis ponuntur circa absolutiones fratrum, hodie uacant, propter nostra priuilegia, quia à propriis superioribus nostris possumus absolui.

¶ Si autẽ quæratur, an superior percutiens possit absolui à subdito suo quẽ eligit in confessorem, non est dubium secundum priuilegia. ¶ Sed dubium est, quando in aliquo cõuentu sunt duo fratres sacerdotes, unus superior, & alter subditus, & se ad inuicem percutiunt, an alter alterum absoluere possit

upr. car. 35. & 39.

sit. ¶ Dicam in hoc, quid sentiunt iura. ¶ Excommunicatus minori excommunicatione potest absoluere alium excommunicatum eadem excõmunicatione, scilicet minori. c. duobus de sent. excom. ¶ Excommunicatus autẽ maiori excommunicatione, non potest alium excommunicatum eadem excõmunicatione, s. maiori absoluere, c. audiuimus. 24. q. 1. ¶ Sed quia ista intelliguntur de iure ordinario, Ideò Tabie. in uerbo, absolutio. 2. §. 6. credit, quod in necessitate potest excommunicatus alterum excommunicatum absoluere, & ratio est, quia necessitas non habet legem, & probat à maiori, quia si excommunicatus in casu necessitatis potest absoluere à peccatis, ergo à fortiori, ab excommunicatione.

frater ex cõicatus an possit alterum excõicatũ absoluere.

Tab.

¶ *De indulgentia plenaria concessa semel in uita, & in mortis articulo. 36.*

ARticulus mortis duplex est. ¶ Quidam uerus, puta, quando quis uere moritur. ¶ Quidam est præsumptus, puta, quando quis æstimatur secundum commune iudicium moriturus.

articulus mortis duplex.

¶ Quando

¶ Quãdo in bulla absolutè dicitur, quòd conceditur indulgentia plenaria semel in articulo mortis, nil aliud exprimendo intelligitur de articulo mortis presumpto, scilicet quando creditur uerisimiliter, quòd infirmus moriturus est. Et tunc si fit absolutio plenaria à confessore, & infirmus non moritur, consequitur effectum indulgentiæ, & remanet absolutus de factis usque ad illã horam, & gratia expirat in posterum, quia non potest illa amplius uti. Ideo dicit summa Nauar. c. 26. nu. 31. Si infirmus iam in aliqua ægritudine usus fuerit illa bulla, nõ potest in alia uti, iam enim expirauit,

¶ Sed si in forma bullæ dicitur, quòd consequatur effectum indulgentiæ in uero articulo mortis, hoc est, in casu, in quo moriatur, tunc si non moriatur, non cõsequitur effectũ, nec gratia illius indulgẽtiæ expirat per illã absolutionẽ. ¶ Quia intẽtio cõcedentis est reseruare effectũ illius indulgẽtię usque ad mortem secundum D. Fely. & ita dicit Eugenium quartum declarasse,

Anton. prima. part. tit. 10. c. 3. §. V.

¶ Ex quo sequitur, quòd qui habet unam bullam solùm, ubi conceditur indulgentia plenaria pro uero articulo mortis tãtum, tunc ille, qui eam habet, pluries potest illa uti, quia nunquam habet effectum, nisi adueniente uero articulo mortis. ¶ Sed qui habet

bet unam bullam, ubi conceditur indulgentia plenaria absolutè pro articulo mortis, cum intelligatur de articulo mortis præsumpto, tunc qui eam habet, si semel usus est in una infirmitate, nõ potest in alia uti. ¶ Qui uerò habet plures bullas, & confessionalia ubi cõceditur indulgẽtia pro articulo mortis, cùm intelligatur de articulo mortis præsumpto, & possunt esse plures articuli mortis præsumpti in pluribus infirmitatib. tunc una præfatarum bullarũ posset proficere pro uno articulo mortis præsumpto, & altera pro alio, & sic ea utẽs qualibet uice, qua credebatur infirmum moriturum, cõsequetur unam indulgentiarum sibi concessarũ uerum est, ꝙ illa amplius non deseruiet, immo tanquam annihilata potest signari, tanquam suum sortita effectum. Qui habet unam, Qui habet plures.

¶ Fratres autem per bullam auream, habent indulgentiam plenariam pro uero articulo mortis, & ideo in omnibus infirmitatibus semper possunt plenariè absolui.

¶ Sed hic occurrit dubium, quid sit dicẽdũ de indulg. concessis fratribus à Plurib. Pontificibus pro semel in uita, utrum. s. possit eis concedi toties, quoties à uariis Pontificibus est concessa. Puta, si alicui fratri concessa est semel indulg. uirtute bullæ datæ ꝑ Sixtum pro semel in uita, si poterit postea Dubium de indulgẽtia semel in uita.

dari sibi altera indulgentia, uirtute concessionis Iulii, & sic de aliis. ¶ Dico ꝙ istud uidetur habere pro, & contra; & indigeret declaratione, quia licet non sit dubium, ꝙ ille qui usus est cõcessione Sixti, statim ut ille cõcessit, posset uti postea concessione Iulii, & sic de aliis successiuè superueniẽtibus. ¶ Sed est dub. utrum qui nunc intrauit religioné, & inuenit factas oẽs illas concessiones, possit gaudere singulis ipsarum successiuè; dicerem tñ ꝙ põt, quia nõ uideo causam diuersitatis, quare quis possit uti plurib. success. siue superueniẽtib. & nõ plurib. iã cõcessis.

¶ De bonis nouitij morientis ante professionem. 37.

Bona professorum sunt monasterii.

DE bonis professorũ etiã extra claustra suorũ monasteriorum pro tẽpore degentiũ, siue decedẽtium etiã sine habitu, nisi ante ingressum, uel professionem secundum dispositioné Cõc. Tri. aliter dispositum sit nõ, est dubium, ꝙ sint monasterii. per c. quia ingredientib. 19. q. 3. ¶ Sed dubiũ est de bonis nouitii morientis ante professioné. ¶ Dicã prius, quid sentiunt iura super hoc. ¶ Cyn. & multi alii in aut. ingressi C. de sac. san. Eccl. dicunt ꝙ oĩa bona eius

spectare debent ad monasterium, quia ibi moriendo uidetur mori, ut frater, idem te net An. de But. in c. in præsentia de prob. & Bar. in Authe. si qua mulier in fine C. de sacr. sanc. eccle. & præfata opinio allegat c. fin. de succ. ab intest. tamen non firmat pedem, sed dicit relinquendam esse hanc materiam canonistis.

Opinio legistarum

¶ Panor. autem in dicto c. in præsentia, distinguit, & bene, quòd si nouitius intrando expressè bona sua contulit monasterio, & postea moriendo expressè non reuocauit, bona debent esse monasterii, & sic uera est opinio prædictorum Doctorum, quòd bona sunt monasterii, si expresse non reuocauit, si uerò intrando expresè non contulit, sed simpliciter intrauit causa probationis, sic succedunt proximiores, & non monasterium, quia cũ non fuerit iste religiosus cum effectu de sent. excom. c. cum religioso lib. 6. bona eius nec expresè nec tacitè transierunt ad monasterium.

Opinio canonistarũ.

¶ Hæc uera sunt de iure antiquo, sed hodie de iure nouo propter dispositionem Concil. Triden. aliter distinguendum est, & dicendum, quòd si nouitius intrando fecit donationem monasterio, ante duos menses proximos professioni, donatio nulla est, etiam si non moriendo non re

sess. ult. de reg. c. 16. solutio uera secundũ Conc. Trid.

DD uoca

nocauit, quia Concilium Tridentinum ubi supra, decernit omnem renunciationem, aut obligationem per nouitium antea factam: etiam cum iuramento, uel in fauorem cuiuscunque causæ piæ, quàm inter duos menses proximos ante professionē, esse irritā, & nullius effectus. ¶ Si autē cum licentia Episcopi, siue eius uicarii intra duos menses proximos ante professionem fecit donationē monasterio, uel alteri, & infra dictum tēpus moriēdo, etiā si expressè nō reuocauit, similiter intelligas esse irritā, & nullius effectus, ob defectū professionis non sequutæ, cum in omni casu uideatur disponi per Conc. ipsū dicens, ac nō aliàs intelligatur effectum suum sortiri nisi sequuta professione: sic mihi cōsulenti die 22. Octob. 1573. è Neapoli, responderunt D.D. Card. interpretes Conc. ¶ Quod aūt in Conc. dicitur nullam renunciationem aut obligationē antea factā ualere, nisi cū licentia Episcopi, siue eius Vicarii fiat intra dictos duos menses, intelligas de renunciationibus tantum factis post ingressum religionis, non autem de factis ante ingressum. sic etiam mihi consulenti præfati DD. Car. responderunt.

¶ De

¶ De renunciatione hæreditatis infectæ facta per nouitium. 38

NOn est dubium quod infra duos menses proximos ante professionẽ liberè nouitius possit sua bona quibus maluerit, renuntiare. ¶ Sed dubium est, utrum absolutè possit tuta conscientia renunciare propinquis hęreditatem, quam probabiliter dubitat malè adepto ære infectam.

¶ Caiet. in opusculis in tràct. 2. de uoto nõ nubendi q. 2. quatuor dicit. ¶ Primo, quod si propinqui, ad quos post renuntiationem perueniret hæreditas, sunt tales, ꝙ indubiè credantur restituturi, quando, quantum, quibus. &c. debetur, potest nouitius absolutè renuntiare insinuãdo illis propinquis dubitationem, quam habet, & unde eã concepit &c. ¶ Secundò, quòd si propinqui prædicti sunt tales, quòd indubie credantur, nunquàm, aut quasi nunquàm restituturi, non potest nouitius absolutè renuntiare. ¶ Tertio, quòd si propinqui medio modo se habent, scilicet quod dubitetur, an restituent, uel ne, non potest nouitius absolutè renuntiare. Quartò, quòd in his duobus ultimis casibus, & uniuersaliter in omnis

distintio Caieta. optima est.

omnibus casibus extra primum, tenetur nouitius sic prouidere, ut absq; dubio credatur restitutio futura tempore debito, quia debet ita renuntiare, ut omnino quæ restituenda sunt, restituantur, apponendo tot, & tales cōditiones suæ renunciationi, ut uel per propinquos, uel alios restituantur aliena.

¶ De transitu unius religionis ad aliam. 39.

Pius V. car. 119.

QVia hodie per bullam Pii V. sunt reuocata, & abolita quęcunque priuilegia præter iuris communis dispositionem emanata recipiendi fratres alterius religionis. Ideò notandum est, quid uelint iura per hoc. ¶ Ioannes Andreas in c. sanè de regul. in nouella post recitatam opinionem Theologorum concludit, quod iura permittunt transitum, non respectu melioris religionis, seu maioris, uel respectu finis, ut quia fructuosior est, aut alio modo, sed solum respectu arctioris uitæ. Vnde præsupposito, quod religio sit melior, & fructuosior, tamen si non uiuitur ibi strictius, non uidetur licitus transitus secundum

Idem Panor. in d.c. sane

iura,

iura, & probat per c. licet de regular. & addit post beatum Thomam, quod paupertas religionis ex hoc quod est maior, non propterea facit religionem perfectiorem simpliciter aliis. 2.2.quę. 188. ar.6.

¶Dicitur autem religio arctior, ubi uiuitur strictius, & in maiori abstinentia, & obseruantia; & sic est religio minimorum propter abstinentiam ciborum. Ideò summi Pontifices in priuilegiis dicunt, quod ordo minimorum est arctior cunctis. ¶Ex quo sequitur, quod licitum erit de iure communi ex omni alia religione (de licentia tamen suorum superiorum petita, quamuis non obtenta, ut habetur in dicto capitulo licet) ad nostram transire, & non è conuersò. ¶Fallit tamen in minoribus de obseruantia per priuilegium Iulii II. & in Cappucinis per priuilegium Pii V. Arctior quæ sit. supra Iulius 44. & Leo 59. Iulius 52 Pius 116

¶De transitu autem mendicantium ad ordines monachales hæc uolunt iura per constitutionem Martini V. quæ ponitur in extrauag. de regul. & incipit ambitiose. ¶Vt nullus frater de ordine mendicantiũ possit transire ad aliquem ordinem monachalem, excepto ordine Carthusiensium; nisi de licentia Papæ, quæ mentionem fa- Mendicãtes ad monachos nõ possunt transire.

ciat de constitutione Martini, alias illæ es set excommunicatus, & apostata, similiter eum recipientes. ℭ Quòd si religiosi mendicantes etiam de licentia Papæ transeant ad ordinem monachorum, non poterunt habere uocem, uel locum in capitulo, etiam si ab eis concedatur, nec poterunt habere prioratum, nec aliquam administrationem, nec quęcunque officia etiam annua, nec tanquam Vicarii, uel ministri, uel loca eorum tenentes possunt quodcũque regimen animarum exercere, sicut habetur in clem. ut professores de regul.

non possunt habere officia.

ℭ Verum si quis propter sua demerita expelleretur de ordine mendicantium, quod fieri potest, ut habetur in bulla maris magni, tunc poterit transire ad ordinem monachalem, quemcunque uolentem eum recipere sine dispensatione Papæ, quia extra religionem, & habitum religionis esse non potest, & sic uidit consilia peritorum super hoc Archi. Flo. ℭ Et si tales expulsi non inueniunt religionem uolentem eos recipere, tenentur uiuere regulariter, & honestè in domibus eorum.

mare magnum 37 & 108.

in 3.p.ti. 16.c. 4.§. 4.

ℭ De

¶ *De reuocante professum, seu nouitium à religione.* 40

IVlius secundus in quodam priuilegio concesso monachis ordinis Sancti Benedicti, congregationis beatę Marię mõtis Oliueti, & nobis communicato, ipso facto sententiam excommunicationis incurrere decreuit, præsumentes impedire nouitios ad ingressum religionis, & ingressos reuocare, ideò est sciendum. sup. car. 47.

¶ Qui reuocat professum à religione, secundum omnes, tenetur illum reducere, & si non potest, tenetur alium æque idoneũ procurare, & si nõ potest, tenetur ipsemet intrare, si est persona idonea, & habilis, & si non, puta, quia uxoratus, aut senex, aut infirmus, tenetur pro posse alio modo satisfacere religioni, & illi, quem reuocauit, puta orando pro eo, ut intret, & ad hunc sensum potest sustineri opinio Angel. quæ tenet, ꝙ retrahens professum à religione, non tenetur ipse intrare, si illum reducere non potest, sed sufficit, quòd pro posse alio modo satisfaciat. Qui reuocat ꝓfessum à religiõe tenetur ipse met intrare. in uerbo religio 63.

¶ De reuocante nouitiũ iã religionem ingressum, secundum Pal. tenetur eodem modo, sicut dictum est de ꝓfesso, & dat exemplum De reuocante nouitium. in 4. q. 2. ar. 2.

pal.4.di. 15.q. 2. ar.1.

exemplũ Raimundi.

plum de magistro Raymundo uiro Clarissimo, olim magistro generali ordinis prædicatorum, qui dederat consilium cuidam nouitio, quod exiret à religione, & exiuit, de quo ipse postea pænitentia ductus, intrauit pro eo, quem deuiauerat, & ratio sua est, quod sicut ille, qui ordinat domino inuito eius seruum, uel eius, sic sibi auferendo seruitium, tenetur dare æqualem seruum, uel eius ęstimationem, immo etiam duplum. c. si seruus distinct. 54. multò magis, qui Deo abstulit seruum suum nouitium, tenetur, si potest, recompensare in simili.

De eo, qui reuocat uolẽtẽ intrare, sunt opiniones.

Opinio Ricar. distinctissima est.

¶ De auertente non dum ingressum, sed uolentem, & dispositum intrare. ¶ Sunt opiniones, & Petrus de Pal. dicit, quod tenetur eodem modo, sicut dictum est supra propter eandem dictam rationem, qui abstulit domino seruum suum intraturum. Sed Scotus in 4. distinct. 15. tenet, quod talis non tenetur ad tantam restitutionem religioni, ad quantam teneretur, si fuisset ingressus religionem, sed tenetur ad aliqualem restitutionem, idest aliqualem inductionem illius, uel alterius æquiualentis ad ingressum religionis.

¶ Ri-

¶Ricar. in 4. quem recitat Angel. ubi su pra.& Silue. restitutio. 3. §. 1. distinguit. ¶Aut quis retraxit aliquem, qui probabi liter credebat non esse aptum, siue utilem religioni, & sic ad nihilum tenetur, quia potius impediuit damnum religionis, quàm dedit. Et similiter qui retraxit pro pter utilitatem animæ illius, puta, quia uo lebat intrare in religionem, ubi malè uiui tur, ideo Caie. dicit, quod non solum non est laudabile inducere aliquem ad religionem, ubi malè uiuitur, immo uitu perabile est nõ solũ inducere, sed ét ingredi, & recipere ad uitam irregularem personas utriusque sexus, quamuis ecclesia toleret hoc permissiuè. ¶Aut retraxit propter uti litatem suam, puta, quia, indigebat consi lio suo, quo ad spiritualia in sæculo, & sic etiam ad nihil tenetur, quia quis ex cha-ritate potius tenetur bonum suum spi-rituale præeligere, quàm alterius.

Caieta. 2.2. quę. 199. ar. 9.

¶Sed si retraxit propter amicitiam pa-rentalem, sic peccauit, quia bonum tem-porale præposuit spirituali, & multò ma gis, si retraxit propter amicitiam lasci-uã. ¶Sed si retraxit animo impediendi utili taté religionis, sic tenet̃ secundũ posse suũ

facere,

facere, quod illa persona intret, & si non potest, tenetur satisfacere religioni, sicut supra dictum est. Hęc Ricar.

De nouitio habenti parentes in necessitate, & uolenti ingredi in religionem. 41

SOlutio huius notabilis ex consideratione triplicis necessitatis depēdet, uidelicet maximæ, magnæ, & minimæ. In casu maximæ magnæ necessitatis non debet filius deserere parentes, & religionem intrare, secundum Tho. ¶ Est aūt maxima necessitas, qñ uita corporalis parentum nullo mō sustentari potest sine obsequio filiorum, puta quia sine filio moriuntur famæ, uel quia sunt infirmi, uel in carcere, uel alia simili calamitate. ¶ Dicitur autem magna necessitas, quando uita potest sustentari, sed cum indecentia status, puta, quando parentes possunt uiuere sine filio, sed cum notabili iactura, seu detrimento eorum status, seu conditionis, puta, quia oportet eos mendicare, uel aliis seruire cum magna indecentia

2.2.quę. 101. ar. 4. in rñ. ad 3. & ad 4. & quęstio. 189.6. & quol. 3. ar. 16. & quol. 10. ar. 9.

tia eorum ſtatus. Ita declarat Angel. in uerbo religio xi. & Silue, ĩ uerbo religio. 2. §. 7. ❡In his duobus modis neceſsitatis (ſecundum Tho. ubi ſupra) limita, filium licitè poſſe intrare religionem. Primò, quando poteſt per alium neceſsitati parentum prouidere. Secundo, qñ in ſæculo remanere nõ poteſt, niſi cum periculo peccati mortalis, quia tunc tenetur magis ſaluti animæ ſuæ prouidere, quàm corporali neceſsitai parentum.

Limitationes duæ.

❡Et in dictis duobus modis neceſsitatis, ſecundum Anton. non ſolum ille, qui habet propoſitum intrandi religionem, ſicut iã ſupradictum eſt, ſed etiam ille, qui habet de hoc uotum, non tenetur intrare, quouſq; ceſſent ambæ neccesſitates, qđ ſi nunquã ceſſent, nunquàm tenetur intrare, ſed uacare neceſsitati parentum, quia ea, quæ ſunt neceſsitatis, & præcepti, non debent dimitti per ea, quæ ſunt ſupererogationis, & cõſilii, ſed alimenta præſtare parentibus, eſt neceſsitatis, & præcepti iuris diuini, & naturalis, per illud, honora patrem, & matrem. Ingreſſus autem religionis eſt opus conſilii, & ideò debet differri per obſequia parentum. ❡Et ſi aliquis diceret implere uotum, eſt neceſsitatis, & præcepti, non autem conſilii, ergo qui facit uotum de intrando religionem.

3. par. ti. 16. c. 2. §. 1.

Ingreſſus religonis ẽ opus cõſilii.

religionem, necessariò debet intrare. Respondet Archi. ubi supra, quòd necessitatis est implere uotum licitum, non autem illicitum, supposita autem indigentia parentum, indictis duobus modis, filius uouendo ingredi religionem, faceret uotum illicitum, & ratio est, quia res alteri obligata, non potest alteri promitti licitè, persona autem filii in illis casibus est obligata parentibus ad subueniendum, ideo non potest se per uotum religioni obligare. ¶ Et idem est si filius uouisset ante indigentiam parentum, & postea incurrerent talem indigentiam, quia res alteri obligata etiam alteri promissa, debet illi alteri tradi, quia per promissionem non transfertur dominiũ rei, quæ promittitur.

Responsio Ant.

¶ In casu autem minimæ necessitatis licitè potest filius (relictis parentibus) religionem intrare, quia filii non tenentur ad sustentationem parentum, nisi causa necessitatis tantum. ¶ Necessitas minima est, quando uita commodè sustentari non potest, puta, quia parentes possunt uiuere sine filio, sed non ita abundanter, honorificè, & commodè.

In casu minimæ necessitatis.

De fratre professo habente parentes in necessitate. 42

DE professo, qui uidet patrem suum in necessitate, sunt opiniones, an teneatur exire claustrum ad subueniendum ei.

Aliqui dicunt, quod tanta est obligatio filii ad patrem, quòd patre existente in necessitate uictus, filius tenetur (petita licentia licet non obtenta) claustrum exire, & patri subuenire. Prima opinio.

Et fundant se super una maxima diui Tho. in 4. cum loquitur de uoto, ait enim, quòd quandocunque contingit casus, in quo aliquid uouere esset illicitum, illo adueniente, & durante uoto emisso, uotum suspenditur, sed patre existente in necessitate uictus, filius non potest uouere, & commendare illum diuino auxilio, quia cum posset, & teneatur humano auxilio prouidere, esset tentare Deum, ergo facta professione, uotum suspenditur, & sic poterit exire, & patri subuenire. Prima ratio in 4. dist. 38 ar. 3.

Vlterius fundant se super rõne diuini præcepti dicẽtes, uotũ factum de his, quę sunt supererogationis Secunda ratio,

non

non præiudicat illis, quę sunt de necessitate præcepti, cum præceptum implere sit necessitatis, uouere autem talia, non. Sed uotum religionis est de his, quę sunt supererogationis, subuenire autem parentibus in necessitate, est de necessitate pręcepti, ergo per uotum religionis per professionem solemnizatum non absoluitur aliquis, quin teneatur administrare parentibus sicut ante, & sic concludunt talem professũ posse exire claustrum, etiam contra uoluntatem superioris, & patri subuenire.

Opinio S. Tho. 2.2.quę. 101. artic. 4. & quol. 3. ar.16.

¶Tamen Sanctus Tho. tenet oppositum eo quod, qui est in religione professus, reputatur quasi mortuus mundo, & cum sit mortuus, de obligatur à iure impendenda parẽtibus, sicut enim de obligatur per mortem corporalem, & ideo non peccat, nec facit contra Dei præceptum, si in claustro remaneat, prætermissa cura parentum. Est enim factus impotens ad reddendum debitum cultum parentibus absq; propria culpa, tenetur tamen, salua sui prælati obediẽtia, & suæ religionis statu pium subsidium adhibere, qualiter eius parentibus subueniatur. Et hãc opinionem sequitur Nicol. de lyra super Matth. 15. vt ibi est uidere.

Prima concordantia dictarũ opinionũ.

¶Pro concordantia Silue. religio. 6.§.9. distinguit, aut pater erat in necessitate, ante-

tequam

tequam filius ingrederetur religionem, aut non.

¶ In primo casu dicit, quòd filius non poterat intrare: & intrando peccauit, quia tenebatur patri necessitatem patienti subuenire, & cõsequenter post ingressum etiam secuta professione, magis tenetur patri, quam prælato, quia res alteri obligata, nõ potest alteri promitti licitè, persona autem filii ante ingressum erat obligata patri necessitatem patienti, ideo non poterat per uotũ professionis se alteri obligare, & sic potest sustentari prima opinio, quæ dicit, quòd filius tenetur exire claustrum, limita tamen si filius existens in claustro non poterit patri subuenire, & exiens sit talis, quod possit ei subuenire, & hanc opinionem sequitur summa Nauar. c. 14. n. 14

¶ In secundo autem casu, si pater non erat in tali necessitate, quod filius teneretur ei subuenire, sed in eam post eius ingressum deuenit, dicit, quod non potest filius claustrum exire, contradicente prelato quia iã est obligatus ei, & consequenter Deo per uotum, & consequenter maiori uinculo, quia præceptum obseruandi uotum, est de prima tabula, honorandi uero parentes, est de secunda. Præterea semel Deo dicata, iustè contra eius uoluntatem usurpari nõ possunt

Quando pater non est in tanta necessitate

possunt, facit regula semel de regul. iuris in 6. ¶ Præterea uelle fratris professi, iuste factum est alterius 19, q. ult. capit. statuimus, & per consequens non astringitur, nisi ut uult ille, qui habet uellé eius in manibus, cum inanis sit actio, quā excludit inopia debitoris, præterea factum legitimè retractari nō debet, licet casus postea ueniat, quo non debeat inchoari. c. factum de regul. iuris in 6. & sic potest sustineri secunda opinio, quæ uult filium post professionem non teneri claustrum exire, & patri subuenire.

secunda concordātia

¶ Caiet. autem 2. 2. ubi supra pro concordantia dictarum opinionum alio modo distinguit, quòd dupliciter contingit patrem egere seruitio filii religiosi, primo citra extremam necessitatem, secundo in extrema necessitate. ¶ Vnde dicit, quod si pater ita eget filio, quod sine ipso extrema necessitate manifesto laborat, tenetur filius, petita (licet nō obtenta) licentia superioris, patri subuenire, & ratio sua est, quia præceptum iuris naturalis, & diuini in extrema necessitate præminet omni uoto, & uinculo, & sic potest sustineri prima opinio. ¶ Si uero pater citra extremam est necessitatem, tunc religiosus, non tenetur exire, sed tenetur adiuuare patrem saluo suo statu, hoc est, sal

ua obedientia, & regulari obſeruantia, & non aliter, & modus eſſet operari mani bus de licentia ſui ſuperioris, uel quæſturas aliquas facere, quando de ſuis laboribus, uel prædicationibus non poſſet, & ſic po teſt ſubſtentari ſecunda opinio, & hanc opinionem ſequitur Armilla, in uerbo pie tas, & ſumma Nauar. ubi ſupra.

¶ Reſponſiones ad rationes in oppoſitum primæ opinionis. ¶ Ad primam dici po teſt, quod caſus in quo, aliquid uouere eſ ſet illicitum, ſi oritur poſt factum, tunc au fert obligationem uoti, quando aliqua culpa reperitur, ut eſt in ſecundo caſu, ubi ſuppoſito, quod pater deuenit in neceſsita tem poſt profeſsionem filii, filius factus eſt impotens ad ſuccurrendum patri abſque propria culpa. Et hæc reſponſio uidetur procedere de mente Sancti Thom. nam in quol. reddens rationem, quare religioſus profeſſus prętermiſſa cura parentum, tene tur in clauſtro remanere, dicit, quando fa ctus eſt impotens ad reddendum debitum miniſterium abſque propria culpa.

Reſponſio ad primam rationem.

Quolib. 3. ar. 16.

¶ Ad ſecundam reſpondet Lyra, ubi ſupra, quod religioſus per profeſsionem non ab ſoluitur à præcepto de honore parentum, ut ratio opinionis oppoſitæ concludit, ſed benè ab aliquo modo implendi præceptũ,

Reſponſio ad ſecundam rationẽ.

quia præceptum de honore parẽtum est af firmatiuum, & ideo non obligat ad semper sed pro loco, & tempore, & aliis circunstantiis, quæ aliquando mutantur secundum conditionem ipsius implentis præceptum, quia aliquis modus subueniendi patri efficitur inconueniens, & illicitus ipsi filio per assumptionem alicuius status liciti, imò etiam perfecti, sicut subuenire patri per defensionem armorum, efficitur illicitũ per sacerdotii statum, tenetur tamen ei subuenire aliis modis suo statui cõuenientibus, ita eodem modo per uotum obedientiæ, subuenire patri contra uoluntaté superioris efficitur illicitum ipsi religioso, tamen tenetur ei subuenire modis conuenientibus professioni suæ, & hanc responsionem sequitur etiam Caie. 2.2. ubi supra, & uidetur esse de mente Sancti Thom. qui ubi supra in respon. ad iiii. dicit, quòd religiosus professus tenetur pium adhibere studium, salua sui prælati obedientia, & suæ religionis statu, patri subuenire. ¶ Sed ego pro tutiori parte in similibus cõsulerem recurrẽdum ad summum Pontificem, uidi enim super hoc multotiens litteras absolutorias a Papa, durante tamen necessitate parentũ.

Opinio authoris

¶ De

¶De libertate nouitij ad exeundum, & de peccato eorum. 43.

NOuitius semper libere potest exire, etiam sine licētia petita, ut notat Panor. in c. statuimus de reg. unde nouitius non potest dici fugitiuus, si recessit à monasterio, sine licētia superioris, dūmodo nihil abstulerit à monasterio, nec tenetur soluere sibi expensas factas a monasterio, ut probat c. non solum de reg. lib. 6. in uerbo aliquatenus impedire. ¶Egrediendo autem sine licentia non incurrit aliquam pœnam uidelicet inhabilitationem ad ordines, uel beneficia ecclesiastica, uel sæcularia c. postulasti de reg. & si in suo ingressu, uel post, aliqua detulit, uel dedit ad monasterium, in suo exitu debent ei restitui secundum Conc. Trid. sess. ulti. de reg. c. 16.

¶De peccato eorum nota secūdum Caie. 2.2. quę. fin. art. 4. ꝙ nouitius igressus religionē ex uoto, exiēs sine causa rationabili, hoc est sola libertate concessa à iure nouitiis, nō satisfacit uoto, & per cōsequens peccat mortaliter. Ingressus autem sine uoto, si similiter ex sola libertate retrocedit, peccat uenialiter, & ratio sua est, quoniam obligatus intrare religionem ex uoto, tenetur ad ingressum religionis, secundum formam iuris, ex natura .n. actus ordinatur ad probationem.

Quoniam ideò ingreditur quis religionem, ut probet eam, alioquin uanus esset ingressus. Vanitas autem a more, & lege aliena est. ¶ Probatio autem religionis sicut, & cuiusque rei probatio, si bona fide fit, ordinatur ad acceptationem, si inuentæ fuerint cõditiones illius grate probantis, recta namque ratio non admittit, ut aliquid probandum detur, & inuentis omnibus probatę rei conditionibus gratis refutetur, frustra enim esset probatio, si tàm gratis, quàm non gratis inuentis conditionibus esset paritura eundem effectum.

Finis ingressus.

¶ Est igitur ingressus finis, probatio, probationis autem finis gratarum, uel ingratarum conditionum inuentio, ita quod inuentionis gratarum finis est acceptatio religionis, ingratarum autem refutatio.

¶ Et patet ordo iste, ex natura actuum, & ex communi ingredientium religionem intentione, communiter enim intendunt experiri, & si conditiones religionis inueniẽt gratas totaliter, hoc est, secundum se, & in ordine ad suas uires, & suum affectum perseuerare profitendo illam, sin autem redire. ¶ Quia igitur inter ingredientem spontè, & ingredientem ex uoto hæc est differentia. Quòd ingrediens ex uoto, obligatur, ex uoti in uinculo, ad id, quod

Differétia inter ingressũ ex uoto

spontè

ſponte inchoat bona fide, ingrediens ſine uoto. ¶ Et ingrediens ſine uoto, debet probare religionem, & ſi omnia totaliter grata inueniet, perſeuerare, alioquin bonæ fidei ratio non ſaluabitur, & ingrediens ex uoto oportet, ut teneatur ad probandum. Et ſi omnia totaliter, ut dictum eſt, grata inueniet, tenetur, & uinculo ſui primi uoti perſeuerare, profitendo religionem, ita quod non poteſt ex ſola ratione libertatis in iure ſcriptæ retrocedere, ſed oportet aliquam adeſſe conditionem non gratam, ſaltem iſtam, ſcilicet, quod probata religio parit ſibi minorem fortitudinem, ad ipſius perſeuerantiam, & propterea timet, ne in proceſſu tepidus inueniatur, ac per hoc minus benè pro anima ſua.

& ingreſſum ſine uoto.

¶ Vbi eſt notandum ſecundum Caie. ubi ſuprà, quod hoc, quod dictũ eſt, non eſt cõtra libertatem à iure conceſſam nouitiis, quoniam licet libertas illa in foro eccleſiaſtico nullam exigat rationem, ſed ſufficit, quod nouitius dicat, nolo eſſe amplius uobiſcum, tamen in foro conſcientię, quę eſt ſecundum rectam rationem, aliqua exigitur ratio alicuius in probata religione conditionis minus gratę, ut dictum, é & confirmatur, quia annus probationis communis eſt nouitio, & religioni, conſtat autem,

Non eſt hoc contra libertatem à iure conceſſam.

quod si probatum nouitium, nulla ingrata religioni conditio occurrit, si religio ex sola libertate refutaret nouitium ab omni sapienti reprehenderetur, & non bona fide agere cum nouitio diceretur. Pari ergo ratione nouitius malæ fidei reus est coram Deo, si ex sola libertate retrocedit, quàm uis in ecclesiastico foro nihil sibi dici possit. ¶ Peccat ergo uterque ingressus religionem, si ex sola libertate retrocedat, sed ingressus sine uoto, uenialiter tantum peccat. Ingressus autem ex uoto peccat mortaliter, quia ex uoto intelligitur se obligasse ad bona fide probandum, quod non seruat.

Peccatũ nouitiorum sine cã exeuntium.

¶ De proprietate abdicanda.

QVia secundum iura nulli religioso licet proprium possidere, immò reperto cum proprio mandatur negari ecclesiastica sepultura, sciendum est, quod quantum spectare uidetur ad religiosos proprium dicitur, quicquid cælatur prelato suo, uel tenetur contra uoluntatem eius. ¶ Ex quo sequitur, quod ꝗñ religiosus de rebus sibi concessis

12.q.i.c. scimus c. non dicatis, & ca. cum ad monasterium de stat. mo.

in quan-

in quantitate, & qualitate, nihil cœlat suo superiori, nec sine eius licentia aliquid retinet, uel expendit, paratus totum reddere, & dimittere ad iussum superioris, proprietarius non est.

¶ Verum quando aliquid recipit multum, uel parum, mobile uel immobile, sine scitu, & consensu sui superioris, aut illud, quod de licentia prælati recipit, non est paratus ponere totum in manibus eius, ad placitum, & requisitionem ipsius prælati, aut aliquid abscondit, uel cęlat, ne a prælato uideatur, aut intercipiatur, proprietarius est, & peccat mortaliter, tũ quia est contra uotum paupertatis, tum quia est contra allegata iura in apostilla.

¶ De dispensatione nota. Nullus superior potest cum subdito suo dispensare super proprio habendo, nam in quadam decretali dicitur, non æstimet Abbas, quòd super habenda proprietate possit cum aliquo monacho dispensare, quia abdicatio paupertatis, sicut, & custodia castitatis ita sunt annexa regulæ monachali, ut contra eam nec summus Pontifex ualeat indulgere, idest dispensare, ꝙ indubitanter uerũ est, stante monachatu, in quo sensu allegata decretalis pluries à Romanis Põtifici- c.cum ad monasterium de mon.

 bus

2.2.quę. 88.ar.xi. bus fuit interpretata, ſicut refert Caie. Vnde ſicut Papa non poteſt diſpenſare, quod aliquis religioſus poſsit licite coire, ita nec poteſt diſpenſare, quod aliquis manés religioſus poſsit proprium habere, quia & cuſtodia caſtitatis, & abdicatio paupertatis ſunt eſſentialia religioni. ¶ Et quamuis Archid. Hoſt. & Ioan. And. dicunt, quòd Papa poteſt cum monacho in caſtitate, & proprietate diſpenſare, hoc uolunt dicere quod ex iuſta cauſa, & maxima urgente neceſsitate, ut eſt bona diſpoſitio unius regni, poteſt Papa monachum laicum facere, & uxorare, ut de Rege Aragonum Petrus de Pal. refert, cum quo Papa diſpenſauit, immò contulit, ut religione dimiſſa uxorem duceret propter regni illius diſpoſitionem, & de Conſtantia filia Rogerii Regis, uxoreque Henrici ſexti, quæ erat Sancti monialis in Panormo, & iam quinquagenaria, ut hiſtoriæ tradunt, diſpenſata a Papa Cæleſtino tertio, quæ genuit ex tali coniugio Federicum ſecundum, ſed pro certo tenetur, quod non ualet diſpenſare cum monacho, ut proprium habeat, & ſi monachus, uel religioſus. ¶ Ideo non poteſt diſpenſare cum religioſo, ut habeat propriū, ut uidelicet aliqua habeat ſimpliciter in ſui dominio, & de eo facere poſſit, quicquid

Pal. in 4. d. 39. q. 4.

Exēplū Regis.

prælatus quomodo pōt diſpenſare.

uelit

uelit propria authoritate sine scitu, & uoluntatę sui superioris. ¶ Quod si prælatus dispensat cum religioso in proprio, ut uidelicet aliquid habeat, & illud ad placitũ distrahat, dissipet, & disperdat, ut sibi uidet, etiam in damnũ monasterii non uidetur posse excusari à graui peccato, cũ exponat ouésuã morti, & ipse usurpet sibi potestatẽ, quam non habet. ¶ Si uero religiosus ea, quæ sunt sibi ad usum concessa sine scitu, & consensu sui superioris uendit, uel donat ut dominus rei, peccat mortaliter, nisi poneret spem in ratihabitione pręlati.

¶ De modo dispensationis nota licet prælatus non posiit dispensare circa proprietatem rei habendam, potest tamẽ circa usum rei (intellige) incertum. ¶ Est autem incertus, quando conceditur res subdito, ad uoluntatem prælati semper disponendam. ¶ Certus autem est, quando prælatus concedit rem subdito ad uoluntatem ipsius subditi semper disponendam. ¶ Circa usũ certũ non potest pręlatus dispensare, quia uoluntas religiosi semper debet esse subdita prælato, ut quicquid habet, resignet, quãdo prælatus uoluerit. ¶ Sed circa incertum usum, qui est in uoluntate superioris, ut auferatur subdito, quando ei placuerit, potest

Vsus incertus.

Vsus certus.

prælatus

Prælatus ex causa rationabili dispensare, ut infra dicam. ¶ Vbi est prius aduertendum, quod dispensatio non potest fieri de usu rei immobilis, sed mobilis; quia ex decreto Conc. Trid. non licet superioribus bona stabilia alicui regulari quouis modo concedere.

sess. ulti. de regul. c.2.

causa dispésationis.

¶ De causa dispensationis nota. Rationabilis causa dispensationis circa incertum usũ rei mobilis est duplex, scilicet utilitas, & necessitas, utilitas autem potest esse duplex, scilicet priuata, & communis. ¶ Priuata, ut cum conceditur religioso aliquis liber ad discendum, uel ad informandum animum suum in pertinentibus ad salutem. ¶ Communis utilitas est, ut cum conceditur alicui usus libri, qui potest studio suo aliis proficere legendo, cõsulendo, uel prædicando.

Vtilitas duplexi

Necessitas duplex.

¶ Similiter necessitas est duplex, scilicet priuata, ut cum in monasterio paupere, in quo non possunt religiosi habere uictum, & uestitum de communi, conceditur alicui ut aliquid habeat ad usum necessitatis suæ, cum proposito tamen semper resignandi totum ad beneplacitum superioris. ¶ Necessitas communis est, ut cum alicui officiali, puta procuratori, cellerario, uestiario, & huiusmodi conceditur aliquid ad expendẽdum in usus communes. ¶ Et quamuis

cautela

huiusmodi

huiuſmodi neceſsitates, uel utilitates ſint ſufficiens cauſa diſpenſandi, cauendum tamen eſt, ne in huiuſmodi faciliter diſpenſetur, tum propter ſequelam mali exempli tum propter ſpeciem mali. ¶ Hęc ſparſim uide Ant.3.p.ti.16.c.1.§.xi. & nos, Deo duce, diffusè dicemus in ſumma..

¶ Quædam alia notanda circa profeßionem fratrum, & tēpus probationis nouitiorum dixi in cæremonijs ordinis noſtri fol.58 ibi uide, ſi uis ſcire.

SVMMARIVM CANONVM CONCIL. TRIDENT. QVI DE REGVL. præſcribantur.

QVoniam ex præcepto ſacroſancti Concilij Trid. tenemur, ut omnes, & ſinguli canones, qui de regularibus præſcribuntur, in omnibus monaſterijs, et conuentibus quàm primum executioni demandentur, eius nos ſanctiſsima decreta omni pietate ſuſcipientes, & qua decet obedientia exequi cupientes, ut nemo ſit, qui eos neſciat, omnes breuiter in ſummarium congeſſi

congeſsi, in quibus ad reformationem regularis diſciplinæ multa ſtatuuntur ſalubria, fructus uberes (Deo propitio) allatura. Nouit .n. Sāct. ſynodus Trid. quantum ex monaſterijs piè inſtitutis, & adminiſtratis in Eccleſia Dei ſplendoris, ac vtilitatis oriatur. Ideò, quo facilius, & maturius vbi collapſa eſt vetus, & regularis diſciplina inſtauretur, & conſtantius, vbi conſeruata eſt, perſeueret, placuit Sanctæ Synodo hos canones condere, vt omnes ſciant nō ſolum quid tenere, & ſequi, ſed etiam quid vitare, & fugere debeamus.

CANON. I. DE LIBRORVM impreſsione.

ſeſſ. 4. in decreto de uſu & edit. ſacrorũ librorum.

Qvòd non liceat fratribus imprimere, ſeu imprimi facere libros de rebus ſacris, ſine approbatione ordinarij, & licentia ſuorum ſuperiorum.

Canon 2. de lectione Sacræ Scripturæ.

ſeſſ. 5. c. 1. de reform.

Quòd in conuentibus, in quibus ſtudia comodè vigere poſſunt, Sacræ Scripturæ lectio habeatur, quæ lectio à capitulis generalibus, uel prouincialibus aſſignetur dignioribus lectoribus.

Canon 3. de licentia prædicatorum.

ſeſſ. 5. de refor. cap. 11. & ſeſſ. 24. c. 4.

Quòd prædicatores ſine licentia ſuperiorum ordinis, & benedictione ordinarij, in eccleſijs eiuſdem ordinis prædicare non poſſint: In Eccleſijs autem alijs à noſtris, ultra licentiam ſuperiorum, etiam Epiſcopi licentiam habere teneantur.

Canon 4. de prædicatoribus malè prædicantibus.

ſeſſ. 5. de refor. c. 11.

Quòd ſi aliquis prædicator (quod abſit) errores aut ſcandala diſſeminauerit in popolum, etiam ſi in monaſterio ſui, vel alterius ordinis prædicet, Epiſcopus ei prædicationem interdicat, quòd ſi hæreſes prædicauerit, contra eũ, ſecundũ iuris diſpoſitionem, aut loci conſuetudinem procedet, etiam ſi prædicator ipſe generaliter, vel ſpetialiter exemptum ſe eſſe prætenderet.

Canon 5. de regularibus delinquentibus.

Quod regulares extra monasterium degentes, etiam sui ordinis priuilegij prætextu, ab ordinario loci, si deliquerint, puniri possunt. ¶ *Et qui intra claustra monasterij degunt, & extra ea ita notoriè deliquerint, vt populo scandalum sint, termino ab Episcopo præfigendo à suo superiore omninò puniantur, sin minus superior à suo superiore offitio priuetur, & delinquens ab Episcopo puniri possit.*

sess. 6. de ref. c. 3.

sess. ulti. de regul. c. 14.

Canon 6. de uisitatione ecclesiarum.

Quod locorum ordinarii ecclesias quascunque quomodolibet exemptas, authoritate Apostolica singulis annis visitare poßint. ¶ *Non autem ipsa monasteria, quoad correctionem fratrũ.*

sess. 7. de refo. c. 8.

sess. ulti. de refor. c. 20.

Canon 7. de regularibus translatis.

Quòd regulares translati de uno ordine, ad aliũ, sub sui superioris obedientia perpetuò, maneant. ¶ *Et quod nemo regularis cuiuscunque facultatis uigore, transferatur ad laxiorem religionem.* ¶ *Nec detur licentia cuiquam regulari occultè ferendi habitum suæ religionis,*

sess. 14. de reform. c. 11.

sess. ulti. de regul. c. 19.

Canon 8. de missarum eleemosinis.

Quòd cuiusuis generis mercedũ conditiones, pacta, et qcquid pro missis nouis cælebrãdis datur, atque illiberales eleemosinarum exactiones, potiusquam postulationes, aliaque huiusmodi, quæ à simoniaca labe, uel certè turpi quæstu, non longè absunt, omninò probibeantur.

Canon

Canon. 9. de uagis, & ignotis sacerdotibus.

Eadem sess. & decreto.

Quod Episcopi in suis diœcesibus interdicant, ne cui vago, & ignoto sacerdoti missas cælebrare liceat. ¶ *Ideo sint cauti fratres litteras dimissorias ab Episcopo ordinante, seu a proprio prælato (cum alicubi se transferre ex merito obedientiæ contigerit) habere.*

Canon 10. de loco celebrandi Missas.

Eadem sess. & decreto.

Quod non patiatur priuatis in domibus, atq; omnino extra ecclesiam, & ad diuinum tantum cultum dedicata oratoria, ab eisdem ordinariis ordinanda, & uisitanda Sanctum sacrificium à secularibus, aut regularibus quibuscunque peragi.

Canon 11. de cæremonia Missarum.

Eadem sess. & decreto.

Quod caueatur, ne sacerdotes alijs quàm debitis horis cælebrent, neuè ritus alios, uel alias cæremonias, & præces in missarum celebratione adhibeant, præter eas, quæ ab ecclesia approbatæ, ac frequenti, & laudabili usu receptæ sunt.

Canon 12. de certo numero Missarum, & candelarum remouendo.

Eadem sess. & decreto.

Quod quarundam mißarum, ac candelarum certum nnmerum, qui magis a superstitioso cultu, quam à uera religione inuentus est, omnino ab ecclesia remoueant.

Canon

Canon 13. de voce capitulari.

Quòd quicunque in cathedrali, vel collegiata sæculari, uel regulari ecclesia, diuinis mancipatus offitijs, in subdiaconatus ordinem saltem constitutus non sit, uocem in huiusmodi ecclesiis in capitulo non habeat. sess. 22. c. 4. de reform.

¶ Vbi est notandum, quòd si statutis alicuius religionis cauetur etiam sacris non initiatos habere uocem in capitulo, sicut est in ordine nostro, non prohiberi à Conc. Trid. quin eam habeant: etiam ꝙ in sacris non sint: quoniam decretum Conc. nō comprehendit monasteria regularium: sicut mihi consulenti, dum essem Romæ uisitans Conuentum Sāctissimę Trinitatis, Illustrissimi Cardinales interpretes Sanctissimæ congregationis Concilij, responderunt die 10. Ianuarij. 1573. Declaratio sanct. cōgregatiōis Cōcilii. Nota.

Canon 14, de litteris dimissoriis pro susceptione ordinum.

Quòd nullus absque sui proprij prælati expresso consensu, aut litteris dimissorijs ad aliquos sacros, aut minores ordines, uel primam tonsuram, promoueatur alias ab executione ordinum sic susceptorum, donec suo prælato uisum fuerit, ipso iure est suspensus. sess. 14. c. 2. de reform.

Canon 15 de minoribus ordinibus ab aliis quàm ab Episcopis non suscipiendis.

Quòd Abbatibus, ac alijs quibuscunque, quantum uis exemptis, non liceat in posterum intra fines alicuius diœcesis consistentibus, etiam si nul- sess. 23. c. 10. de re for.

lius diœcesis, uel exempti esse dicantur cuiquam qui regularis subditus sibi non sit tonsuram, aut minores ordines conferre.

Canon. 16. de promotione in minoribus ordinibus.

sess. 23. canon. xi. *Quòd minores ordines iis, qui saltim latinam linguam intelligant, per temporum interstitia, nisi aliud Episcopo expedire magis uideretur, conferantur. ¶ Hi uerò non nisi post annum à susceptione postremi gradus minorum ordinum, ad sacros ordines promoueantur, nisi necessitas, aut ecclesiæ utilitas, aliud exposcat.*

Canon 17. de promotione in maioribus ordinibus.

sess. 23. c. 13. & 14. *Quòd post susceptionem minorum ordinum, nemo ad maiores promoueatur, nisi inter unumquemque eorum, sit interiectum ad minus spatium vnius anni integri nisi necessitas, aut ecclesiæ utilitas iuditio Episcopi, aliud exposcat.*

Declaratio Sanctissimæ cõgregationis cõcilii. *¶ Ideo si in aliquo conuentu sit necessitas ministrorũ quæ patrũ consilio iudicetur sufficiens cã, ut aliter fiat, ordinaturo Episcopo ea referatur cuius erit iudicare de illa: sic mihi consulenti die 7. Febr. 1573. responderunt Illustrissimi Card. Sanctiss. congregationis interpretes Conc. Trid.*

Canon

Canon 18. de illis, qui tenentur interesse Synodo diœcesanæ.

Quòd synodi diœcesanæ quot annis cælebrentur, ad quas exempti etiam omnes, qui alias cessante exemptione intereße deberent, nec capitulis generalibus subduntur, accedere teneantur, ratione tamen parrochialium, aut aliarum sæcularium Ecclesiarum, etiam annexarum, debeant ij, qui illarum curam gerunt, quicunque illi sint, synodo interesse. sess. 24. de refor. c. 2.

Canon 19. de examine eligendorum ad beneficia.

Quod examinatores possint esse etiam regulares ex ordine mendicantium, iurentque ad Sancta Dei euangelia fideliter munus executuri. ¶ Caueantque, ne quicquam occasione huius examinis nec ante, nec post accipiant, alioquin simoniæ uitium incurrant, & de his omnibus in synodo prouinciali (si opus fuerit), rationem reddere teneantur. sess. 24. de refor. c. 18.

Canon 20. de ætate ordinandorum in maioribus.

Quod nullus, etiam regularis, ad subdiaconatus ordinem ante uigesimum secundum, ad diaconatus ante uigesimum tertium, ad presbyteratus ante uigesimum quintum ætatis suæ annum promoueatur. sess. 23. c. 12.

Canon 21. de examine ordinandorum.

sess. 23. c. 12. *Quòd nec sine diligenti Episcopi examine ordinentur regulares: priuilegijs quibuscunque, quo ad hoc penitus exclusis.*

Canon 22, de duobus sacris ordinibus eodem die non conferendis.

sess. 23. c. 13. *Quòd duo sacri ordines non eodem die, etiam regularibus conferantur, priuilegijs atque indultis quibusuis concessis, nō obstantibus quibuscūq.*

Canon 23. de communione frequentanda à ministris altaris.

sess. 23. c. 13. *Quòd subdiaconi, & diaconi sciant maximè decere, si saltim omnibus Dominicis, & sollemnibus cum altari ministrauerint, sacram communioné perceperint.*

Canon 24. de confessione quando à sæcularibus audienda

eadē ses. c. 15. *Quòd sine probatione Episcopi nullus, etiam regularis, possit confessiones secularium, etiam sacerdotum, audire.*

Canon 25. de ministerio ordinum non nisi ab ordinatis exercendo.

Quòd sacri altaris ministeria, non nisi per constitutos in dictis ordinibus exerceantur.

statutum fratrum prædicatorum. ¶ *Ideo fratres prædicatores in executionem huius canonis in capitulo Bononiæ celebrato 1564. ordinarunt, q̄ in eorum Cōuentibus, in quibus fratrum sufficiens est multitudo sacri altaris ministeria, etiam minima, ab ordinatis ministris, quo ad*

ad fieri possit, exerceantur nullusque deinceps sacris uestibus indutus sollemniter epistolam canere permittatur, qui ad eum ordinem non fuerit promotus.

Canon 26. de obseruatione regulæ, & comunitate sectanda.

Quòd omnes regulares, tàm uiri, quàm mulieres ad regulæ, quam professi sunt, præscriptum uitam instituant, & componant: & quæ ad cōmunem uitam, uictum, & uestitum conseruanda pertineant fideliter obseruent, omnisque cùra & diligentia a superioribus adhibeatur, tàm in capitulis prouintialibus, & generalibus quàm in eorum uisitationibus, quas suis temporibus facere non prætermittant, ut ab illis non recedatur. sess. ult. de regul. c. 1.

Canon 27. de proprietate extirpanda.

Quòd nemini regularium, tàm uirorum, quàm mulierum liceat bona mobilia, uel immobilia cuiuscunque qualitatis fuerint, etiam quouis modo ab eis acquisita tamquam propria, aut etiam nomine Conuentus possidere, uel tenere: sed statim superiori tradantur, conuentuique incorporētur. sess. ult de regul. c. 2.

Canon 28. de bonis quæ potest superior concedere, & quæ non.

Quòd non liceat superioribus bona stabilia alicui regulari concedere, etiam ad usufructum, uel usum, administrationem, uel comendam: ¶ Mobilium uero usum ita permittant, ut eorum suppellex statui paupertatis conueniat, nihilque super sess. ult. de regul. ca. 2.

stui in ea sit, nihil etiam quod sit necessarium eis denegetur. ¶ Quod si quis aliter quic quā tenere deprehensus, aut conuictus fuerit, is biennio actiua, & passiua uoce priuatus sit, atque etiam iuxta suæ regulæ, & ordinis constitutiones, puniatur.

Canon 29. de numero regularium in monasterio constituendo.

sess. ulti. de regul. cap. 3.

Quod in monasterijs: & domibus tàm uirorum, quàm mulierum, bona immobilia possidentibus, uel non possidentibus is tantum numerus constituatur, ac in posterum conseruetur, qui uel ex redditibus propriis monasteriorum, uel ex consuetis eleemosinis comodè possit sustentari.

Canon 30. de conuentibus nouis quomodo accipiendis.

sess. ulti. de regul. cap. 3.

Quod nec de cætero similia loca eligantur sine Episcopi, in cuius diœcesi construenda sunt, licentia prius obtenta.

Canon 31. de fratribus sine superioris licentia alterius obsequio non se subijciant.

sess. ulti. de regul. c. 4.

Quod nullus regularis sine sui superioris licentia prædicationis, lectionis, aut cuiusuis pij operis prætextu, subijciat se obsequio alicuius prælati, Principis, uel uniuersitatis, uel comunitatis, quod si contrafecerit, tamquàm inobediens, arbitrio superioris puniatur.

Canon

Canon 32. de fratribus sine licentia a conuentibus non discedentibus.

Quod non liceat regularibus à suis conuentibus recedere, etiam prætextu ad superiores suos accedendi, nisi ab eisdem missi, aut uocati fuerint, alias quod ab ordinariis locorum puniatur. sess. ulti. de regul. cap. 4.

Canon 33. de fratribus qui mittuntur ad uniuersitates studiorum.

Quod illi qui studiorum causa, ad uniuersitates mittuntur, in conuentibus tantum habitent, alioquin ab ordinarijs contra eos procedatur. sess. ulti. de regul. c. 4.

Canon 34. de clausura monialium.

Quod uniuersi Episcopi in omnibus monasteriis sibi subiectis ordinaria. ¶ in aliis uerò sædis Apostolicæ authoritate clausuram Sanctimonialium, ubi uiolata fuerit, diligenter restitui, & ubi inuiolata est, conseruari maximè procurent. sess. ulti. de regul. c. 5.

Canon 35. de monialibus è monasterio non exeundis.

Quod nemini Sanctimonialium liceat post professionem exire à monasterio, etiam ad breue tempus, quocumque pretextu, nisi ex aliqua legitima causa ab Episcopo approbanda. sess. ulti de regul. c. 5.

Canon 36. de prohibitione ingressus ad monasteria monialium.

Quod ingredi intra septa monasterij nemini liceat, cuiuscunque generis, aut conditionis, sess. ulti. de regul. c. 5.

sexus, uel ætatis fuerint, sine Episcopi, uel supe rioris licentia in scriptis obtenta, sub excommuni cationis pœna ipso facto incurrenda.

Canon. 37. de monasteriis monialium intra urbes reducendis.

sess. ult. de regul. c. 5. *Quòd monasteria sanctimonialium extra mœnia urbis, uel oppidi curent Episcopi, & alij superio res (si ita uidebitur expedire) ut ad noua, uel antiqua monasteria intra urbes reducantur.*

Canon. 38. de confessione, & communio ne Sanctimonialium.

sess. ult. de regul. c. 10. *Quòd attendant diligenter Episcopi, & alij supe riores monasteriorum sanctimonialium, ut saltē semel singulis mensibus Confessionem peccatorū faciant, & sacrosanctam Eucharistiā suscipiant.*

Canon. 39. de confessore extraordinario monialibus offerendo.

sess. ult. de regul. c. 10. *Quod preter ordinarium cofeßorem, alius extra ordinarius ab Episcopo, & alijs superioribus bis, aut ter in anno offeratur, qui omnium confessio nes audire debeat.*

Canon 40. de loco seruandę Eucharistiæ in monasteriis monialium.

sess. ult. de regul. c. 10. *Quod sanctissimum Christi corpus intra chorū, aut septa monasterij monialium, & non in pu blica ecclesia conseruetur prohibet Sancta Syno dus, nō obstante quocunq; indulto, aut priuilegio.*

Statutū fratrum ¶ *Debent tamē superiores dictorum manasterio rum, ut quantum fieri potest: is locus conseruan-*

dæ

dæ Eucharistiæ in ecclesia publica intelligatur, qui existentibus intra chorum monialibus conspicuus sit. Ita fratres prædicatores in capitulo Bononiæ cælebrato 1564. ordinarunt. prædicatorum.

Canon 41. de modo secreto in electione seruando.

Quod in electio superiorum quorumcumque, & aliorum officialium, ac generalium, & Abbatißarum fiat per uota secreta, ita ut singulorum eligentium nomina numquam publicentur. sess. ult. de regul. c. 6.

¶ *Vbi est aduertendum ꝙ consulenti mihi die 25. Ianuarij 1571, an electio commißorum cõprehenderetur in hoc decreto, Sanctissima congregatio Concilij respondit, ꝙ censuit comprehendi, et ideo seruandam formam ibi præscriptã.* Declaratio sanctiss. congregationis Concilii.

Canon 42. de uocibus non supplendis.

Quòd in posterum non liceat prouintiales, aut abbates, priores aut alios quoscunque titulares, ad effectum electionis faciendæ cõstituere. ¶ *aut uoces, & suffragia absentium supplere.* sess. ult. de regul. c. 6.

¶ *Vbi est notandum, ꝙ si ex institutis aut decretis alicuius religionis liceat superioribus absentibus, & legitime impeditis mittere ad Capitulum Generale alium fratrem, qui tamquam eorum procurator, suo loco & nomine det uocem in electione, sicut est in ordine nostro: Concilium Tridentinum id non prohibuiße. Ita mihi consulenti ex ciuitate Litij die 8. Augusti 1570. responderunt Illustrissimi Cardinales interpretes san-* Declaratio sãctissimæ cõgregationis Cõc.

sanctissimæ congregationis Concilij. ¶ Et postea propositum fuit à me in capitulo Generali Valentiæ quartò cælebrato, ut in actis dicti capituli est uidere.

Canon 43. de ætate eligendi in Correctricem monialium.

sess. ulti. de regul. c. 7. *Quod Abbatissa, & Priorissa, & quocumque alio nomine Præfecta, uel Præposita appelletur, eligatur non minor annis quadraginta, & quæ octo annis, post expreßam professionem laudabiliter uixerit. ¶ Quod si his qualitatibus non reperiatur in monasterio, ex alio eiusdem ordinis eligi possit.*

¶ Si hoc etiam incommodũ superiori, qui electioni præest, uideatur, ex ijs, quæ in eodẽ monasterio annum trigesimum excederint, & quinque saltē annis post professione rectè uixerint, Episcopo, uel alio superiore consentiente, eligatur.

Canon 44. de loco accipiendi uota monialium tempore electionis faciendę.

sess. ulti. de regul. c. 7. *Quod is qui electionis præest Episcopus siue alius superior claustra monasterij non ingrediatur sed ante cancellorum fenestellam uota singulorũ audiat, seu accipiat.*

Canon 45. de gubernatione monialium.

sess. ulti. de regul. c. 9. *Quod monasteria sanctimonialium sanctæ Sedi Apostolicæ immediatè subiecta, ab Episcopis gubernentur. ¶ Quæ uero a deputatis in capitulis generalibus, uel ab alijs regularibus reguntur, sub eorum*

ſub eorum cura, & custodia relinquantur.

Canon. 46. de monaſteriis quæ parrochiam continent.

Quòd in monaſterijs, ſeu domibus virorum, ſeu mulierum, quibus imminet cura animarum perſonarum ſecularium, præter eas, quæ ſunt de illorũ monaſteriorum, ſeu locorum familia, perſonæ tã regulares, quàm ſeculares huiuſmodi curam exercentes, ſubſint immediatè in ijs, quæ ad dictã curã, & ſacramẽtorũ adminiſtrationem pertinent, iuriſdictioni, viſitationi, & correctioni Epiſcopi, in cuius diœceſi ſunt ſita. ¶ Exceptuationes in hoc vide ibi. ſeſſ. ulti. de regul. c. xi.

Canon 47. de interdictis, & cenſuris à regularibus obſeruandis.

Quod cenſuræ, et interdicta, ne dum à ſede Apoſtolica emanata, ſed etiam ab ordinarijs promulgata, mandante Epiſcopo a regularibus in eorum Eccleſiis publicentur, atque ſeruentur. ſeſſ. ulti. de regul. c. 12.

Canon 48. de feſtis a regularibus ſeruandis.

Quod dies feſti, quos in diœceſi ſua ſeruandos Epiſcopus præceperit, ab exemptis omnibus, etiã regularibus, ſeruentur. ſeſſ. ulti. de regul. c. 12.

Canon. 49. de controuerſia in præcedentiis ſedanda ab Epiſcopis.

Quod controuerſias omnes de præcedentia, quæ per ſæpe cũ ſcandalo oriuntur inter eccleſiaſticas perſonas, tàm ſæculares q̃ regulares Epus amota ſeſſ. ulti. de regul. c. 13.

omni appellatione, componat.

Canon 50. de exitu ad publicas processiones.

sess. ult. de regul. c. 13. *Quòd exempti omnes tam clerici seculares, quam regulares, etiam monachi ad publicas processiones uocati, accedere compellantur.*

Canon 51. de tempore professionis.

sess. ult. de regul. c. 15. *Quòd in quacunque religione tàm uirorum quàm mulierum, professio non fiat ante decimum sextum annum expletum. nec qui minori tempore quàm per annum, post susceptum habitum in religione steterit, ad professionem admittatur.*

Canon 52. de non differendo tempore professionis.

sess. ult. de regul. c. 16. *Quòd finito tempore nouitiatus superiores nouitios, quos habiles inuenerint ad profitendum admittant, aut e monasterio eijciant.*

declaratio sanctissimæ congregationis Cōcilii. *¶ Vbi est notandum, ꝙ relatione per sanctissimam congregationem concilij Sanctissimo Domino Pio V. facta, Sanctitas sua dixit: concilium dicti capituli 16. procedere tantum in illis nouitijs, quos superiores lapso tempore nouitiatus habiles inuenerint, non in his quos inhabiles inuenerint ut sunt illi, qui non bene adhuc didicerunt & ideo quod attinet ad istos, Sanctitas sua concessit, ꝙ superiores poßunt prolongare illorum professionem, dummō habeant spem probabilem ꝙ efficiantur habiles, infra sex menses. Ita mihi consulenti è Neap. die 8 nouembris 1569. respōderūt*

derũt Illustrissimi Cardinales interpretes sanctis simæ congregationis Conc.

Canon 53. de renuntiatione bonorum qñ & quomodo a nouitiis facienda.

Quòd nulla renuntiatio, aut obligatio ante professionem facta, ualeat, nisi cum licentia Episcopi, siue eius vicarij fiat intra duos menses proximos ante professionem, ac non alias intelligatur esse ctum suum sortiri, nisi sequuta professione. sess. ult. de regul. c. 16.

Canon 54. de bonis nouitiorum infra tempus nouitiatus recipiendis uel non.

Quòd ante professionem nihil recipiatur de bonis nouitij, etiam sponte oblatum a parentibus, vel curatoribus eorum, nisi pro uictu, & uestitu illius temporis, quo in probatione est. ¶ Et hoc precipit Sancta Synodus sub anathematis pœna dantibus, et recipientibus. ¶ Et ut abeuntibus ante professionem oĩa restituantur, quæ sua erãt. sess. ult. de regul. c. 16.

Canon 55. de tempore suscipiendi habitum à puellis Deo dicandis.

Quòd puella, quæ habitum regularem suscipere uoluerit, maior duodecim annis sit, non ante eum suscipiat. sess. ult. de regul. c. 17.

Canon 54. de puellis nouitiabus examinandis ante professionem ab ordinariis.

Quod nec postea ipsa, uel alia professionem emittat, quàm explorauerit Episcopus, uel eo absente, uel impedito eius uicarius, an coacta, uel seducta fuerit, sess. ult. de regul. c. 17.

Canon

Canon 56. de pœnis Corretricis non denuntiantis tempus professionis Episcopo.

sess. ulti. de regul. c. 17. *Quod professionis tempus ne Episcopus ignoret, teneatur Præfecta monasterij eum ante mensem certiorem facere: alias quamdiu Episcopo uidebitur ab offitio suspensa sit.*

Canon 57. de non cogendis uel impediendis mulieribus ad religionem.

sess. ulti. de regul. c. 18. *Quod eos, qui cogunt mulieres ad ingrediendum monasterium, uel ad suscipiendum habitum, uel ad emittendam professionem. ¶ Et qui sanctam virginum, uel aliarum mulierum uoluntatem ueli accipiendi, uel uoti accipiendi sine iusta causa impedierint Sãcta Synodus anathemati subijcit.*

Canon 58 de remedio illius qui prætendit suam professionem non tenere.

sess. ulti. de regul. c. 19. *Quod quicũque regularis prætendat se per uim, & metum ingressum religionem, aut ante ætatem professum fuisse, aut quid simile, non audiatur, nisi intra quinquennium tantum a die professionis, & tunc non aliter nisi, causas, quas prætenderit, deduxerit coram superiore suo, & ordinario. ¶ Quòd si ante spontè habitum dimiserit, nullatenus ad allegandum quamcunque caussam admittatur, & tamquam apostata puniatur.*

Canon 59. de excommunicationis sententia non nisi summa maturitate ferenda.

Quod quamuis excommunicationis Gladius ner

uus

unus sit ecclesiasticæ disciplinæ, sobriè tamen, ma gnaque circunspectione exercendus est; cum ex perientia doceat, si temerè, aut leuibus ex rebus incutiatur, magis contemni, quàm formidari, & pernitiem potius parare quàm salutem. de refor. c. 3.

¶ *Et quoniam in huiusmodi sententijs ferendis Sancta Synodus moderamen esse uoluit: fratres prædicatores ĩ capitulo cęlebrato Bononię 1564 attentos esse uoluerunt superiores, ut nisi pro gra uioribus causis, quæ præsentandi exigunt reme dium, non imponatur, et ꝙ priores conuentuales quàm rarissimè, & matura deliberatione censu ris uti debeant, & qui in hoc faciles inuenti fue rint a suis superioribus corrigantur.* Statutũ fratrum prædicatorum.

Canon 60. De remedio missarum,

Quod in ecclesijs ubi magnus missarum nume rus reperitur, possint generales ordinum in suis capitulis generalibus statuere circa hoc, quic- quid magis expedire uidebitur. sess. 25. de refor. c. 4.

¶ *Ubi est sciendum, quod huiusmodi facultas concessa per Concilium Tridentinum Episcopis, & Generalibus, intelligitur tantum de onere mis sarum ante Concilium Tridentinum imposito. sic mihi consulenti die 7. Februarij 1573. dum eßem Romæ, responderunt Illustrissimi Cardi nales Sanctissimæ congregationis interpretes Concilij.* Declaratione sãctisisme cõgregationis cõcilii.

Canon

Canoni 61. de locatione bonorũ ecclesia anticipatis solutionibus nõ faciendis.

sess. 25. de refor. c. 11. *Quòd locationes rerum ecclesiasticarum, si anticipatis solutionibus fiant, nullatenus in praeiuditium successorum validae intelligantur, quacunque indulto, aut priuilegio non obstante.*

Canon 62. de quarta funeralium.

sess. 25. de refor. c. 13. *Quòd quibuscũq; ĩ locis, iã annos quadraginta, quartam, quae funeralium dicitur, cathedrali, aut parrochiali ecclesiae solita eßet psolui, ac postea fuerit ex quocunque priuilegio monasteriis concessa, post hac integro iure, & eadẽ persoluatur.*

Canon 63. de arctioribus statutis ultra concilium etiam seruandis.

sess. ult. de regul. c. 22. *Quod si qui regulares, tã uiri, quàm mulieres sint, qui sub arctiori regula, uel statutis uiuũt (excepta facultate habendi bona immobilia in cõmuni) eos ab eorum instituto, & obseruantia S. Synodus ammouere non intendit.* ¶ *Ideo supra canone 48, per quod cauetur, quod omnes, etiam regulares quoscunque ad publicas processiones uocati accedere compellantur, Concilium ipsum excептuat eos qui sub strictiori clausura, uiuant.* ¶ *Vnde habenda est regula generalis, ꝙ circa nostrorum statutorum reformationem, sic superiores, nostriq; ordinis fratres, Sãctae Synodi praedictos canones seruandos esse intelligant, ut tamẽ arctiora nostra statuta in suo robore persistãt.*

SVMMARIV STATIONVM.

Ecclesiarum urbis Romæ, quas hac ratione imprimere curauimus, ut fratres, sorores, & alij, de quibus habetur in priuilegijs folio 33. sciant quales, & quantę sint, & ad easdem sibi acquirendum pro fœlici statu Sanctæ Romanæ Ecclesiæ orandum deuotius, & frequentius magis incitentur, dicendo quinquies pater noster, & quinquies Aue Maria in diebus infrascriptis coram altari maiori in ecclesiis nostri ordinis minimorū.

Stationes Aduentus. usque ad septuagesimam.

DOminica 1. aduentus statio ad sanctam Mariam maiorem sunt ibi anni 28. millia indulgen. & tot quadragenæ, & remissio tertiæ partis peccatorum.

¶ Dominica 2. Aduētus ad Sanctam Crucē in Hierusalem sunt anni xi. millia indulg. & remissio plenaria omnium peccatorum.

¶ Dominica 3. Aduentus ad S. Petrum sunt

anni 28. millia indulg. & remissio plenaria omnium peccatorum.

Feria 4. quatuor temporum ad S. Mariam maiorem sunt anni 28. millia indulg. & tot quadragenæ, & remissio tertiæ partis peccatorum.

Feria 6. ad Sanctos 12. Apostolos sunt anni x. millia, & remißio omnium peccatorum.

Sabbato ad S. Petrum sunt anni 28. indulg. & tot quadragenæ.

¶ Dominica 4. Aduentus ad Sanctos xij. Apostolos sunt anni 12. millia indul. & plenaria remißio omnium peccatorum.

In vigilia Natiuitatis Domini ad Sanctam Mariam maiorem sunt anni 28. millia, & tot quadragenæ, & remissio tertiæ partis peccatorum.

¶ Ad primā missam in nocte Natalis Domini ad Sanctam Mariam maiorem ad præsepe sunt anni 28. millia, & tot quadragenæ indulg. & plenaria remissio omnium peccatorum.

Ad secundam Missam in aurora ad Sanctam Anastasiam sunt anni 28. millia indulgen. & tot quadragenæ, & plenaria remissio peccatorum.

Ad tertiam missam in die Natalis Domini ad Sanctam Mariam maiorem sunt anni 28. millia indulgen. & tot quadragenæ, & plenaria remißio omnium peccatorum.

¶ In die Sancti Stephani ad Sanctum Stephanum in monte cælio sūt anni 28. millia indulg. & tot quadragenæ, & plenaria omnium peccatorum.

In die Sancti Ioannis Euangelistæ ad Sãctam Mariam miorem sunt anni 28. millia indulg. & tot qnadragenæ, & plenaria remissio omniũ peccatorum.

In die Sanctorum Innocentium ad S. Paulũ sũt anni 15. millia indulgen. & tot quadragenæ & plenaria indulgent. peccatorum.

In circuncisione Domini ad Sanctam Mariam transtiberim ad fontes olei sunt anni 25. millia indulgentiæ, & plenaria indulgen. omnium peccatorum.

In die Epiphaniæ ad S. Petrum sunt anni 28. millia, & tot quadragenę, & plenaria remissio omnium peccatorum.

STATIONES à Septuagesima usq; ad feriam 4. cinerum.

Dominica in septuagesima statio ad Sanctum Laurentium extra muros sunt anni xi. millia, & 48. quadragenæ, & remissio tertiæ partis peccatorum.

¶Dominica in sexagesima ad Sanctum Paulũ sunt anni 12. millia, & 18. quadragenę & remissio tertiæ partis peccatorum.

¶Dominica ĩ Quinquagesima sunt anni 28. millia, & tot quadragenæ

genæ, & indulgen. plenaria.

Stationes à feria 4. Cinerum usque ad Sabbatum Sanctum.

¶*Feria 4. Cinerum ad S. Sabinam sunt anni 3. millia indul. & plena naria remissio peccatorum.*

Feria 5. ad S. Georgiũ sunt anni x. millia indulgen.

Feria 6. ad Sanctos Ioannem, & Paulum sũt anni x. millia.

Sabbato ad S. Tryphonem sunt anni x. & remissio omnium peccatorum.

¶*Dominica 1. in quadragesima ad S. Ioannem in Laterano sunt anni 18. millia indulg. & remissio omniũ peccatorum, & vlterius indulgentiæ sine numero.*

Feria 2. ad S. Petrum ad Vincula sunt anni x. millia, & plenaria remissio omnium peccatorum.

✝*Feria 3. ad S. Anastasiam sũt anni 28. millia & tot quadragenæ, & liberatio vnius animæ à purgatorio.*

Feria 4. quatuor temporũ ad S. Mariam maiorem sunt anni 28. millia indulgen. & tot quadragenæ, & remißio tertie partis peccatorum.

Feria 5. ad S. Laurentiũ in paneperna sunt anni x. millia indulgen. & remissio plenaria omniũ peccatorum.

Feria 6. quatuor temporum ad SS. 12. Apostolos sunt anni 12. millia, & plenaria remißio omnium peccatorum.

Sabbato quatuor temporum ad S. Petrum sunt anni 28. millia, & tot quadragenæ, & plenaria

ria remissio omniũ pec
catorum.
¶Dominica 2.ad S.Ma
riam in Dominica sunt
anni 28. millia, & tot
quadragenæ.
Feria 2.ad Sanctum Cle
mẽtem sunt anni xi. mil
lia, et remissio tertiæ par
tis peccatorum.
Feria 3.ad S. Balbinam
sunt anni x.millia indul.
Feria 4. ad S. Cæciliam
sunt anni x.millia.
Feria 5.ad Sanctam Ma
riam transtiberim sunt
anni x.millia.
Feria 6. ad S. Vitalem
sunt anni x.millia.
+Sabbato ad SS. Mar
cellinũ, & Petrum sunt
anni x.millia, et remissio
omnium peccatorum, &
liberatio unius animæ à
purgatorio.
+Dominica 3 ad S.Lau
rentium extra muros sũt
anni 19.millia indulg.
& 48. quadragenæ, &
liberatio vnius animæ à
purgatario.
Feria 2. ad S. Marcum
sunt anni x.millia.
Feria 3. ad S. Pudentia
nam sunt annis x. millia
Feria 4. ad S. Xistum
sunt anni x.millia.
Feria 5. ad SS. Cosmam
& Damianum sunt anni
x.millia.
Feria 6.ad S.Laurentiũ
in Lucina sunt anni x.
millia indulg.
Sabbato ad S. Susanam
sunt anni 13. millia in-
dulgen.
+Dominica 4.ad S.Cru
cem in Hierusalem est
plenaria remissio omniũ
peccatorum, & libera
tio unius animæ à purga
torio.
Feria 2. ad SS. quatuor
coronatos sunt anni x.
millia indul.
Feria 3. ad Sanctũ Lau
rentium in Damaso sunt
anni x. millia, & remis

ſio tertiæ partis peccatorum.

Feria 4. ad S. Paulum ſunt anni x. millia, & remiſsio tertiæ partis peccatorum.

Feria 5. ad Sanct. Silueſtrum ſunt anni x. millia indulg.

Feria 6. ad S. Euſebium ſunt anni x. millia indul.

Sabbato ad S. Nicolaum in carcere ſunt anni x. millia indul.

¶ *Dominica de paſſione ad S. Petrum ſunt anni 28, millia, & tot quadragenæ, & remiſsio tertiæ partis peccatorum.*

Feria 2. ad Sanctum Criſogonum ſunt anni x. millia.

Feria 3. ad Sanctum Ciriacum ſunt anni x. millia.

Feria 4. ad Sanctum Marcellum ſunt anni x. millia.

Feria 5. ad Sanctum Apollinarem ſunt anni x.] millia.

✠ *Feria 6. ad S. Stephanum in monte Cœlio eſt liberatio unius animæ à purgatorio.*

✠ Sabbato ad S Ioánnem ante portam latinam, *ſunt anni 12. millia indulgen. & liberatio unius animæ à purgatorio.*

¶ Dominica in Palmis ad S Ioannem in Laterano *ſunt anni 25. millia, & tot quadragenæ, et remiſſio omnium peccatorum, & in hoc die bis lucratur dicta indulgen.*

Feria 2. ad S. Praxedem ſunt anni 15. millia, & remiſsio 4. partis peccatorum, & indulg. plenaria omnium peccatorum.

Feria 3. ad S. Priſcam ſunt anni 18. millia, & plenaria remiſſio peccatorum

torum.

Feria 4. ad San. Mariam maiorem sunt anni 28. millia, & plenaria remissio peccatornm, & isto die mane ante Missam maiorem in Sancto Petro ostenditur vultus Sanctus omni populo.

Feria 5. in Cęna Domini ad Sanctum Ioannem in Laterano sunt anni 12. millia, & tot quadragenæ, & bis in die illo ibi est indulgentia plenaria. ¶ Et summus Pontifex lauat pedes 12. pauperum, & legitur bulla in Cæna Domini.

Feria 6. in Parasceue ad Sanctam Crucem in Hierusalem est plenaria indulgen. omnium peccatorum, & multæ aliæ indulgentiæ.

Sabbato Sancto Ad S. Ioannem in Laterano sunt anni 12. millia, & 48, quadragenæ, & plenaria remissio peccatorum.

STATIONES IN DOminica Resurectionis, & per totam octauam.

Dominica Resurrectionis ad S. Mariam maiorem sunt anni 28. millia, & tot quadragenæ, & plenaria remissio omnium peccatorum.

Feria 2. ad S. Petrū sūt anni 28. millia, & tot quadragenę, & plenaria remißio omnium peccatorum.

Feria 3. ad S. Paulum sunt anni 28. millia, & tot quadragenæ, & plenaria remissio omnium peccatorum.

✝. Feria 4. ad S. Laurentium extra muros sunt anni 18. millia, et liberatio unius animæ à purgatorio.

Feria 5. ad SS. 12. Apostolos sunt anni 15. millia, & plenaria indulg. omnium peccatorum.

Feria 6. ad S. Mariam Rotundam sunt anni 15 millia indulg.

Sabbato in albis ad S. Ioannem in laterano sunt anni 15. millia, & remissio tertiæ partis peccatorum.

¶ Dominica in octaua Paschæ sunt anni 15. millia & plenaria remissio omnium peccatorū.

Statiōes à Litanijs maioribus usq; ad sabbatum octauæ Pētecostes.

¶ In litanijs maioribus in festo S. Marci ad S. Petrum sunt anni 28. millia, & tot quadragenæ.

¶ In die Ascensionis Domini ad S. Petrum sunt anni 28. millia, & tot quadragenæ.

In uigilia Pentecostes ad S. Ioannem in Laterano sunt anni 15. millia & remißio omnium peccatorum.

¶ In die Pentecostes statio ad S. Petrum sunt anni 28. millia, & plenaria remissio omnium peccatorum.

Feria 2. ad S. Petrum ad Vincula est indulg. plenaria peccatorum.

Feria 3. ad S. Anastasiam

ſiam ſunt anni 18. millia indulg.

Feria 4. quatuor temporum ad S. Anaſtaſiam ſunt anni 28. millia, & tot quadragenæ, et remiſſio tertiæ partis peccatorum.

✠Feria 5. ad S. Laurentiũ extra muros ſunt anni 18. millia, & tot quadragenæ, et remiſſio tertiæ partis peccatorũ

et liberatio unius animæ a purgatorio.

Feria 6. quatuor temporum ad SS. 12. Apoſtolos ſunt anni 18. millia, & plenaria remiſſio peccatorum.

Sabbato quatuor temporum ad S. Petrum ſunt anni 28. millia, & tot quadragenæ, & remiſſio tertiæ partis peccatorũ.

Sunt aliæ ſtationes, quas non poſui ſequens ordinem Stationum deſcriptarum in miſſali nouo Romano.

SEQVVNTVR INDVLGENtiæ Septem Eccleſiarum principaliũ vrbis Romæ, quas ſimiliter lucrantur fratres, & ſorores, & alij ſupradicti modo ſupradicto. ¶ Sanctus Silueſter Papa

pa ſcribit in ſua chronica, quòd Romæ fuerunt mille quingentæ eccleſię, quarũ maior pars nunc eſt destructa. Sed inter alias ſunt ſeptem principales priuilegiatæ maiori priuilegio, gratia, & dignitate, & ſanctificatione, quàm aliæ.

PRIMA ECCLESIA principalis, eſt ſacroſancta Lateranenſis eccleſia, quæ ab antiquo dicebatur Baſilica Saluatoris, nunc autem communiter uocatur eccleſia Sancti Ioannis Lateranenſis, quę eſt caput totius urbis, & orbis. Quæ ædificata fuit à beato Silueſtro Papa, & ab Imperatore Conſtantino in latere ſui proprij palatij, & ab eodem Silueſtro Papa in honorem Sanctiſsimi Saluatoris noſtri Domini Ieſu Chriſti, & Sanctorum Ioannis baptiſtę, & Ioannis Euangeliſtæ dedicata fuit. In qua Silueſter, & Gregorius ſummi Pontifices, qui eam conſecrauerunt, deuotè uiſitãtibus conceſſerunt tantas indulgentias, quòd eas nemo, niſi ſolus Deus enumerare poteſt.

¶ Nota quod Romæ in hac eccleſia Sancti Ioannis Lateranenſis habetur quædam tabula in qua continentur ſequentia.

¶ Primò ad altare maius ſunt indulgentiæ 48. an

norum

norum, & totidem quadragenarum, & remissio tertię partis omnium peccatorũ. ¶Item Constantinus Imperator postquam mundatus fuit à lepra per sacri baptismatis susceptionem dixit beato Siluestro. Pater ecce domũ meam in Ecclesiam ordinaui, infunde in eam tuam largam benedictionem uenientibus ad eam, & ait ad eum beatus Siluester. Dominus Iesus Christus, qui mundauit te à lepra, & purificauit fonte peremni, per suam misericordiam mundet, & purificet omnes huc uenientes sine peccato mortali, & authoritate Petri, & Pauli Apostolorum, & nostra, sit eis remissio peccatorum quocunque tempore anni. ¶Item Sanctus Gregorius Papa, qui hanc ecclesiam consecrauit post destructionẽ eius factam per hæreticos, confirmauit indulgentiam positam per beatum Siluestrum Papam antedictum.

¶Item Bonifacius dixit, Indulgentiæ Ecclesiæ Lateranensis numerari non poßunt, nisi à solo Deo, & ego omnes illas confirmo. ¶Item in festo Saluatoris, cuius imago uisibiliter apparuit omni populo Romano miraculosè, scilicet, quando Papa Siluester consecrauit dictam Ecclesiam: primò, vbi fuerat populus Romanus congregatus, tunc prædicta imago apparuit uisibiliter omni populo de urbe, quæ imago remansit in pariete, & quotidie uideri potest, nec comburi potuit, cũ ecclesia bis combusta fuerit, est remissio

omnium

omnium peccatorum. ¶ Item Papa Bonifaciu dixit, si quis ad sedem nostram lateranensem c. deuotionis, orationis, & peregrinationis accesserit, ab omni sorte peccati sit mandatus totus. ¶ Ite in Ecclesia prædicta in capella S. Ioannis Baptistæ, in qua mulieres non intrant, ibidem ad fontes est remissio omnium peccatorum. ¶ Item in cappella S. Laurentij, in qua similiter mulieres non intrant, quæ dicitur Sancta Sanctorum, est remissio omnium peccatorum. ¶ Item si scirent homines indulgentias Ecclesiæ Lateranensis, dicerent, tantæ sunt, quod non oportet nos ire ad Sanctum Sepulcrum ultra mare.

SECVNDA ECCLESIA PRINCIPAlis est, ad S. Petrũ, ubi nũc est Sancta sedes Apostolica, & palatium Sanctissimi Domini nostri Papæ, in qua sunt omni die 48. anni, & tot quadragenæ, & remissio tertiæ partis peccatorum. ¶ Item in eadem ecclesia fuisse dicuntur centum & nouem altaria, quæ nunc pro magna parte sunt remota, & in melius sub pauciori numero redacta, siue ordinata, & pro quolibet 18. anni indulgentiarum dati sunt, & inter alia sunt septem altaria principalia, quæ in girum cancellis cupreis vallata sunt, olim deauratis. ¶ Item quandocunque festum Sanctorum Petri, & Pauli, uel uocationis dictorum altarium, seu etiam festum natiuitatis Dominicæ, Paschæ, seu omnium Sãctorum, aliudq; festũ duplex, duplicantur omnes prædicta

prędictę indulgentiæ. ¶ Item in festo annuntiationis beatæ Mariæ, sunt ibi mille anni indulgentiæ. Item à prędicto festo usque ad Calendas Augusti sunt ibi 12. anni indulgentiarum, & totidem quadragenæ, & remissio tertiæ partis omnium peccatorum. ¶Item quicunque ascendit gradus Sācti Petri deuotè, huic cōceduntur pro quolibet gradu septem anni indulgentiarū per Alexandrum sextum.

TERTIA ECCLESIA EST AD SANctū Paulū in qua sunt omni die 48. anni indulgentiarum, & tot quadragenæ, & remissio tertiæ partis omnium peccatorum. ¶Item in conuersione Sancti Pauli sunt ibi centum anni indulgentiæ, & tot quadragenæ. ¶ Item infesto Sanctorum Innocentium quorum multa corpora requiescūt ibi, sunt ibi 48. anni indulgentiæ, & tot quadragenæ ab antiquo, modò uerò est indulg. plenaria. ¶Item in dedicatione eiusdem, quæ est in octaua Sancti Martini, sunt ibi mille anni indulgentię: & tot quadragenæ, & remißio tertiæ partis omniū peccatorum. ¶ Item si quis intrauerit dictam ecclesiam omnibus diebus dominicis, habet tantas indulgentias, ac si iret ad Sanctum sepulchrū Hierosolymis.

QVARTA ECCLESIA EST AD SANctam Mariam maiorem, in qua sunt omni die 48. anni indulgentię, & tot quadragenæ, & remissio tertiæ partis omnium peccatorum. ¶Item in uigi-

lia

lia Ascensionis Domini, quæ celebratur festu translationis corporis Sancti Hieronymi, ibide quiescentis ad altare ipsius est remissio tertię partis omnium peccatorum, concessa à Pio Papa secundo. ¶ Item in omnibus festiuitatibus Beatæ Mariæ sunt ibi mille anni indulgentiæ. ¶ Item à festo assumptionis uirginis, usque ad eius natiuitatem sunt ibi 12. millia annorum indulgentiæ ultra prædictas quotidianas indulgentias. Nota tamen, quarta ecclesia ab antiquo tempore fuit S. Laurentij. Sed tempore Alex. VI. ad Sanctam Mariam tempore iubilei fuit assignata pro quarta in numero, & aliæ tres non uisitanbantur ex debito, sed ex deuotione tantummodo, ad parcendum laboribus peregrinorum, & Romanorum. Sed ista differentia parum differt, dum tamen fiat relatio debita sanctorum, solitorum referri ad utranq; ecclesiam.

QVINTA ECCLESIA EST AD SANctum Laurentium extra muros, in qua sunt omni die 43. anni indulgentię, & tot quadragenæ, ac remissio tertię partis omnium peccatorum. ¶ Item in festiuitatibus Sanctorum Stephani, & Laurentij, quorum corpora ibidem requiescunt, & per octauas eorum, & in singulis stationibus eiusdem ecclesiæ sunt centum anni indulgentiæ, & remissio tertię partis omnium peccatorum concessi ab antiquo. Sed, fel. re. Calixtus tertius, concessit omnibus utriusque sexus Christifidelibus, dictam ecclesiam deuotè uisitantibus, & singulis festiuitatibus, & sta-

& stationibus eiusdem ecclesiæ plenariam rem i sionem omnium peccatorum. ¶Item si quis intra uerit dictam ecclesiam per annum, omni 4. feria liberat vnam animam à purgatorio. ¶Item intrãs per ianuam australem eiusdem templi, de una cru ce ad aliam contritus, & confessus, habet remissio nem omnium peccatorum.

SEXTA ECCLESIA EST AD SANctum Fabianum, & Sebastianum extra muros, in qua sunt omni die 48. anni indulgentiæ, & tot qua dragenæ, ac remissio tertiæ partis peccatorum. ¶Item in eadem ecclesia sunt quotidie mille anni indulgentiæ dati à Pelagio Papa. ¶Item in eadem ecclesia ad catacumbas ibi propè maius alta re, sunt tantæ indulgentiæ, quantæ sunt in eccle siis Apostolorum Petri, & Pauli, quia ibi prius corpora eorum iacuerunt abscondita longo tem pore in puteo quodam, super quem est unum alta re. ¶Item Siluester, Gregorius, Honorius, Pela gius, Nicolaus, & Ioannes summi Pontifices con cesserunt quilibet eorum millæ annos indulgen tiæ, quocunque tempore anni deuotè uisitantibus dictam ecclesiam. ¶Item ibidem in cæmeterio Ca lixti est plenaria remissio omnium peccatorum, se cundum quosdam.

SEPTIMA

SEPTIMA ECCLESIA PRINCIPALIS est ad Sanctam Crucem in Hierusalem, in qua sunt omni die 48. anni indulgentię, & totidem quadragenæ, ac remissio tertiæ partis omnium peccatorum. ¶ Item omni die Dominica sunt in eadem ecclesia. 300. anni indulgētiæ, & tot quadragenę, ac remissio tertię partis omnium peccatorum. ¶ Item in dedicatione eiusdem, quæ celebratur in uigilia Sancti Benedicti abbatis in mense Martij, est ibi plenaria remissio omnium peccatorum. Similiter in inuentione tituli Sanctæ Crucis, quod ibi in sublimi muro inuentum est tempore Alexandri VI. 26. Ianuarij. Et etiam quotidie in capella Sanctæ Helenæ, ubi mulieres non intrant nisi semel in anno, est indulgentia plenaria.

SEQVVNTVR ALIque Indulgentiæ Concessę per Romanos Pontifices visitantibus ecclesias ordinis minimorum Sancti Francisci de Paula.

sup. ca. 62. LEO X. Visitantibus Ecclesiam Sanctissimę Trinitatis de Vrbe eiusdem ordinis

dinis, & ibidem deuotè recitantibus orationem Dominicam, & salutationem Angelicam ter in honorem Sanctissimæ Trinitatis, contritis, & confeßis, seu confitendi, propositum habentibus concessit infrascriptas indulgentias.

SVMMA INDVLgentiarum.

IN PRIMIS singulis Dominicis totius anni est indulgentia 30. annorum, & totidem quadragenarum.

¶ITEM singulis Dominicis quadragesimæ, & singulis festiuitatibus Resurrectionis, Pētecostes, Trinitatis, & Natiuitatis a primis uesperis dictarum usque ad occasum solis est indulg. plenaria omnium peccatorum.

¶ITEM à media cuiuslibet anni quadragesima usque ad octauam Pasche conceduntur similes indulgentiæ, quas consequuntur uisitantes ecclesiā S. Mariæ de Populo.

ITEM tempore dictarum indulgentiarum concessit, ut Corectores domorum nostri ordinis, possint eligere, & deputare aliquos fratres in confessores sæcularium (intellige ex approbatis ab ordi

eorum confessionibus, possint eos absoluere à quibuscunque casibus, etiam sedi apostolicæ reseruatis, exceptis contentis in bulla Cœnę Domini.

Communio, & extensio dictarum indulgentiarum.

NOTA, quod præfatæ indulgentiæ per Leonem.x. concessæ ecclesiæ Sanctissimæ Trinitatis,
Paul.94. per Paulum III. specialiter concessæ sunt ecclesiæ Sancti Aloysij Ciuitatis Neapolis, & per eun-
Idem 93. dem Paulum post præfatam concessionem fuerunt extensæ & ampliatæ ad omnes ecclesias eiusdem
Iulius 43 ordinis, quod ante eum voluit, & concessit Iulius
Leo. 81. II, & idem Leo, & post eum Clemens VII. &
Clem. 89 intellige cum eadē facultate eligendi confessores.

Aliæ indulgentiæ.

Supra 54 Idē Leo visitantibus aliquā ex ecclesijs ipsius ordinis in festiuitatibus Pentecostes, Assumptionis beatę Marię, ac Annunciationis eiusdem, & omnium sanctorum à primis vesperis vsque ad occasum solis, & inibi in memoriam passionis Christi quinquies orationem dominicam, & totidem salutationem Angelicam recitantibus concessit annuatim indulg. decem annorum, & totidem quadragenarum. ¶ Et concessit facultatem correctoribus

ut

ut tempore ipsius indulgentiæ valeant eligere ali quos confeßores (intellige ex approbatis ab ordi nario) qui, auditis eorum confeßionibus, eos absol uere poßint, etiam in casibus Episcopalibus. & uo ta commutare, exceptis reseruatis in dicta bulla. Et hanc indulgentiam de nouo Clemens VII. extēdit ad omnes, & singulas ecclesias ipsius ordinis. Clem. 89.

Aliæ Indulgentiæ.

IDEM Leo post terminatum officium canoniza tionis Sancti Francisci de Paula, in loco sepulturæ eiusdem Sancti, in depositionis suæ die, videlicet se cunda Aprilis perpetuò duratura 40. annorū, & Car. 74. totidem quadragenarum indulgentiā annuatim cō donauit. ut in fine bullæ Canonizationis eius est ui dere. Leo 55. ¶ Et nota ꝙ corpus beati Francisci de Pau la in domo Iesu Mariæ Turonensis conuentus no stri ordinis quiescit, ut supra in bulla super hoc est uidere.

Aliæ indulgentiæ.

CLEMENS VII. singulis fratribus, & sorori bus nostri ordinis, nec non & alijs Christifidelibus in festo, & octaua Sancti Francisci de Paula cæle brantibus, seu recitantibus Missam, et officium eius dem Sācti, pro singulis festis, & octauæ ipsius die Supr. 89. bus concessit indulgentiam centum dierum.

Aliæ Indulgentiæ.

Sup.86. IDEM Clemens uisitantibus ecclesiam Sancti Aloysij de Neapoli ordinis nostri singulis sextis ferijs totius anni, & inibi semel orationem dominicam, & tantundem salutationem Angelicam recitantibus, pro singulis sextis ferijs, quibus id fecerint, concessit indulgentiam centum dierum. ¶ Et ista indulgentia intelligitur extensa ad
Leo.89. omnes, & singulas ecclesias eiusdem ordinis, ut ipsemet Leo ante declarauerat, & concesserat.

VITA B. FRANCISCI DE PAVLA, RELIGIONIS Minimorum authoris.

SACER ordo Minimorum, cui premissa, & alia complura priuilegia per summos Põtifices largita fuere, ortum, & originem habuit à beatissimo patre Francisco, qui eiusdem ordinis institutor, parens, ac primus corrector generalis fuit, de cuius uita ad laudem omnipotentis Dei, à quo bona cuncta procedunt, infrascripta dicere libuit.

De

De patria beati Francisci. 1.

PAula oppidum est Brutiorum, seu potius Calabrorum, nam qui proprio nomine hoc tempore Calabri sunt, olim uocabantur Brutij, & magna Gręcia. Oppidum hoc in littore positum abest à Consentia iter unius diei, urbs, & natura, & situ apprimè nobilis, sed nobilissima ex ortu Sancti Francisci de Paula sui ciuis, qui ex hac ipsa Paula patria sua, in qua ortus, procreatus, educatus, ętatem ferè egit, cognomen sibi delegit: patrię magis, quàm generis cognomine uti, & Franciscus de Paula uocari uoluit, & ideò in more religiosis est cognominari à patria.

Cognomē à Patria delegit.

De origine natiuitatis. 2.

FVit in hoc oppido Iacobus quidam Martolilla uir humilis, & obscurus humilium parentum Consentinorum genere ortus, expers literarum, neque ullas omnino

Pater S. Frācisci.

omnino noſcebat literas, nullis opibus, nullis facultatibus ſine cenſu, ſine honore, ſed egeſtate, ſingulari bonitate, modeſtia, uirtute, & religione Chriſtiana præditus. ¶ In dicto oppido proximum eſt caſtrũ Foſcaudi, ubi nata eſt Viẽna, ambo uerè Chriſtiani, & in fide Chriſti baptizati, & cõfirmati, ac ut uerè catholici educati, qui inuicem ſecundùm ritum ſanctę Romanæ Eccleſiæ matrimonium contrahẽtes, & (ut fideles decet coniuges) mutuã charitatem, uitæq; honeſtatem ſeruantes diu cohabitarunt, liberos non procreantes. Mater Vienna.

¶ Voto impetratus fuit beatus Franciſcus. 3.

SEd Deus, qui antequàm mundum faceret, Franciſcum de Paula uiderat, & eius natalem diem iudicio, non caſu in hoc tempus contulerat, ut exoptatum, & expectatum in hunc mundum deuenire demonſtrauit; filiorum deſiderio Ia- Ex vita eiuſdem Santi deſcripta p

cobum

Dauidem Romeum doctiss. v. rũ inter. i tas sancto rum Pa ulanorum Neapol.

cobum, & Viennam effecit, uota igitur sancto Francisco de Aßisio fecerunt, si filius sibi aliquando gigneretur, se eius nomine infantem filium nuncupaturos, & per annum in sua ecclesia domino famulaturum. Quare Deus à sancto Francisco de Aßisio exoratus, se illorum preces, & uota audisse, satis signi dedit, nam nocte ferè media, dum Franciscus de Paula gignebatur, homo quidam pernecessarius, & propinquus ipsius Iacobi, qui uerbo nostrati compater dicitur, ad operam mercennariam Iacobum uocaturus uenerat, cum incensas faces nocturno tempore supra eius tectum uidit: Deus hoc signum dando, lumen animi infantis pueri, qui eo in loco tũ generabatur, Paulanis omnibus ostendebat, quod Iacobus propinquo demonstrauit, cum id narraretur.

Natiui-

¶ Natiuitas Sancti Francisci. 4.

TAndem anno Domini 1416. Pontifice maximo regnãte Ioanne Neapolitano 23. natus est beatus Franciscus de Paula in ædibus paternis, ubi hodie ostendũtur eius incunabula, nam illarũ ædium parietes modò stant, & manent, quos fratres nostri postea ad sempiternã pietatis memoriam consecrarunt, & religiosos fecerunt, et singulis hoc tempore ibi diebus ex nostris fratribus aliquis Deo immolat,

Domus ubi natus est B. Frãciscus hodie stat & fratres ibi celebrãt.

¶ Voti executio. 5.

PArentes uota per eum emissa adimplere uolentes, Franciscum filium annum circiter decimum tertium agentem, iuxta uotum per eos emissum ad domum sancti Francisci de Aßisio, ciuitatis sancti Marci duxerunt, & ibi eum domino obtulerunt, ubi puer in Dei timore educatus per annum continnum mansit, habitu

Supr. car. 50. ex bulla Leo. x.

tu uotiuo sancti Francisci indutus. ¶ Et anno per eum exacto, nulla ibidem professione emissa, beatus Franciscus uocauit parentes, & obnixè rogauit, ut ipsum ad ecclesiam sancti Francisci de Assisio & sanctæ Mariæ de Angelis deuotionis causa ducere uellent, qui pio eius desiderio annuentes se se itineris comites præbuerunt, & visitatis ibidem deuotè ecclesiis in patriam Paulæ reuersus est sanus & incolumis cum suis parentibus.

¶ Egressus est in eremum, 6.

Ex relatione D. Iacobi Simonete auditoris rotę ad Leonē x.

POst igitur reditum à ciuitate Assisii unicus parentum filius in Dei timore educatus, futuræ sanctitatis specimē præbens, ne se aliquo scelere, aut malis uitiis, aut contagione aliqua contaminaret, relictis parentibus clàm eremum petiit, & ibi prima diuinę militiæ stipendia fecit, nam attingens ad nonumdecimum ætatis suę annum cœpit congregare fratres in cœnobio

cœnobio, frabricato sibi quodam oratorio, siue ecclesia sequenti modo.

¶ Aedificatio ecclesiæ. 7.

DIuino enim consilio templum propè Paulam per mille passus distãs cœpit ædificare unà cum quodam paruo dormitorio, de licentia bo .me. Pyrrhi tunc temporis Archiepiscopi Consentini. Supr.car. 1. ex bulla Pyrrhi

¶ Quo inter uicinos diuulgato, undique populi ad opus iuuandum concurrebant, eius sanctimonia, moribus, miraculis allecti, materiam, lapides, & calcem, & cæmænta ducentes, & ipse beatus Franciscus in agendo, & labores sustinendo princeps erat, ipse fundamenta iaciebat, ipse lapides comportabat, nec se tantis laboribus frangebat, licèt inedia consumptus uideretur.

¶ Eleemosyna pro fabrica ecclesiæ diuinitus inspirata. 8.

POsitis fundamentis ipsius ecclesiæ, ecce

Supr. car. 67. xca de bulla Leonis.

ecce repentè uir quidam sancti Francisci de Aßisio habitu indutus, qui grauißimis uerbis reprehendit beatũ Franciscũ de Paula, quòd tã angustam ecclesiam facere incepisset: quare eandem demoliri sibi mandauit, & aliam maiorem designare, qua designata, beatus Franciscus de Paula se tantã impensam facere posse & tãtas sibi uires datas negauit. ¶ Tunc uir ille ei dixit, Deum rerum omnium potentem illi non defuturum esse, & demolitis parietibus iam cœptis uir ille è conspectu euolauit, unde non immeritò pleriq; illum sanctum Frãciscum de Aßisio esse existimarunt, quia postridie nobilis quidam Consentinus superuenit, qui eidẽ beato Francisco pro ædificanda ecclesia magnum auri, atque argenti pondus obtulit, unde iuxta situs designationem ecclesiam notabili forma nõ paruo sumptu construere cępit.

Iste religiosus dicitur fuisse B. Fracis. de Aßisio.

Miracu-

¶ Miraculum fornacis ardentis 9.

IN dicto oppido Paulæ dum sui ordinis domus ædificaretur, & calce in fornace coqueretur; accidit, quod (uel propter nimium ignem, uel aliam causam) fornax ipsa ruinam minaretur. Tunc illius magistri nullum penitus remedium adhibere scientes, ad beatum uirum pro auxilio recurrerũt, eiquè periculum exposuerunt. Qui illis (per charitatẽ) inquit, ad collationem, seu prandium eatis, mihiq́ curam fornacis relinquatis. Quibus discedentibus, ipse statim signo crucis facto, intrepidè dictam fornacem ardentem intrauit, ac illam solus reparauit, idemq́ absque læsione aliqua incolumis exiuit. Supr. fol. 69. Signo crucis intrauit.

¶ Miraculum muti à natiuitate. 10.

CUm idem beatus vir fabricam domus iuxtà Paulæ oppidũ incœpisset adductus est ei quidam a natiuitate mu

tus. Quem cum parentes eius iuxta eccle siam posuissent, dixit eis uir beatus, ut altè secum ter Iesum acclamarent, & ita aperiretur illi sensus. Beato uiro inchoante, dictisque parentibus prosequentibus, mutus similiter alta uoce dixit, Iesus, & inde liber, ac integer usque ad eius obitũ in loquela permansit.

In nomine Iesu habuit loquelam.

¶ Miraculum puellæ ab ortu cæcæ. 11.

Supr. 68.

ANtonius quidam Catalanus ciuis Paulanus habebat Iuliam filiã grãdẽ cæcã natam, hanc beatus Franciscus, crucem in eius oculis signando, sanauit, apposita sibi quadã herba super eius oculis, quam idem beatus vir ab horto, vbi tunc fortè erat, euulsit, quæ statim uidere cœpit, ac sensu visus, quandiu postea uixit, freta est.

¶ Miraculum de fabis. 12.

Car. 69.

CVm idem beatus uir fabricandæ domui Paterni principium dare vellet,

let, uocauerat ad cœnam Antoniũ quendam, quem ad ecclesiam ędificandam, ut architectum adhibere uolebat, & cuidã fratri iuniori imposuit, ut fabas quasdam (carne cùm nunquam uesceretur) in foco coquẽdas poneret, frater ille ollam aquæ & fabarum impletam in foco posuit igni non admoto, oblitusq; ignem discessit.

¶ Sed cum uir beatus dictas fabas iam coctas esse credens, unà cum dicto Antonio in culinam uenisset, nullusq; ibi ignis adesset, dictus Antonius subrisit, de ferculo, quod nondum coqui cœpisset, cui uir beatus ferculum ipsum paratũ iam esse respondit, tetigitq; manu ollam, quæ illicò feruere uisa est, statimq; fabę coctę fuere, ita ut inde Antonius ipse prandium sumere potuerit: Qua de re dictus Antonius & nonnulli alij tunc præsentes maxima sunt admiratione affecti.

Mira-

¶ Miraculum duorum, qui ceciderunt quasi mortui. 13.

Fol.63. Ex eadẽ bulla 68.

IN fabrica dictæ domus Paterni, cùm duo laborantes terram effodiendo obruti fuissent, ita ut iam pro mortuis haberentur, ad succurrendum, inuocatus uir beatus, à duabus partibus terram effodi fecit. Quo facto dicti laborantes uiui, & illæsi sua (ut creditur) gratia sunt reperti, quem in cadendo inuocauerant.

¶ Miraculum hominis in oculo albuginem patientis. 24.

Ex bulla Leon. 6.

CUm in dicto oppido Paterni idẽ beatus uir moram traheret, quidã oculi albuginem patiens ad eum accesꝭit, humiliterq; rogauit, ut sibi opem afferret. Cuius precibus motus uir beatus bombicem sacro latice aspersam super uirginẽ calcem (quæ forte pro ecclesiæ fabrica ibi aderat) conuoluit: & ea oculum macula huiusmodi infectum abstersit, signoq; cru

cis

cis desuper facto, ab omni albugine, & macula statim liberauit.

¶ Miraculum hominis mortui in niue reperti. 15.

QVidam uenatores dicti oppidi Paterni, hyemis tempore hominem in montibus, niuibus copertum inuenerunt, & cum nullum uiuentis signum præ se ferentem inuenissent, in Paternum oppidũ sepeliendum detulerunt; ubi tunc beatus uir morabatur, quem cum beatus uir uidisset, in illum respiciens (per charitatem) ait, viuit homo iste, & ad eum cõuersus, surge, inquit, & ambula. Ad cuius uerba, homo in sepulchrum mittendus illicò surrexit, ac pedetentim ambulare cępit, moxq; hospitij domum ingressus, ac cibo, refectus, pristinæq; ualetudini restitutus, ad propria saluus, et incolumis remeauit. ex eadem bulla 69.

¶ Miraculum leprosi, et Paralitici. 16.

ERat tunc temporis Consentiæ quidã

ex eadem bulla 68. Marcellus de Cardilla pedibus, ac manibus contractus, ac totus leprosus, adeò ut iam uocem quasi omnem amisisset, eiusque loquela uix audiretur. Qui cum per consanguineos suos ad Paulæ monasterium adductus, & beato uiro præsentatus fuisset, ille misericordia motus, parùm secretò orauit, mox uerò rediens eum manu subleuauit, & ab omni membrorum contractu, & lepra incolumem reddidit. ¶ Guidonem quoque Lipantum nobilem Cõsentinũ grauißima infectũ lepra, in domo Paterni, quã uir beatus tũc ædificabat, ad se ueniẽtẽ sanitati restituit.

¶ Miraculum lampadis absq; igne accensæ. 17.

IDem etiam beatus uir die quadã (more solito) missam audire cupiens, cũq; ecclesiæ lampas accensa non esset, & aliqui ex his, qui ibi missæ audiendæ causa aderãt, ignem foras quæsitum iuissent, illumq; iã

Ex bulla Leo. 65.

afferrent, uir beatus chordā lampadis accepit, ut eam deduceret, Illa uero in medio descensu absque aliquo igne miraculosè accensa effulsit, ex quo circunstantes candelas pro missa tunc celebranda necessarias deuotissimè accenderunt.

¶ Miraculum filij uiduæ pro mortuo habiti. 18.

IOanna uidua eo tempore in terra Montis alti Consentinensis doœcesis, unum habebat filium Franciscum nomine, qui cùm à medicis de sanitate desperaretur, & in extremis laboraret, sacramētis omnibus ecclesiæ susceptis, & candela benedicta more solito accensa in eius manibus posita, à circunstantibus pro mortuo haberetur, mater uidens suum filium moribūdum, ad beatum Franciscum cū lachrymis recurrit, ut filium suum sanaret, ut illius sanitate, tribus suis ex dicto eius filio nepotibus prouidere posset, & si salus ex eadem bulla 69.

filio daretur, se illius uouit religionem susceptturam in habitu tertię regulæ. Quo uoto emisso, statim eius filius, quasi à morte resurgens, illicò absque ulla medicina ad salutem reductus est, & uixit annos triginta, postquàm hæc facta sunt.

¶ Miraculũ apostematis incurabilis. 19.

Ex bulla Leon. 68.

QVidam uir nobilis Iacobus de Tarsia Baro terrę Bellimõtis Cõsentinę Diœcesis laborabat grauissimo, et penè insanabili apostemate in crure, quod, quia medici sanare non poterant, fuit adductus coram beato Francisco, qui tunc Paulæ degebat, quem cùm uidisset beatus uir, illum admonuit, ut in Deo firmã fidem, & certam spem haberet, quia sanitatis gratiam reciperet, & sic statim unum ex suis fratribus misit ad colligendum quædam folia herbę, quæ ungula Caballina dicitur, & cum ipsis folijs certos pulueres, quos in cella sua ipse beatus

uir retinebat, sibi afferri fecit, & dum frater ille mandata exequebatur, beatus vir ad propinquam crucifixi imaginem conuersus, orauit, ut Baroni in suę diuinitatis gratia confidenti misericordiam suã aperiret, quod factum est, quia nonnullis ex dictis pulueribus ulceri impositis, & illo tribus ex folijs prædictis cooperto (domino coperante) ad pristinam sanitatem redijt, Deo, & beato Francisco de Paula gratias agens.

¶ Miraculum ignis coram quodam fratre ordinis minorum. 20.

ERat eo tempore in ea uicinitate cõcionator Antonius ex ordine Sancti Frãcisci de Aßisio uir bonus, et inter suos apprime doctus, qui beatum patrem etiã in publicis prędicationibus arguebat, quòd frater laycus, & litterarum penitus ignarus, quibusdam herbis ęgrotis salutem promitteret, qui cùm ad beatum virum ex eadem bulla 69.

venisset, & magnis illum cõtumeliis affecisset, increpassetq́ eius ignauiam, & crassitudinem, vir Dei constantissimus, patientissimusq́ tot conuitiis, & iniuriis nullatenus fractus, ac ne commotus quidem fuit, sed foco appropinquãs, ardentes titiones nudis manibus accepit, eosq́ strictè copressit, ac manifestè ostendit, in Dei uirtute omnia fieri posse. At ille prudentissimè prospiciens hominis simplicitatem, & fidem, omniaq́ ab eo diuina gratia, & ardentissimo fidei spiritu fieri, eius pedibus aduolutus, illos arctè complectens, osculariq́ satagens, ueniam ab ipso humillimè postulauit, neque inde surrexit, donec ab eodem beato patre benediceretur. Quod factum est, vt qui antea in illum publicè maledicta plurima cõgesserat, proprium confessus errorem, beati viri sanctitatem dignis, uerisque postea laudibus meritò efferret.

Mira-

¶ Miraculum transitus maris Siciliæ. 21.

HAbebat in animo Messanam naui gare, conuentum Milatij forsan acce- pturus, seu fratres suos uisitaturus: erat in littore tunc nauarchus peregrinus cum nautis compluribus, & nauicula, hos non solùm rogabat, & hortabatur beatus pater, sed etiam obsecrabat, ut gratis se in Siciliam traijcerent, nautæ, qui beatum Frãciscum nondum uisum, cognitum non habebant, certum precium ab eo expostulabant: beatus pater se soluendo non esse dicebat, (cum religiosi fratres essent) nauicularij autem humanitatis inopes, & inurbani, ne dicam impios, quid nobis (inquiebant) cum ista sanctimonia uestra? nauis gratis nobis non constitit. Quare beatus uir illorum inurbanitatem prospiciens uestro (respondit) prospero, rectoq; cursu nauigatote. ¶ Illi portu soluentes plenißimis

Ex uita eiusdẽ Sãcti descripta per Dauid. Romeum uirũ doctiß. inter uitas Sanctorũ Patronorũ Neap.

nauigabant uelis, beatus uerò uir penulā
ſuam in mari ſternit, comitis pro uelis pan
dit, erectoq́ bacillo pro malo trāſibant ma
re. ¶ Nautę in alto uidentes beatum pa
trem cum ſocio ſic prouehi, & ſe, & ſua
prĕterire nauim, maximè admirati (quiſ
nam homo non admiretur) eos ad ſe arce
ſebant, gratuitò, & non grauatè in naui
ſua uehēdos, ſuæ ſtultitiæ peccati ueniam
petentes, noluit beatus vir, ſed commodè
nauigans, & ſecundiſsimo uento curſum
(iuuante Deo) tenens, in portum uenit, ſa
lutatiſque ſocijs, naui Paulam reuerſus
eſt.

¶ Miraculum ignis coram cubiculario Papæ: 22.

Ex bulla Leon. 67

PAulus II. Pont. maximus, audita tā
torum miraculorum fama, cubicula
rium quendam ſuum ad bo[illegible]. Pyrrhū
Archiepiſcopum Conſentinum miſit, ut
ipſe Archiepiſcopus ſuper miraculis hu-

iusmodi diligenter se informaret, ac dein de ipsum certiorem efficeret. Quæ omnia ipse Archiepiscopus eidem cubiculario commisit, cubicularius autē Archiepiscopi fretus consilio hominem adijt. Et cùm inter salutandum, dicti beati viri manū osculari uellet, ille omninò renuit, eumq; rogauit, ut sibi potius manum deosculandam porrigeret, asserens, id multò iustius, et conuenientius fore: eo quòd ipse cubicularius triginta tres annos iam præsbiter esset. Quod cubicularius memoria repetens (ubi id uerū esse cognouit) miratus est hominis spiritum, & cum eo ad colloquium in cameram cōceßit. Vbi cùm primus sermo de tam ardua, difficiliq; uita fuisset, ut eam nulli (nisi robusto, ac ualido) tolerabilem fore cubicularius asseueraret, beatus pater, audito illius uerbo, igni appropinquans, ardentesque prunas absque læsione manibus arripiens, dixit, qui

Profetauit.

qui perfecto corde domino seruiũt, omnia creata illis obtemperant. Exterritus ille eo miraculo, ueniam petijt, cumq; eius pedes humiliter oscularii uellet, ipseq; uir beatus id recusasset, eius tunc uestem manu apprehensam deuotè osculans, & ab eo recedens ad Pontificem redijt, eiq; miracula, quæ uiderat, enarrauit.

¶ De piscibus mortuis. 23

Ex eo lẽ processu de sedis Apostoli. auth. habito.

CUm in dicto oppido Paulæ esset beatus pater, quidam uir terre Rendensis obtulit ei quosdam pisciculos altera die captos, quæ erat hesterna, quos cum beatus pater manibus suis accepisset, & in fonte aquæ uiuentis immisisset, qui usque diem hodiernum apparet in conuentu Paulæ, statim cœperunt uiuere, & supernatare, quod astantes uidentes cœperunt singuli gratias Deo referre de tanti uiri sanctitate.

Miracu-

¶ Miraculum de captura piſcium. 24.

ERant quidam piſcatores mittentes retia ſua in tenimento maris terræ Paulæ, & concludebant piſcium multitudinem, ſed quia ſemper in leuãdo retia à captura piſces exibãt, miſit patronus nunciũ ad beatum uirũ, ut Dominum rogaret, quò factum fuit, quòd ſemper deinde cœperunt piſcium multitndinem copioſam. Ex eodẽ proceßu.

¶ De commigratione in Franciam. 25.

LVdouicus XI. Francorum Rex, audita tantorum miraculorum fama, cupiens coràm uidere beatum Franciſcum, eum multis pollicitationibus ſollicitatum, in Galliam ad ſe pellicere ſtuduit. At ubi animum totius mundi contemptorẽ nihil mouit Regiæ magnificẽtiæ magnitudo, cõfugit demum Ludouicus ad Apoſtolicæ ſanctitatis authoritatem, à qua impetrauit, ut eidem beato uiro in uirtute ſanctæ obedientiæ mandaret, ut ex Calabria in Ex bulla Leon. 70

Fran

Frãciã se conferret, dictumq; Regẽ Ludouicum uisitaret, & ita factum est, ut beatus Franciscus Sixti tunc Pontificis maximi iussu ad Regem proficisceretur, ubi eum prefatus Rex singulari deuntione susscipiens, seq; ab eo benedici postulans, illi tanquam uiro Dei magnum honorem, & reuerentiam exhibuit. ¶ Admirabatur Rex ille cælestem hominis in terris uitam, & animum corpore conclusum, omnia corporis desideria uincere. Quia eius præsentiam certissimum sibi rebusque suis præsidium, & inexpugnabile totius regni munimentum existimabat. Et id rectè quidem. Quid enim ad placandum Deum, & auertendas calamitates imminentes procellas, innocentium precibus efficacius.

¶ De miraculo panis. 26.

SEd antequàm in Franciã proficiscere tur, quidam ex oppido Paterni ad eũ accesßit, dicens, quò progrederis pater, relin que nobis aliquid in memoriam. Dedit il li beatus pater unum modicum panem, qui per quinque annos continuos asseruatus in quadam arca incorruptus perman sit, & post annos prædictos aduenienté fame ualida in regione illa, cùm ipse, & domus eius tota, per tres dies continuos ni hil panis gustassent, recordati sunt modici panis illius à beato uiro relicti, quem accipientes per unum diem integrum de illo usque ad saturitatem manducauerunt.

¶ De legatione missa in Hispaniam. 27.

DUm beatus pater Turonis, quæ est Ex literis
Urbs Galliæ longè nobilißima, aut. regis
degeret, eratque eo tempore cum eo vir Ferdinandi.
religiosæ vitæ, & eminentis sci-

entiæ

quæ cõser uátur malachæ in conuentu nostro.

ſcientiæ frater Bernardus Buillus, quem beatus pater in ſuum Vicarium Generalem in partibus Hiſpaniæ cõſtituit. Huic dedit beatus pater facultatem fundandi ſuam religionem. Hic primus Regi Ferdinando detulit facultates, gratias, & indulta à ſummis Pontificibus ordini Minimorum cõceſſa à beato uiro ſibi tradita. Hic uirtute p̄ſatę legatiõis in maximo honore fuit apud Regẽ, cui Rex amplos fauores conceſsit. Accepit ibi in primis cõuentum Malachitanum ſub titulo ſanctæ Mariæ de Victoria. Habuit ſocium fratrem Ferdinandum Panduro Hiſpanum. ¶ Et deinde ſucceſsiuè miſit plures alios, ſpecialiter fratrem Abundantium uirum religioſę uitæ: & fratrem Martialem de Vicinis, qui fuit poſtea ordinis generalis, & ſic fundauit religionem ſuã in Hiſpania.

De

¶ De Monasterijs. 28.

MOnasteria multa construxit, quibus nec religiosorum frequentia, nec operis magnificentia deest. Taceo, quæ in omnibus ferè Galliæ partibus, & in Hispania, Germaniaq; construxit, & construi fecit: Totam denique Europam pro breui eius religio occupauit. ¶ Ipse admodum iuuenis in Calabria præcipuè inter alia cõstruxit monasteria Paulæ, Paterni, Spezani, & Coriliani. ¶ Aedificauit ipse Neapoli ædiculam, quæ hoc tempore regiæ respondet, & diuo Ludouico dedicata, refecta, & amplior, maior, ac nobilior facta ab eiusdem societate habetur, erátq; Neapoli multi summi uiri, qui hoc factũ non probarent, sed in alia erant opinione, ut in urbe fiat, ijs prædixit, hanc urbis partem breui tempore fore celeberrimam, utq; à prætoribus, summisq; uiris habiteretur. ¶ Turonis vrbem Galliæ longè nobilissi-

mam

mam delegit, ubi primùm in illis regionibus magnificam domũ, quæ in hãc usque diem extat pro ipsius beati Francisci de Paula, suorumq; fratrum usu, & habitatione construi fecit.

¶ De Spiritu prophetiæ. 29.

Ex bull. Leo.

HAbuit diuinationem, & spiritum prophetię, & adeò in eo quieuit, ut ipsius uirtute mirifica, se uir Dei præsentem aliquando exhiberet absentibus, notitiam certam haberet longè distantium, secreta quoque humana prospiceret, nec non & futurorum prænuntiaret euentus, sicut multiplicium exemplorum euidentiam comprobat, ex quibus aliqua subscribuntur. ¶ Stans beatus uir in tenimento terræ Paulæ, dum ciuitas Hydruntina a Turcis caperetur, diem, & horam eius capturæ ciuibus Paulanis reuelauit. ¶ Cubiculario quoque summi Pontificis tempus suæ promotionis ad sacerdotium notificauit

ex eodem. processu.

ficauit. ¶ Et ciuibus Neapolitanis (quod supradiximus) eam Urbis Neapolis, vbi templū ipse ædificabat, quæ vrbis sentina eo tempore erat, fore celeberrimam, utque à summis uiris habiteretur. ¶ Et Aloysiæ Ducisse prædixit, Franciscum primum Francorum Regem se generaturam. ¶ Et dum in Gallias pro certis tunc de causis se contulisset Iulianus de Reuere Cardinalis tunc S. Petri ad vincula, visitassetq́ beatum patrem, ei prædixit futurum Pontificatum, & iste postea fuit Iulius II. qui regulam, & ordinem approbauit, & multa de nouo concessit.

¶ De feruore & frequentia orationis. 30.

NVllas horas sine fructu præterfluere: nihil temporis, nec momentum quidem frustra perire passus est. Nunquam ulla cessatione se remisit eius uirtus, intētus sēper erat animus. Ante lucem in templū

ex relatione eiusdē Simonetε.

ex cellula progrediebatur ad orandum. Deinde operatis sacris re diuina per sacerdotem facta, nonnunquam hymnis omnibus (quos distinctis horis ecclesia Deo canit) auditis, in cellulam se recipiebat. Ibi preces iterum repetebantur. Ibi tantus eũ contemplationis ingessebat ardor, ut frequens, & constans opinio sit, ad cælestia spiritu rapi persæpe solutum. Quin & Angelorum choros cælitus ad eum descendisse ferunt. Argumento sunt psallentium in cellula concentus auditi.

¶ De contemplatione Dei 31.

ex relatione eiusdẽ Simonete

DEi contemplationem omnibus rebus anteponebat, cõsideratio (dicebat) et contemplatio Dei est naturale quoddam nostrorum animorum quasi pabulũ. Hæc est uera, & perpetua uoluptas, hæc felicitas, & summa beatitudo. His rebus cùm quadam die frueretur clausus (more solito) in sua cella, ecce repentè aduueniente Carolo

rolo 8. Gallorum rege, & currentibus ministris, ac dicentibus Regem ad ipsum aduentare, ac propè esse clamantibus, Beatus pater prę cælestibus omnia terrena irridens, & contemnens pluries uocatus nihil respondit, nec aliud in causa fuisse crediderim, nisi quia terrenum principem neglexit: dum ineffabilem Regis Regum, et Domini Dominantium maiestatem contemplaretur.

¶ De labore, & vigilijs. 32.

NVnquam à laboribus cessabat, nisi cũ orationi, diuinisq; rebus intendebat, qui & si uigilijs, continuisq; ieiunijs maximè esset attritus: lapides tamen, calcem, & ligna, aliaq; ad fabricam necessaria, proprijs etiam humeris deferre nõ desinebat. Nam in monasteriorum fabrica primas egit inter operarios partes. ¶ Secedebat nonnunquam in hortulum, quem manibus suis colebat, ibi nedum quidem cùm

Ex bulla Leonis 67.

ex relatu ?e eiusdẽ Simonete

opus faceret, à diuinis erat alienus. nam aut orabat, aut oranti similis uidebatur.

¶ De virtute humilitatis. 33.

ex eadem bulla, 67. ERat humilitate Christiana ornatus, suos socios minimos omnium religiosorum, se autem illorum authorem, & correctorem generalem minimorum minimũ uocari uolebat, adeò humilis, ac demissus rat, ut societatis magister infimum religionis locum teneret, quippè discipulis suis discumbentibus ministrabat, sæpeque ecclesiam, & altaria uerrebat, & mundabat, ac paramenta, & alia ad diuinum cultum necessaria componebat, aliorumq; fratrum, etiam nouitiorum indumenta proprijs manibus lauabat, & interdum resarciebat, & officia, ac omnia munera seruilia faciebat, hoc (inquiebat) propriũ generalis est, hæc fiebant à Christo qui omnibus ministrauit, sibi autem ministrari non est passus.

De

¶ De virtute charitatis. 34.

TAntæ charitatis erat in omnes, quòd nullum charitatis, et misericordiæ genus erga carceratos, uiduas, & pupillos omittebat, memor sancti verbi Pauli Apostoli, dicentis. Si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum. Quare fertur, beato uiro in oratione existenti, descendisse angelum, & insignia charitatis sibi detulisse, quasi in arma suæ religionis.

Ex processu miraculorum.

De uirtute castitatis. 35.

DE summa animi, & corporis castimonia nihil in tali uiro dicere attinet: fuit eius corpus castissimum, animus incorruptus. quippè qui uirginitatem suã nunquàm uiolauit, nec ore, nec lingua, nec manu, nec vita inquinatus est, totum toto animo se Christo virginem virgini dederat, & consecrauerat,

Ex bulla Leonis 67.

 libidi-

libidines domitas habebat, præcibus, inedia, pulſatione, cohibuerat, ut ipſum congelaſſe, & frigore riguiſſe arbitratus eſſet.

De cibi, & potus parcitate. 36.

ex relatione eiuſdē Simonetę.

DE cibo, & potu quid dicam? nunquā epulatus eſt apparatè, ſed omninò modicè ſemper contemptiſſimis eſcis contentus, & potionibus pane (inquam) & aqua, & cum ſocijs, & ſolus, uinum, nec meracius, nec cum aqua ſumpſit, ſemel ſingulis diebus capiebat cibum, & eum ſub noctis tempore, & cum corpus neceſſarijs alimentis fraudatum ſentiebat, ad olera, aut legumina deſcendebat. Immò non deſunt, qui affirment, dum contēplationi totus intentus erat, ſæpe biduum, uel triduum inediam pertuliſſe, quæ res ex eo cōiecturatur, quia cibus à fratribus miniſtrantibus in cellam illatus per totidem dies intactus conſpiciebatur, carnes nunquam comedit, etiam infirmus, ideò in re-

in regula fratribus ſuis interdixit, ne ueſcerentur carne, ouis, lacte, caſeo, & cæteris, quę in ſimili genere uerſantur, exceptis grauiter infirmis, & id de licentia medici.

ex relatione Binet. patet in c. generalinum. 6.

¶ De veſtitus aſperitate. 37.

PEdes nullis nec æſtate, nec hyeme muniebat calceamentis, ſed nudi ferebantur per rigentes niues, per feruentem puluerem, per fœdum lutum, per aſperos lapides, per aculeatos uepres, illæſi tamen ſemper, ut nec frigus congelaret, nec æſtas adureret, nec cænum inquinaret, nec calculi premerent, nec ſentes ferirent, mandauerat enim Dominus angelis ſuis, ut cuſtodirent eum in omnibus uijs ſuis.

ex relatione eiuſdē Simonete.

¶ Veſtis erat id genus, ut nec ad leuandos calores, nec ad defendēdos algores, ſed ad unam tantùm corporis nuditatem uelandam comparanda foret, uilis, & obſita, & unica, cuius uſum finiebat, diſſoluta,

nimis

nimis longo usu textura. Reliquit uestem unam, immò uerius fragmenta quædam uestis, & reliquias fratribus in monasterio, quòd iuxta Paulam extruxerat. Ea maxima est apud populos illos in ueneratione, quòd inde solo contactu diuinis numinis præsentia uotis respondeat, & licèt unica ueste tantùm, (ut diximus) uteretur, & in ardentißimis caloribus se se uarijs laboribus exerceret, nihil in eo tamen olidi, nihil immundi fuit unquàm animaduersum, immò nitorem illuuies illa, & odoris suauitatem neglectus corporis cultus præ se ferebat.

De lecto ubi dormiebat. 38.

ex relatione eiusdē Simoncte

IN solitudine terræ erat eius cubile, apud socios Calabros tabula, in Gallia sarmenta, virgis, & funiculis seipsum nocte cędebat, & sic apparet, in quam duram seruitutem corpus redegerit, nam alios, quos diurnus labor fatigat, nocturna quies exci

excipit, ut inde recreat, ac beatus pater cũ quietem peteret, tunc etiã grauißimè corpus affligebat.

¶ De statura corporis. 39.

STatura non fuit excelsus, corporis mediocris habitus, forma illiberali, uultu agresti, corpore aliquantulum curuato, naso leuiter depresso, bene capillatus, & barbatus, capillo, & barba horrida, robustus, & ualens ibat cum bacillo semper, præsertim senex. Ex uita descripta per eundem Romeum.

De obitu. 40.

CVmque uitæ suæ finem iam proximum diuina inspiratione prospiceret idem beatus uir, pridie quàm decederet, qui dies fuit Cœnæ Domini, pluribus è fratribus suis, qui ex varijs prouincijs, & Regnis tunc ad eum venerant, astantibus in Missa Conuentuali post pœnitentiæ sacramentum deuotè susceptũ cũ profundißima humilitate, vberrimaque Ex bulla Leonis car. 71.

lachry

lachrymarum effusione, pectus suum percutiendo, sacro sanctum Eucharistiæ uiaticum è manibus unius ex sui ordinis præsbyteris magna cum deuotione suscepit. Postea domino nostro Iesu Christo, beatæq; Mariæ uirgini, & sanctis omnibus deuotè peractis gratiarũ actionibus, missaq; huiusmodi cęlebrata, ad cellam suam proprijs pedibus (licet præ senectute debilis, & infirmus) baculo, quem more solito gestabat, innixus redijt. Postero autem die, cùm idē beatus, fidelisq; Dei seruus tempus instare uideret, quo sibi ex hac lachrymarum ualle migrãdum erat, dictos fratres suos ad se conuocari iussit, eosq; ad fraternam pacem, mutuamq; charitatē dulcissimis uerbis, ac salutaribus monitis charitatiuè exhortatus est. ¶ Deinde nominatim protulit successorem, qui uicarius suo munere succederet, quousq; generale Capitulum Romæ celebraretur, in quo publicis

Iste fuit P. Bernardinus de Cropulatu, qui

blicis fratrum ſuffragijs nouus generalis creearetur. ¶ Et ſic fratribus illic aſtantibus benedictione (more ſolito) impartita, cùm iam nonageſimum primum, uel circa, annum impleuiſſet. Anno à partu uirgineo 1507. Aprilis uerò die ſecunda, (quæ tunc Paraſceues fuit Veneris sancta nuncupata) circa horam, qua pro nobis Chriſtus paſſus eſt, ſigno ſanctæ crucis deuotè ſignatus, omnibusq́ ſacramentis eccleſiaſticis debitè communitus, perlecta coram eo Dominica paſſione, iunctis deuotè manibus, erectisq́ in cælum oculis, ſanctæ crucis triumphum piè amplectens, reuerenterq́ oſculans, ac ſæpius in manus tuas Domine commendo ſpiritum meum, aliaſque pias orationes deuotiſſimè repetens, dimiſſa huius carnis ſarcina, quaſi uiuens abſque aliquo doloris, aut mortis notabili ſigno, migrauit ad Chriſtum.

fuerat cõfeſſor B. patris.

De

De fragrantia eius corporis post mortem, & eius miraculi. 41.

Ex bulla Leo. 72.

POst ipsius obitum sanctißimũ corpus, quod tot sanctorum operum fuerat instrumentum, per undecim dies insepultũ remansit absque ullo fœtore, immò potius odor quidam suauiter fragrans ab eo emanabat: Confluebant populi plenis undique uijs ad uisendum corpus nondum sepulturæ mandatum, ut sanctum uirum, quem uiuentẽ summa fuerant ueneratione prosecuti, etiam defunctum uiderent, & illius apud Deum suffragia mererentur, mirum omnibus fuit, quòd post ipsius obitum quotquot suum corpus tangebant, & osculabantur, plurimas gratias Deo authore cõsequebãtur, nõ solũ eo in loco, sed vbicũq; terrarum beatus uir inuocatur, multis eius suffragijs deuotè implorantibus omnipotẽs Deus quãplurimas gratias elargitur, magnaq; miracula palàm operari dignatur.

De

¶ De gratia Reginæ Franciæ. 42.

SErenißima Claudia Regina Franciæ uxor Francisci huius nominis primi Francorum regis Christianißimi coram dicti ordinis tunc generali, ac alijs nobilißimis personis emisit uotum, quòd si gratiam pro masculo assequeretur, in beati Francisci honorem, Francisci nomen ei imponeret, fulgẽtißimum puerum in lucem ædidit, illique iuxta dictum eius uotum Francisci nomen imponi fecit. Ex bulla Leo. 72.

¶ De Canonizatione. 43.

QVare Leo x. ad instantiam eiusdem Christianißimi Regis Frãcisci, ac charißimę Claudiæ eius consortis, nec non dominæ Aloysiæ eiusdem regis matris, post diligentẽ examinationẽ diuersorũ processuũ in partibus Calabriæ, et Franciæ de sedis Apostolicę cõmißiõe habitorũ, cognita ueritate oĩum miraculorũ tã ante quã post eius mortẽ factorũ, ipsum canonizauit, & Vbi supra 72.

decre

decreuit, ut in Sanctorũ (quos uocant confessores) duplicis maioris numero à Christianis ueneraretur, & coleretur, eiusque dies festus anniuersarius agitaretur, die secunda Aprilis, qua die ex hac vita cedens, in cœlum ascendit, ubi sempiternũ æuum agit, fruitur ęternitate, & immortalitate à Deo sibi donata. ¶ Illud verò, quem uon agat in stuporem, quòd huius sancti etiam ante eius canonizationem idem Leo conceßit celebrari festum cum officio unius confessoris non potificis, eiusq; imaginem similiter depingi in omnibus ecclesijs ordinis ipsius, quòd priscis temporibus, aut nunquam, aut rarò contigit.

Ex bulla Leonis car. 55.

¶ De indulgentijs. 44.

QVid dicam de indulgẽtijs, idem Leo post terminatum officium suæ canonizationis, indulgentiam plenariam omnibus officio ipsius tunc aßistentibus deuotè conceßit, ac etiam in loco sepulturæ eiusdẽ sancti

Ex bulla Leon. 74

ſancti, in depoſitionis ſuę die, uidelicet, ſecunda Aprilis perpetuò duraturam quadraginta annorum, totidemq́; quadragenarum indulgentiam annuatim condonauit.

¶ De miraculis poſt obitum. 45.

AD noſtrum inſtitutum non pertinet omnia miracula, & oſtēta, quæ beatus uir tùm in hac uita manens, tùm profectus fecit, dinumerare citius (ut aiunt) ſtellas. Si quis tamen ignorat, & aliqua ex parte cupit ea cognoſcere, loquatur cũ ciuibus Paulanis, uel ex diplomatibus, priuilegijs, & ex actis publicis, unde deprompta ſunt, ſcire poterit, quæ omnia ſcripta ſunt. ¶ Illud ego ſatis habeo teſtari, quòd Deus optimus maximus in ipſius ſancti Franciſci de Paula gratiam, ſic hominum uotis dexter, & uolens adeſt, ut ubique terrarum miracula in dies ſentiũtur, qui tāti ſancti ſuffragiũ implorant.

De

¶ De liberatione cuiusdam ab imminenti mortis periculo. 46.

Ex bulla Leo. 70.

IVlius Bartucius etiam de Paula iuuenum multitudine adiutus, post beati viri obitum, è Consentiæ castro Paulam uersus, eximiæ magnitudinis bombardā transportari curans, additis etiam ad laborem uiginti boum iugis, apud quendam decliuem locum, non longè à Paula distātem (la Machia) nuncupatum, funē maximum cuiusdam nauis onerariæ, quo bōbarda ipsa alligata erat cuidam arbori, ut paulatim laberetur, inuoluit. Quam cùm nec Iulius ipse, nec tot socij propter impetū uelocem, qui ex magnæ molis lapsu ferebatur, retinere ualerent, ibi dum idem Iulius, ultra quàm eius uires ferebant, nititur, iuxta arborem (cui circumligatus erat funis) prostratus cęcidit, pedesq; suos intra funis orbes inuoluit. Vnde cum nullo pacto, nisi munere diuino, quin eius crura frāgeren-

gerentur, euadere posset, arborem amplectens, summa cum deuotione clamauit. O beate Francisce de Paula opem fer mihi misero. His dictis (mirabile dictu) currus, cui bombarda ipsa imposita erat, in loco præcipiti statim restitit, apparuitq́; eidem Iulio quidam frater ordinis beati Francisci de Paula, qui tunc funē ipsum manibus retinuit. Idem uerò Iulius tanto periculo ereptus, omnesq́;, qui illuc quasi ad spectaculum conuenerant, miraculum acclamantes, omnipotenti Deo, beatoq́; Francisco de Paula immensas illicò gratias egerunt. Ipseq́; Iulius ante alios omnes nudis pedibus ad eiusdem beati uiri monasterium profectus, imaginem suam cereā fune pedibus implicito pro deuotione in tāti miraculi memoriam obtulit. ¶ Et quia de istis similibus multa in dies uidentur ecclesiæ Minimorum plenæ sunt uotis cereis, quæ à fidelibus offeruntur in cappella

ipſius beati Franciſci de Paula. Ad laudem, & gloriam omnipotentis Dei, qui in ſanctis ſuis mirabilis, & glorioſus uiuit, & regnat, benedictus in ſecula ſæculorũ. Precemur ergo Deũ, quòd ipſo beato Franciſco de Paula precante, poſt exilium huius uitæ nobis uitam æternam condonare dignetur. Amen.

¶ Tres orationes cantat eccleſia de Beato Franciſco de Paula.

Prima.

SEruitutis noſtræ tibi, Domine, iura ſoluẽtes quæſumus, ut, beati patris noſtri, Franciſci de Paula confeſſoris tui patrocinio ſuffragante, in nobis tua dona multiplices, & ab omnibus tuearis aduerſis.

¶ Et iſta fuit ædita à Leone decimo in ſua canonizatione.

Secunda.

DEus humilium celſitudo, qui beatum Frãciſcum de Paula cõfeſſorem tuũ ſancto-

ſanctorum tuorum gloria ſublimaſti, tribue, quæſumus, ut, eius meritis, & imitatione, præmia humilibus promiſſa fœliciter conſequamur.

¶ Et iſta fuit edita de mandato ſedis Apoſtolicæ cum officio proprio, & dicitur in die feſto eiuſdem ſancti, & per totam octauam.

Tertia.

DEus, qui ſuperbis reſiſtis, et humilibus gratiam tribuis: exaudi preces noſtras et intercedēte beato Frāciſco de Paula Cōfeſſore tuo, da nobis alta non ſapere: ſed maieſtati tuæ humili sēper corde ſeruire.

¶ Et iſta fuit edita de mandato eiuſdem ſedis Apoſtolicæ, & dicitur in Miſſa uotiua, & ſuffragijs ipſius ſancti quotidie.

Antiphona, & Verſus.

IN ſanctitate, & iuſtitia Chriſti ſequēs ueſtigia, longum tulit martyrium, carnem domuit, mundi blandimenta cōtem

psit, hostemq; superbum pauper, & humi-
lis fortiter dimicando superauit. ¶ Ver.
Iste pauper clamauit. ¶ Resp. Et Domi-
nus exaudiuit eum. ¶ Oratio una, ut su
pra. Et hæc Antiphona connumeratur
inter suffragia ipsius ordinis, & dicitur
ad Matutinas, in fine laudum à fratri-
bus, & in omnibus ferè ecclesiis eiusdem
ordinis singulis sextis ferijs solet decanta-
ri in eius cappella post completorium.

Prosa in laudem Sancti Francisci de Paula.

O Bone pastor Francisce
De Paula, lux Calabriæ,
Virginitatis alumne,
Et Aroma Thuroniæ.
Tu Puritatis amator,
Castitatis prædicator,
Charitatis amplexator,
Sanctæ pacis mediator.
Sectator humilitatis.

Imi-

Imitator ueritatis
Conſeruator puritatis,
Executor pietatis.
Blanda tu fugiebas,
Mollia ſemper horrebas
Cæleſtia cogitabas
Et terrena conculcabas.
Te conſtantia prædicat,
Te patientia decorat,
Abſtinentia gubernat,
Et oratio ſubleuat.
Tu ſolamen ſolatorum,
Conſolamen miſerorum,
Confortamen puſillorum
Et fugamen ſuperborum
Tu fundator Minimorum,
Vitæq; patrum priſcorum,
Renouator, & multorum,
Cumulator præmiorum.
O minime Minimorum,
Recordare pupillorum,

Nec oblitus ſis tuorum,
Salutis deuotorum. Amen.

Commendatio.

F*Ranciſce Pater pauperum: qui nobis dogma Minimum dediſti, da præſidium, precando regem ſuperum, ut nobis poſt hoc exilium, ducat ad regna cælium. Amen.*

INDEX PRIVILEGIORVM,

& Bullarum, quæ continentur in hoc libro per ordinem tàm concessæ, quàm communicatæ ordini Minimorum cum adnotationibus locorum, unde desumptæ sunt, numero octuaginta octo, quarum triginta tres sunt propriè concessæ, reliquæ intelliguntur cōmunicatæ, demptis quatuordecim, quæ sunt extrauagantes tangentes uniuersos Christifideles, præsertim religiosos.

Concessa per Innocentium octauum.

Concessa per Alex. Sextum.

Communicata per Alex. Quartum.

Concessa per Leonem X.

Concesßa per Clementem Septimũ.

ne, & authoritate cō seruatorum. 86. & habetur authen. Neapoli, & prouintialis Andologiæ defert illam secum quādo perambulat prouinciam pro emergentibus negocijs

47. Bulla *super approbatione missæ, & officio proprio Sancti Francisci cum indulgentijs. 88.*

48. Bulla, *quod cōcessa uni domui, conceditur omnibus domibus 89. & hābetur auth. Malache.*

49. Bulla *super concessione centum dierum indulgentiæ uisitantibus ecclesiā Sancti Ludouici de Neap. singulis sextis ferijs totius anni. 90. & habetur authen. Neapoli.*

Communicata per eundem Clemētem

50. Bulla *super alienatione bonorum immobilium. 91. & habetur authent. in priuil. prædic. 204.*

Concessa per Paulum tertium.

51. Bulla *super confirmatione omnium priuilegiorum ordinis. 93. & habetur auth. Consentiæ.*

52. Bulla *super extensione indulgentiarū Sanctissimæ Trinitatis de urbe ad conuentum Sancti Ludouici de Neap. 94. & habetur authen. Neap.*

53. Bulla *contra apostatas deferētes caputiū nostro consimile. 96. & habetur authentica Bononiæ.*

Com-

Communicata per eundem Paulum.

54. Bulla, quod uota sororum tertij ordinis collegialiter uiuentium solemnia sunt 96. & habetur authen in priuil. prædic. 207.

55. Bulla, quod fratres & sorores sunt exempti à portione omniũ legatorum 98. & habetur auth. in priuil. prædic. 256.

Cõcessa per Iulium Tertium.

56. Bulla super approbatione, & confirmatione omnium priuilegiorum ordinis 99. et habetur auth. Neapoli.

Concessa per Paulum quartum.

57. Bulla super approbatione, & confirmatione omnium priuilegiorũ ordinis 110. & habetur auth. Romæ.

Concessa per Pium V. in communi.

58. Bulla super declaratione, quòd ordo Sancti Francisci de Paula debet connumerari inter ordines mendicantes 117. & habetur authen. Romę. & Lycij.

59. Blla super clausura, & reformatione quarumcunque monialium 101.

60. Bulla super confirmatione, & noua concessione priuilegiorũ omnium mendicantium cum declaratione Conc. 104. & habetur auth. apud omnes

Concessa per Gregorium xiij. in cõmuni

Communicata per eundem Greg.

Concessa viuæ vocis oraculo:

Bullæ extrauagantes diuersorum Pontificum quæ generaliter ab omnibus sunt receptæ.

Quædam aliæ bullæ magnopere spectantes ad nostrum ordinem impressæ manent in fine statutorum ipsius ordinis, quas ibi uide, si uoles.

NVmerus cartarum priuilegiorũ prædicatorũ quas in hoc indice citauimus, priuilegijs per R. P. F. Stephanum vsus maris Romæ impressis respondet.

Numerus uerò cartarum priuilegiorum minorum quæ ex speculo eorum sic intitulato extraximus, speculo per Lazarum de Soardis. Die 15. Septēbris 1513. Venetijs impresso respondet, & quæ ex supplemento sic nuncupato extraximus, supplemento die 13. Maij 1523. Barchinonæ impresso respondet.

Numerus autem Capitulorum Priuilegiorum, monachorum Montis Oliueti in hoc libro contentorum, priuilegijs eorum 1566. Fulginæ impressis respondet.

Hæc notaße uolui, ut qui eiusmodi exemplaria plena fide munita cernere uoluerit, in eorum monasterijs paßim reperiet cartis in præmisso indice citatis, quę mihi cum hoc opus colligerem, sufficienter, atque oculata fide constitère, gratulabitur igitur tantę nostrę sedulitatis, & officiosi laboris studiosa nostrorum fratrum iuuentus, &, ut huiusmodi labor in conspectu altissimi sit gratus, deprecabitur.

Tabula alphabetica super priuilegia, & omnia quae in hoc libro continentur.

A.

Con

D.

le

L.

Mutatio


 ctorum,

¶ Fuit præsens liber priuilegiorum fratrum Minimorum, & aliorum fratrum mẽdicantium cum suis notabilibus in nobili, & præclara ciuitate Neapolitana in Officina honorabilis viri Horatij Saluiani impreßus & Anno Virginei Partus.1573.Mense Nouembri.die 9. fœlici numinine finitus. Ad laudem Dei, & beatæ Virginis, ac beatißimi patris nostri Sancti Francisci de Paula, omnium sanctorum cœlestis aulæ, nec non ad utilitatem legentium, præsertim fratrum mendicantium, quos uniuersos, signanter tamẽ Minimos tangit.

LAVS DEO.

14.

180


R.9.6.


calibrite
colorchecker CLASSIC
mm